


UNIVERSITY OF TORONTO



3 1761 01768392 1



Digitized by the Internet Archive  
in 2011 with funding from  
University of Toronto







INSCRIPTIONVM

L A T I N A R V M S E L E C T A R V M

AMPLISSIMA COLLECTIO.

VOL. I.





LLC  
066i.2

Cl. Sem.

INSCRIPTIONVM

LATINARVM SELECTARVM

AMPLISSIMA COLLECTIO

AD ILLUSTRANDAM

ROMANAE ANTIQVITATIS

DISCIPLINAM ACCOMMODATA

AC

MAGNARVM COLLECTIONVM SVPPLEMENTA

COMPLVRA EMENDATIONESQVE EXHIBENS.

---

CVM INEDITIS

**IO. CASP. HAGENBVCHII**

SVISQVE ADNOTATIONIBVS EDIDIT

**IO. CASP. ORELLIVS.**

INSVNT LAPIDES HELVETIAE OMNES.

ACCEDVNT

PRAETER FOGGINII KALENDARIA ANTIQVA, HAGENBVCHII, MAFFEH,  
ERNESTII, REISKII, SEGVIERII, STEINBRVECHELII EPISTOLAE  
ALIQVOT EPIGRAPHICAE NVNC PRIMVM EDITAE.

---

VOLVMEN PRIMVM.

TVRICI

TYPIS ORELLII, FYESSLINI ET SOCIORVM.

MDCCGXVIII.

111  
C. 1000

*[Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page]*

24/11/90  
—————  
2822

8



0778

GODOFREDO HERMANNO

DECENNALIBVS TVRICENSIBVS

FELICITER PERACTIS

V I C E N N A L I A

AEQVE LAETA

OPTAT

I O. C A S P. O R E L L I V S.



## P R A E F A T I O.

---

AMPLIORA. FACIAS. MELIORA. DEDICES. FELICITER.

*Donavii inscriptio. v. Giornale Arcadico 1825. Dicembre p. 366.*

---

**H**odie quidem a philologis, infinita illa atque in dies crescente et rerum, et verborum, et omnis generis praeceptorum copia paene obrutis, postulari quum vix queat, ut tot negotiis distenti integros annos insumamus in inscriptionum quoque corpora sedulo pertractanda, excerpenda, digerenda, et, ubicunque opus est, ad usum vocanda, optabile sane videbatur, ut compendiaria quaedam via tandem communiretur, quam ingressi et molestia illa aliquatenus sublevaremur, neque tamen maximo cum nostrae disciplinae detrimento inscriptionibus veluti abstinere cogeremur. Quotus enim quisque nunc est mythologorum, historicorum, iureconsultorum, grammaticorum maxime Latinorum, quorum in scriptis probabilis saltem huius generis eluceat scientia? Ac sicubi aliqua eius species nobis offertur, indices potius Scaligeranos et Muratorianos, quam titulos ipsos strenue consultos, paucissimos utique ultra Gruterum Muratoriumque sapere pervideo. Neque tamen propterea quemquam reprehendo; neque nostros philologos hoc in genere nunc cum Lipsiis, Scaligeris, Fabrettis, Maffeiis, Hagenbuchiiis, Mariniis committi aequum censuerim, ipse diuturna experientia quum didicerim, quam laboriosum opus quantaque sit patientiae, huius in disciplinae tamquam recessus penetrare. Etenim fatigamur ubique incredibili titulorum multitudine, e quibus nihil omnino proficias, nisi si sterilem nominum plebeiorum ac servilium notitiam adeptus operae pretium te fecisse putes. Eludimur porro, misereque saepe



decipimur interpolatis, commenticiis, corruptis, mutilis; quam plurimas denique per itinera peregrinantium, ac per libellos praesertim Italicos, quorum raro fit copia homini Germano, subinde sparsas prorsus ignoremus necesse est. Sed eos potissimum, qui a copiosis bibliothecis longius remoti per Gymnasia adolescentibus instituendis operam dant, aegerrime carere, ne Grutero dicam, Fleetwoodio etiam, et Polcastro, et, qui inter compendiorum epigraphicorum scriptores primarium obtinet locum, Morcellio, saepenumero vidi, ac vehementer dolui. Quorum quidem commodis quum esset subveniendum, iis quoque ut prospiceretur consentaneum erat, quibus, dummodo suppeteret tempus, largiora subsidia denegata non essent. Quin etiam ipsa disciplina tam neglecta iuvare aliquatenus poterat nova eius epitome haud prorsus inscite adornata, quae philologi Germanici honestae sufficeret curiositati. Hunc enim non tam stilum, quem dicunt, inscriptionum, (de quo praeclare exposuit Morcellius) quam argumentum ipsum varium et multiplex spectare par est; sed, ut habeat doctissimi Itali librum, rariorem apud nos et nimis carum, ex eo paucissimos dumtaxat titulos, quamvis copiose illustratos, pernoscet; neque facile hos paucos suum in usum poterit convertere. Quocirca nihil quum viderem, quod magnas inter collectiones atque epitomas praedictas iustum aliquod medium teneret, diu admodum est, ex quo in animum induxi, simulac post varias fortunae vicissitudines, miras illas, neque tamen ingratas, patriae tandem essem restitutus, hoc in genere aliquando elaborare. Etenim Romae, Lutetiae, Gottingae, Berolini, Vindobonae maior utique librorum multitudo, Nemausi antea, nunc, ut audio, Lutetiae, absolutissimus etiam ille index Seguierianus, ne nunc quidem contemnendus, praesto fuisset, Turici vero, quamvis compluribus libris alibi facilius inveniendis destitutus, id tamen reperiēbam, quod nusquam nisi in carissima patria in promptu erat; copiosissimum dico apparatus epigraphicum Io. CASP. HAGENBUCHII, viri in hoc genere, ubi diligentiam, assiduitatem, perspicaxque ingenium spectes, facile principis; quo quidem apparatu illius post obitum nemo adhuc esset usus, perpauca illa si excipias, quae concedente Hagenbuchii genero atque herede Steinbrychelio in Museo Turicensi cum eruditis communicavit Hottingerus, venerabilis quondam meus magister. Ergo, simulatque huic negotio licuit vacare, amplissimum inscriptionum Latinarum delectum instituere decrevi, in quo quidem, stilo,

quatenus exemplis doceri potest, fere posthabito, Romanae antiquitatis praecipua ratio haberetur. Digerendi igitur ante omnia erant tituli eum in modum, ut quicumque in istam disciplinam incumberet, facilius quam consultis libris Smetii, Gruteri, Reinesii, Sponii, Donii, Fabretti, Gudii, Muratorii, Maffei, et Donati, (quorum decem virorum doctorum curas *magnarum collectionum* trito iamiam vocabulo comprehendere soleo) gravioris momenti titulos plerosque ad caput quodvis praecipue spectantes, uno velut conspectu, nec sine quadam delectatione posset perlustrare. Verum hunc propter finem plures mihi *classes* erant instituendae, longeque aliae, ac visum erat prioribus, quibus quam maximum inscriptionum numerum colligere unice propositum fuisset. Qua in re fatendum sane mihi video, unum idemque saxum pari fere iure diversa saepe ad capita potuisse referri, quamvis committendum non esset, ut vel dedita opera, vel supina illa, qua nemo frequentius Muratorio peccavit, negligentia bis terve repeteretur. Attamen huic non levi quidem incommodo quum indicum ope mederi conatus sum, tum subinde lectorem eo amandavi, alia ubi inveniret rem, de qua quum maxime sermo esset, illustratura.

Verum id in primis spectandum erat, ut ex titulorum quadraginta circiter millibus a me perlectis, unusquisque eorum, quos selegissem, tum ipsius ante omnia argumenti gravitate, tum (id quod proximum erat) sententiarum sermonisque elegantia, tum, ubi operae pretium esset, rusticitate quoque sua, Latinae linguae vicissitudines fatalemque tandem interitum demonstrante, studioso se commendaret. Quae sane arbitraria haud raro erat optio; siquidem alius reiecisset persaepe, mihi quae transcribenda videbantur; immo ipse, libere dicam, quattuor per annos hoc in negotio versatus alio tempore aliis alios fortasse praetulissem titulos: (infinita est enim res) nec tamen in nimis multis abissem a praesenti meo iudicio. Etenim affirmare ausim, quemlibet huc collocatum certas propter rationes suum locum tueri, neque ingratum fore lectori.

Erit sane, ubi minus periti censores stomachabuntur, unum et alterum saxum, mirabile sibi visum, praetermissum esse, idque, ut fit, fastidiosae cuidam negligentiae fortasse tribuent. Sed quamquam facillime accidere poterat, ut in tam immensa inscriptionum multitudine, plures dignae utique, quae huc insererentur, sese mihi subducerent, consulto tamen plerasque, quas desideratum iri ego quo-



que suspicor, posthabitas esse certo scio; eiusmodi maxime, quae suspectae aut ficticiae omnino mihi visae, minime tamen fraudis operose redargui mererentur; cuius quidem generis permultas reperire licet in Reinesio, Sponio, Fabretto, Gudio praesertim ac Muratorio, infaustum illud Ligorii nomen, vel schedarum ex huius hominis Thesauris excerptarum nimis ambiguam auctoritatem prae se ferentes. Conferat mihi aliquis, si placet et vacat, *Spon Misc.* p. 90, 4. et 181, 3., quo, quid significem, intelligat. — Incredibile autem est, post tot criticorum curas quantum in arte critica lapidaria perficiendum adhuc remaneat. Mei quidem consilii tametsi haudquaquam erat, ut dedita opera investigarem et suspecta, et manifesto commenticia, tamen, ubicunque opportunum videbatur, sedulo notavi ea, quae his essent adnumeranda; longe utique plura, quam ab aliis ante sunt animadversa, non sine idoneis causis in suspicionem adducens. Sed complura huiusmodi, ut praedixi, praeterire satius duxi. Spurias consulto receptas, asterisco signavi. Neque nunc ut novi et verarum inscriptionum sermonem sincerum iustasque formulas, et Ligorianarum atque similium ab aliis fraudulentis nebulonibus confictarum universam rationem et auctoritates, magnis collectionibus denuo perlustratis de singulis fere pronuntiare desperarim, utrum inter certas, an suspectas, interpolatasne, an prorsus commenticias sint referendae: haec enim quattuor genera constituamus necesse est, nisi aut nimis creduli sumus, aut omnes, quae dubitationem aliquam nobis afferunt, omnino repudiandas praepropere censemus. *Suspectas*, quas ego dico, alius idoneis argumentis usus ubi defenderit, et ipsi et disciplinae epigraphicae ultro congratulamur; commenticias quas demonstravimus, nunquam nobis ut tamquam verae obtrudantur, patiemur. Abstinui praeterea, quatenus meae sinebant rationes, a lapidibus mutilis nimisque corruptis, etsi propter unum alterumve vocabulum digni essent animadversione.

Sed utcunque ea de re iudicatum fuerit, id saltem contendere liceat, antiquarios grammaticosque, si qui diligentius hunc librum versarint, satis probabilem earum rerum cognitionem fore percepturos, quae ex Latinis inscriptionibus condisci possunt; aut certe uberiore cum fructu magnis collectionibus perlegendis aestimandisque operam postmodum daturus esse.

Quod si nihil aliud praestitissim, vel hoc tamen sufficere



poterat aequo censori: sed duplex praeterca consilium animo obversabatur meo: si quidem ipsam quoque disciplinam epigraphicam aliquatenus adiuvere, librumque meum propria quadam dote commendare studiosis mature decreveram. Primum igitur e largissimo penu Hagenbuchiano, quaecumque commode possent afferri, in usum eruditorum erant depromenda; neque silentio premenda ducebam, quae inter tam diuturnum laborem, gratissimum quidem illum, ipsi mihi venissent in mentem interpretationis et emendationum tentamina. Neque vero minimam huiusce curae utilitatem eam esse reputem, quod duce plerumque Hagenbuchio, titulos a diversis repetitionis fere ignaris exhibitos varioque modo vel lectos vel explicatos inter se contuli: qua quidem diligentia ii, quibus magnas collectiones exentiendi voluntas erit, haud levi saepe molestia liberabuntur. Neque tamen id mei officii duxi, ut singulis in titulis omnia, ubi iidem reperirentur, scripta indicarem. Nemo igitur exsultet atque triumphet, ubi librum investigarit a me praeteritum vel plane ignoratum; potius eos, quibus Turici uti mihi concessum fuerit, ex indice desumat.

Alteram vero praecipuam curam in illud quoque impendendam merito, ut opinor, ratus sum, ut novum aliquod supplementum magnarum pararem collectionum; neque vero aliter id exsequi licebat, nisi studiose undecumque conquisitis, qui post Donatum demum editi essent, lapidibus; in quibus transcribendis, dummodo haud nimis exigui ac tenuis viderentur momenti, largiorem aliquanto me praebui, quam in iis, qui iamdudum essent pervagati et in thesauros conditi; idque praecipue dictum esto de Gruterianis, duarum iam editionum ope omnium maxime pervulgatis ac per cunctos fere antiquariorum libros laudatis, excerptis, recensis. Ex Gruteri igitur thesauro per multa, quae per se haud omnino displicerent, consulto atque scienter praetermissi, quo locum servarem recens effossis, etsi subinde minus forsitan dignis, quae aliis Gruterianis praeferrentur. Sed id peritos iudices haud aegre laturos fore confido, ubi cogitarint, quam difficile, quamque molestum sit philologo in omnis generis ephemeridibus, itinerariis, opusculis antiquariis pervestigare, quae suam disciplinam revera invent, neque inanem tantummodo curiositatem pascant. Itaque aliquatenus certe provisum erit, ut quidquid fere hoc in genere post annum circiter MDCCLXXV in lucem venerit, atque ad antiquitatis Romanae scientiam percipiendam vere conferat, in

suam quodque classem relatum magna cum facilitate inveniri queat.

Cuius quidem generis in thesauros nondum illatarum inscriptionum quintam ferme partem meae collectionis fore spondeo; qua de re cuivis constabit, ubi vel indicem librorum post Donati supplementum excusorum et a me excerptorum inspicere dignatus erit. Multa quidem Millino, sed longe plurima debeo Marinio, viro in his studiis versatissimo, et Hagenbuchii aemulo, ideo etiam feliciori, quod ei lapides ipsos oculis usurpare, ingentemque numerum nuper demum erutorum primo publici iuris facere licuit.

Quo vero pro instituti mei summa populi Romani vitam, (Varro-niano vocabulo utor) quam maxime fieri posset, inscriptionum auxilio illustrarem, hanc viam mihi ingrediendam ratus sum, ut initio capto ab ipso populi Romani domicilio ac sede, Urbe aeterna, per singulas eius regiones iter velut instituerem, ac memorabilia quaeque lapidea monumenta seligerem per easdem vel olim reperta, vel adhuc exstantia. Ex Urbe dein progressus Italiam a septentrione meridiem versus cum insulis suis peragravi, ita ut ad ea potissimum animum adverterem, quae situm atque antiqua nomina municipiorum coloniarumque docerent, et, quae praetermissa viderem, aut ignorata a Cluverio, Cellario, Mannerto, nimis fastidioso lapidum contemptore, ac Reichardo, studiose colligerem: etsi plurima, quae aequo sane iure huc potuissent referri, meo ex consilio reservanda erant capiti ad rem municipalem spectanti. Sed in reliquis Orbis Romani partibus provinciisque, Hispania, Britannia, Germania, Gallia, Raetia, Norico, Pannonia, Dalmatia, Dacia, Graecia, Asia minore, Aegypto et Africa specimina tantum danda iudicavi, idem tamen consilium secutus, ut, quae maxime notatu digna essent, vel neglecta a geographis deligerem atque exhiberem. At patriae amore ductus aliam prorsus rationem adhibui in saxis Helveticis conquirendis, periculum simul facturus, quousque iuvaret in Latinam quoque epigraphicam introduci ordinem illum geographicum, qui, etsi ex parte contradicente Koppio, in Graeca merito placuit Boeckhio V. Cl. eiusque sociis eruditissimis. Experientia igitur me docuit, fieri id quidem posse, immo effici debere a singulis viris doctis singulis in provinciis, vicinitatibus, urbibus atque oppidis; sed hoc idem ut tentetur in universo aliquando inscriptionum Latinarum corpore adornando, nemini equidem auctor sum futurus. Vidi enim hic illic



incredibilem paene esse saxorum confusionem, in Muscis praesertim Italicis et Britannicis, ubi de plerisque hodie fere nesciretur, undenam quaeque fuerint advecta: maiorem etiam inesse difficultatem in iis, quae post Gruterum ceterosque magnos collectores vel interierint omnino, vel locum mutarint, vel in quibus ab illis aliisque negligentius is esset notatus: — quid tandem quaeso, facies Ligorianis reliquisque misere interpolatis atque spuriiis? Quocirca, quamvis classium quoque descriptio, qualem ego institui, suis non levibus laboret incommodis, nihilominus in Latinis erit praefenda, utpote quae ipsi antiquitatis scientiae magis sit profutura: modo locus ubique quam curatissime fieri poterit, investigetur atque enotetur. Ergo ad Helvetica ut redeam, habes hic omnia mihi nota, inedita etiam aliquot; maxima minima, integra mutila, sincera spuria, ab occidente orientem versus perpetuam in seriem disposita. Quod caput etsi hoc quidem genere cum ceteris discrepat, id tamen praestabit, ut nostrae disciplinae studiosus mature sit intellecturus, quibus cum difficultatibus in ea conflictandum sit, quantumque saepe taedium devorandum in male exscriptis, truncis, commenticiis, nullius denique momenti inscriptionibus pervestigandis ac diiudicandis. Qua in re magnopere me adiuverunt Hagenbuchii Helvetica, accuratiora longe et melius illustrata, quam ante factum erat a Guillimanno, Plantino, et, qui hos et aetate et meritis antecedunt, Aegidio Tschudio et Iosia Simlero, cuius Antiquitatum Helveticarum volumina quinque ipsius manu nitide scripta Turicensium bibliotheca publica adservat. Ex eadem Ottianum volumen inscriptionum Helveticarum, sed nullum fere, post Hagenbuchii curam multo ampliorem, usum mihi praebens, praesto erat; nuper effossa suppeditabant Hallerus, et Levade. Hoc igitur caput, singulari cum diligentia tractatum, speciminis simul loco esto, quomodo geographiam antiquam solis ex lapidibus adornandam existimem.

Geographicis vero absolutis, Historica sum aggressus, ita ut inde a Romulo usque ad Theodoricum regem perpetuam texerem monumentorum seriem, quam haud exiguo usui fore confido iis, qui vel ipsam historiam postmodo sint enarraturi, vel illustraturi et temporum rationem, et nummos. In quo tamen capite ut continerem me, necesse fuit; neque enim omnia licebat amplecti, nisi in his consistere decrevissem; neque, verbi causa, locus hic erat denuo ordinandis Fastis Consularibus, quam utilissimam operam,

mortuo Hauboldo, impatienter exspectamus a Borghesii et Capefiguii sollertia: seriem pariter Praefectorum Urbi intactam reliqui. — Cum civili autem historia intima quadam necessitudine coniuncta erat literaria, cuius specimen satis amplum, historicos, oratores, philosophos, poëtas, Ictos, rhetores et grammaticos in saxis celebratos complectens composui, ita, ut hoc quidem in genere nihil fere desideretur. Quibus pertractatis procedendum erat, opinor, ad religiones resque sacras illustrandas; quod gravissimum caput ita divisi, ut in priore parte enumerarem primo Deos Romanorum patrios, atque a Iove exorsus per gradus ad Eponam Mephitimque descenderem, tum vero Italorum municipales Deos, et peregrinos, id est Asiaticos et Aegyptiacos, cum illis consociarem, tandemque desinerem in Gallicis, Hispanicis, eius generis aliis anquirendis. Qua quidem in re, etsi certum quendam ac facillime cuique percipiendum ordinem servavi, probe tamen scio, haud defuturos, qui eum acriter sint reprehensuri, tamquam neque obscurum satis, nec ipsorum opinionibus convenientem; quos equidem suo iudicio frui aequo animo patiar. Simplicem tamen per lectionem, vel si haec nimis fuerit taediosa, indicum certe auxilio, quae sibi quoque sint profutura, passim reperient: meminerintque, quaeso, locum hic nullum fuisse, neque novae veterum religionum doctrinae condendae, neque ipsis assentandi. Simplicia dumtaxat nos sectamur, testimoniis et argumentis idoneis ubique firmata, clara atque certa; quae his contraria sunt, stultis et incautis mirabilia, nobis nunquam fiet, ut placeant; eodemque tandem omnes, spero, inclinabunt philologi, ubi inanitas vanitasque doctrinarum, quae nunc invaluerunt, satis erit demonstrata.

Simili deinde ratione versatus sum in sacerdotiis, totoque cultu divino lapidum adminiculo illustrandis; quibuscum arte cohaerent omnis generis ludi, spectacula, certamina.

Quartam deinceps rerum Romanarum seriem exorsi sumus a matrimonio, quod, quamvis ad vitam domesticam civilemque magis pertineret, a caerimoniis tamen Deorum immortalium haud esset disiunctum; utpote quod, Modestino auctore, divini et humani iuris sit communicatio; varias postea necessitudines e nuptiis ortas, ac nomina, quorum perplexa saepe ratio ex inscriptionibus haud minimam partem explicatur, sumus persecuti. Quae omnia quum ad ingenuos potissimum spectarent, servi statim ut his opponerentur, erat consentaneum;



iidem, si mihi visum esset, collocari poterant etiam post opifices. Ab illorum quidem ministeriis quum separari non possent officia, quae dicuntur, domus Augustae, de his quoque in lapidibus saepissime memoratis, quantum nostro pro consilio fieri debebat, accuratius egimus. Libertos posthac e servitute emissos civiliaque iura adeptos comitati, pervenimus ad Populi ipsius sacrosanctam certisque legibus adstrictam societatem, in cuius imagine adumbranda civium genera, ordines, totius rei publicae formam, leges, senatum, magistratus varios, honores, munera usque ad novissima Romani imperii tempora recensuimus. Leges quidem ipsas, quas, uti spero, Klenzius illustrandas sibi sumet, paucissimis exceptis, consulto non attigimus; neque enim in iis interpretandis nos iuris quidem prudentiam nunquam professi nobismet ipsis satisfecissemus, nec simpliciter easdem exscribere vacabat. Nolim igitur, quaeras desideresve meo in libro S. C. de Bacchanalibus, nec Legem Serviliam, nec iudiciariam Galliae Cisalpinæ, nec Heracleensem tabulam (ut eleganter cum Hugone loquar), nec legem Puteolanam parieti faciundo, nec regiam, quae dicitur, Vespasiani, neque Acta illa senatus supposititia, nec Tabulam alimentariam Traiani, neque Antiatinam, neque, ut ad historica progrediar, Fastos consulares ac triumphales, nec Monumentum Ancyranum, nec Torigniense, neque orationem Claudii Caesaris, quae, optime mihi nota, fere omnia saepius iam alibi sunt repetita. Abstinerendum enim erat a talibus ideo quoque, ut locum aliis, minutioribus fortasse, reservarem. Sed cum magistratibus artissimo vinculo coniuncta vidimus officia minora apparitorum, scribarum, exactorum, tabulariorum; cum tota vero re publica et operum publicorum ac vectigalium universam rationem, et rem militarem, quibus omnibus singula capita sunt assignata. Quamquam, permulta sane a prioribus inscriptionum editoribus iure quodam suo inter opera publica relata praeceperat nobis ea operis pars, quae monumentis historicis dicata diligentiore etiam cura digna videbatur; unde factum est, ut municipalia fere in capite opera publica continente legantur, principum vero eo in genere merita et laudes in historicis potius locum invenerint suum. Neque vero provinciarum administrationi exponendae largior supererat messis, a civilibus maximam partem et urbanis magistratibus occupata: at eo maius studium in eo collocavimus, ut omnem rem militarem accuratius enuclearem, temporum ratione quantum fieri poterat, hic quoque, ut in reliquis, semper habita.



A populi Romani re publica transeundum deinceps erat ad rem municipalem, quae, quum potissimum ex inscriptionibus, Rethio ex toto neglectis, illustrari debeat, non sine causa id mihi propositum fuit, ut ad saxa eo pertinentia undique comportanda, apteque disponenda assiduam navarem operam. Quo quidem id assecutus esse mihi videor, ut, quicumque hanc antiquitatum Romanarum obscurissimam adhuc partem denuo scrutabitur, facilius certe sit perspecturus, quoniam singula, in quae ipse incidet, sint referenda, quoque modo coniungenda cum iis, quae a me sunt collecta. Perreximus inde ad eam hominum conditionem, quae in quaestu faciendo victuque quotidiano parando occupata, ipsa tamen apud Romanos societatis appetens, quantumque poterat, rem publicam imitata, collegia, corpora, sodalicia instituere solebat suis cum praepositis, magistris, patronis, apparitoribus, servis, legibus etiam et decretis; quo utique in genere maxima rursus inscriptionum utilitas cernitur. Collegiorum autem forma perspecta, singulas ad artes, quae manu constant, quum descendissemus, supererant varia hominum inter se commercia, (*τὰ συμβόλαια* Graeci nuncupant) quae cuncta vitae communis nomine complexi sumus. Hanc vero tamquam curriculae metam emensis una restabat rerum ultima, mors, infinito titulorum numero celebrata, qui quidem omnes, quaecumque demum vocem mittant vel veri maeroris, vel benevolentiae et caritatis, vel levitatis ac superbiae inter cineres et ossa, iura cultumque Deum Manium quum identidem recordentur, ad religiones, unde progressi eramus, fatali quodam perpetuoque circuitu et quasi orbe nos reduxerunt.

Ita exposita mei consilii simplicissima ratione ac via, ab harum rerum peritioribus libenter discam, utrum ista Latinarum inscriptionum descriptio varias in classes, earumque singula capita, quemadmodum a me est instituta, utilis futura sit ipsi disciplinae epigraphicae, necne? Me quidem iamdudum hoc in labore versatum usus ipse edocuit, unicuique lapidi sic facillime certum locum posse assignari, in quo universam antiquitatis Romanae disciplinam iuвет, firmet, illustret; qui tandem, ni fallor, omnium studiorum hoc in genere collocatum supremus est finis.

His omnibus subieci Caput XXII. ex variis HAGENBVCHII observationibus criticis constans, quae quidem laudis meae nihil indigent. Praefationem autem subsequitur Artis criticae lapidariae

supplementum, partim ex eiusdem schedis depromptum, sed a nobis singulari studio auctum. A Christianorum vero monumentis (de quorum in antiquitate ecclesiastica usu post Muentherum praeclare nuper disputavit Gesenius,) pauca quaedam si excepias hinc inde sparsa, fuit abstinendum, ne licenter instituti mei fines migrarem. — In temporum ratione notanda, ubique secutus sum Fastos Almelveenianos.

Superest, ut de legibus, quas in edendis inscriptionibus ipse mihi scripsi, paucis exponam. In iis ne una quidem literula de coniectura, etsi saepe certissima, est immutata. Id tantum mihi arbitrii sumpsi, ut quae in adnotationibus praesertim Gudianis ad Gruterum tanquam lapidum ipsorum afferuntur lectiones, sua plerumque evidentia sese commendantes, postliminio reciperem, itemque ex aliis aliorum typis accuratioribus corruptos emendarem. Haec vero ratio, necessario fere tenenda, ubi ἐφελκύνω sumus destituti, cur aut omnino reprehendenda sit, aut ab aliquo improbari potuerit, equidem prorsus non intelligo: idem enim critici omnes licere sibi, immo sui officii in primis esse semper censuerunt, ut diversis e codicibus ipsius scriptoris manum restituere conarentur; illud tantummodo inscriptionum quoque editores servant necesse est, ut scriptionis varietatem religiose ubivis enotent, ac posteritati iudicii ferendi potestatem permittant. Supplementa vero rarissime fragmentis sunt inserta, eaque literis minoribus excusa et unciis insuper a lapidum ipsis reliquiis plerumque seclusa. Paucissimis exceptis, (quibus semper *et.* subscriptum est) omnes inscriptiones integras dedi, etsi in fine nil nisi nomina, vel notissimas formulas sepulcrales continerent: ipse enim nimis saepe molestiam illam expertus eram, qua afficimur, ubi decurtata inscriptio offertur timentibus, ne gravioris aliquid momenti nobis subtraxerit editor. Versus inscriptionum linea transversa omnes inter se discriminavi; ita ut quemque titulum facillima opera pristinam in formam denuo redigere queas. Locos saxorum, ubicumque propter priorum editorum socordiam ego haud ignorarem, accurate adnotavi, sicuti et libros, unde unumquodque desumptum est. Notarum, quas barbaro, sed usitato iamdudum in re epigraphica vocabulo *sigla* vel *siglas* appellant, interpretationem ubique fere adieci, ne lector minus hoc in genere versatus, vel incertus haereret, vel ad earum coniectores, Coletium et Gerrardum, omnis generis erroribus referret



confugere cogeretur. Palaeographiae autem vehementer doleo nullam fere rationem a me haberi potuisse, eam ob causam, quod deerant typi idonei ad nexas sive ligatas potissimum literas imitandas, nec libero homini Helvetio regalis aliqua munificentia subveniebat, neque in dubii exitus inceptum nimios sumptus ut impenderet honestissimus redemptor, meo iure postulare poteram. Nemo igitur hac de re mecum litiget, vel adeo digladietur. Non potui, inquam. Tu si potueris, ego plaudam cum primis. Utinam autem placeret Koppio, V. Cl., cui in hoc genere omnes nunc primas deferunt, vel integram palaeographiae etiam Latinae doctrinam exponere, vel eiusdem saltem compendium discipulis exhibere! Nec vero hodie post lithographicam artem inventam res est nimis sumptuosa, ideoque eruditibus hominibus denegata. Libenter equidem vel centum tabulas lithographicas libro meo subiungi curassem, dummodo licuisset.

Meis autem in adnotationibus conscribendis Hagenbuchianisque excerptis brevitati maximo opere studui, nisi ubi res ipsa, ut latius aliquantum exspatiarer, suaderet: inscriptiones enim quam plurimas in compendio licitum esset, non vero commentarios dare constitueram. Qua in re si quid peccatum est, abunde id, opinor, compensabitur appendice altera, variorum epistolas epigraphicas continente, quas, hac edendi opportunitate haud oblata, diuturnae tenebrae in posterum quoque pressissent. Typothetarum specimina ipse, quater singula, emendavi. Errores aliquot, perpaucos tamen, sic quoque remansisse, nunquam negabo. Sed nullus publicorum censorum (quorum benignus nunc est numerus) erroris me accusato, antequam libros omnes, quorum auctoritatem singulis in locis laudo, ipse inspexerit. Etenim scio, me et accurate titulos, transcripsisse, et sedulo, ut officii mei erat, omnes tabulas a typothetis mihi missas correxisse.

Apparatu autem Hagenbuchiano accuratius recensito, librorum, quibus praeterea usus sum, indicem eum dumtaxat ob finem exhibeo, ut et notae, quibus singulos designavi, facilius intelligantur, et, qui mihi adhuc defuerint, statim lectoribus appareat.

Scribendam Turici ipsis Kalendis Ianuariis M. DCCC. XXVII.

APPARATVS EPIGRAPHICVS  
 IO. CASP. HAGENBVCHII  
 IN TVRICENSIVM

BIBLIOTHECA PVBLICA ADSERVATVS.

---

- I. Opus tessellatum ex *Smetii* et *Scaligeri* indicibus, secundum *Gruteri* paginaas, nec non Observationes ad *Gruterum*. Vol. XII. forma maxima.
- II. Observationes ad *Sponii* Miscellanea eruditae antiquitatis. Vol. I. forma max.
- III. Observationes ad *Reinesium*. Vol. III. forma quadruplicata.
- IV. Opus tessellatum ex *Reinesianis* indicibus compositum. Vol. I. 4.
- V. Opus tessellatum et Observationes ad *Fabretum*. Vol. II. fol.
- VI. Opus tessellatum et Observationes ad *Gudium*. Vol. I. fol.
- VII. Opus tessellatum ex *Gorii* indicibus contextum, nec non Observationes ad *Donium*. Vol. I. fol.
- VIII. Opus tessellatum et Observationes ad *Gorii* Inscriptiones Etruriae. Vol. III. 4.
- IX. Opus tessellatum et Observationes ad *Muratorium*. Vol. VIII. fol.
- X. Opus tessellatum et Observationes ad *Maffei* Museum Veronense. Vol. I. 4.
- XI. Observationes ad *Zachariae* Marmora Salonitana, et ad *Oeconis* Inscriptt. Hispanienses. Vol. I. 4.
- XII. Marmorum *Arundelianorum* secunda Editio. Londini 1732. fol. permultis cum Observv. HAGENBVCHII.
- XIII. Observationes in *Pocockii* Inscriptiones. Vol. I. 8.
- XIV. Inscriptiones antiquae in *Helvetia* exstantes collectae cum farragine Observationum. Vol. IV. 4.
- XV. Index omnium vocum ad *Syllogen* Inscriptionum *Helvetiae* antiquae, insertis et aliis rebus plurimis ad rem epigraphicam pertinentibus. Vol. I. 4.
- XVI. Post-Helvetica, seu Inscriptiones extra Helvetiam inventae, at Helvetiorum, Raetorum, Sequanorum, Vindellicorumque memoriam habentes, diligenter collectae; itidem cum farragine Observationum. Vol. I. 4.
- XVII. Celtica: item ad notitiam Helvetiae antiquae, Vindelliciae, Raetiae et Norici facientia cum rerum indiculo alphabetico. Vol. I. 4.
- XVIII. Prolegomena epigraphica; praecedunt quaedam ad Bibliothecam epigraphicam facientia, nec non *Cuperi* et *Leibnitii* ad *I. I. Scheuchzerum* et *Cuperi* ad *IVildium* epistolae. Vol. I. 4.
- XIX. Observationes miscellae ad Inscriptiones antiquas, Non-Helveticas. Vol. I. 4.
- XX. Bibliotheca epigraphica. Vol. XI. 4.
- XXI. HAGENBVCHII Epistolae ad amicos, virosque doctos; cum *corundem* responsis. Ab anno MDCCXVIII. ad annum MDCCLXIII. Vol. XII. 4. Insunt epistolae Io. Georgii Altmanni, Sigismundi d'Attems, Io. Christoph. Beckii, Lud. Bochati, Io. Iac. Bodmeri, Io. Bonhierii, Lud. Bourgueti, Cl. de Boze, Io. Iac. Breitingeri, Dan. Bruckneri, Aug. Io. Buxtorfii, Petri Comitisi di Calepio, Henrici Cannegieteri, Seb. Donati, Iac. Elsneri, Io. Aug. Ernestii, Conradi Fueslini, Andreae Gallandi, Io. Gesneri, Ant. Franc. Gorii, Abrahami

Gronovii, Io. Henr. Hagenbuchii Prorect. Clivensis, Alberti Halleri, Christ. Aug. Heumannii, Io. Wern. Huberi, Iac. Crist. Iselii, Io. Rod. Iselii, Erhardi Kappii, Andreae Laneyi, Io. Henrici Leichii, Ottonis Frid. Com. de Lynden, Scipionis Maffei, Bernardi Montfauconii, Io. Laur. Moshemii, Io. Bapt. Ottii, Dominici Passionei, Angeli Mariae Quirinii, Io. Iac. Reiskii, Parolini Fr. Roncallii, Ant. Roschmanni, Ant. Sambucae, Christoph. Saxii, Sam. Schmidtii, Io. Dañ. Schoepflini, Io. Franc. Seguierii, Eliae Stoeberi, Ferd. Stoschii, Iac. Verneti, Io. Ern. Emanuelis Walchii, Franc. Ant. Zachariae, Io. Iac. Zimmermanni, ut illustriores dumtaxat recenseam.

XXII. Libri epigraphici complures, quorum margini suas emendationes observationesque adscripsit *Hagenbuchius*, mox enumerandi in iudice librorum a nobis excerptorum.

---

HAGENBVCHIVS noster ex libris epigraphicis, qui quidem gravioris alicuius essent momenti, ante annum eius fatalem 1763 publici iuris factis vix ullo carebat, praeter *Ioannis de Vita* Thesaurum antiquitatum Beneventanarum, *Hultmanni* Miscellanea epigraphica, *Cannegieteri* librum de nominum Romanorum ratione, *Ottonis* libros de aedilibus et de tutela viarum. Etenim si qui alii eidem essent negati, veluti *Malvasiae* marmora Felsinea, *Ursati* marmora erudita, Patavii 1719., *Monumenta Kempiana*, inscriptiones ipsas saltem in *Muratorii* Thesaurum iamiam receptas habebat. Ipse *de Vitam*, *Hultmannum*, *Cannegieterum*, *Ottonem* in usus meos converti; in *Ursato* evolvendo operae pretium nullum fere feci; *Malvasiam* vero et *Kempiana* sine magno, ut opinor, libri mei detrimento acquirere nondum potui. Aegre autem carui maxime *Passioneo*, cuius tamen titulos repeliit *Seb. Donatus*, *Amaduzzii* Ane-dotis Romanis, *del Signore* Marmoribus Riccardianis, a *Gorio* tamen maximam partem iam editis, *Horsleyi* Britannia Romana, cuius vicem aliquatenus supplebat *Camdeni* Britannia a *Gibsonio* anglice versa, variisque praeterea itinerariis, ephemeridibus literariis, opusculisque criticis in Anglia praesertim, Gallia, Italia et Hispania editis: quae etsi studiose quaesita, in Helvetia nusquam exstabant. Ineditas aliquot inscriptiones, id quod grato animo testor, a *Ioanne LABYS*, viro hoc in genere longe peritissimo, dono accepi.

---



INDEX PRAECIPVORVM LIBRORVM  
 EPIGRAPHICORVM ALIORVMQVE  
 INSCRIPTIONES LATINAS CONTINENTIVM,  
 QVIBVS VSVM SVM.

---

- ACTA Academiae *Theodoro-Palatinae*. Mannhemii 1766. 4. Vol. 7.  
 — — Eruditorum *Lipsiensia* inde ab anno 1740. Antecedentia volumina excerpterat  
 iam Muratorius.
- ALDENBRÜCK (*August.*) de religione antiquorum Vbiorum dissertatio. Coloniae Agripp.  
 1749. 4. Est editio auctior eiusd. libelli, qui in priore tribuitur HARZHEMIO.  
 Hanc vero priorem aliquoties laudavi, antequam illam nactus essem.
- ALDI MANVTII (*Paulli F.*) Orthographiae ratio. Venetiis 1566. 8. c. n. mss.  
 HAGENBVCHII.
- ALMELOVEEN (*Theod. Iansonii*) Fastorum Romanorum Consularium Libri duo.  
 Amstelaedami 1740. 8.
- ANTONINI, Iter Britannicum commentariis illustratum *Thomae GALE*. Londini 1709.  
 4. c. n. mss. HAGENBVCHII.
- APIANI (*Petri*) et AMANTII (*Barthol.*) Inscriptiones sacrosanctae vetustatis. Ingolstadii  
 1534. fol. c. n. mss. HAGENBVCHII.
- ARCHAEOLOGIA, or miscellaneous tracts relating to Antiquity. London 1814. Vol. 18. 4.
- BARTHII (*Casparis*) aduersariorum commentariorum Libri LX. Francofurti 1624. fol.
- BECHI (*Guglielmo*) del Calcidico e della Cripta scavati nel foro di Pompeia l'anno  
 1820. Napoli. s. a. 4.
- BERTOLI (*Giandomenico*) le Antichità d'Aquileja. Venezia 1739. fol. c. n. mss.  
 HAGENBVCHII.
- BIAGI (*Clem.*) Monumenta Graeca et Latina ex museo Iac. Nanti Veneti illustrata.  
 Romae 1787. 4.
- BIANCHI (*Isidoro*) Marini Cremonesi. Milano 1791. 8.
- BIANCHINI (*Franc.*) camera ed iscrizioni sepolcrali de' liberti della casa di Augusto.  
 Roma 1727. fol. c. n. mss. HAGENBVCHII.
- BIBLIOTHECA philologica ed. VOLBORTH. Lipsiae 1779. 3 Vol. 8.
- BIBLIOTHEK der alten Litteratur und Kunst. Göttingen 1786. X. Sticke. 8.
- BOCHAT (*Loys de*) epistolica dissertatio, qua declaratur lapis antiquus — Lousonnae  
 effossus. Lousonnae 1741. 4.
- — Mémoires critiques sur l'histoire ancienne de la Suisse. Lausanne 1749. 3 Vol. 4.
- BORGHESI (*Bartolomeo*) nuovi frammenti dei Fasti Consolari Capitolini. Milano  
 1818. 2 Vol. 4.
- BOVHIER (*Iean*) explication de quelques marbres antiques, dont les originaux sont  
 dans le cabinet de Mr. \* \* \* (*le Bret*). Aix 1733. 4. c. n. mss. HAGENBVCHII.
- — Dissertation sur le grand Pontificat des Empereurs romains. Dijon 1742.  
 4. c. n. mss. HAGENBVCHII.
- BRVMMERIANA s. opuscula *Frid. BRVMMERI* ed. *G. BEYER*. Lipsiae 1712. 8.
- BVRCKHARDT (*Levis*) Travels in Syria and the Holy Land. London 1822. 4.

- CALOGERA (*A.*) Raccolta e nuova raccolta d'opuscoli scientifici e filologici. Venezia 1729 — 1781. 86 Vol. 12.
- CAMDENI (*Guil.*) Britannia. Londini 1607. fol.
- — Britannia translated by *Edmund GIBSON*. The fourth edition. London 1772. 2 Vol. fol.
- CANCELLIERI le sette cose fatali di Roma. Roma 1812. 8.
- CANDIDA-DIONIGI (*Marianna*) viaggi in alcune città del Lazio. Roma 1809. 4.
- CANNEGIETERI (*Henrici*) Dissertatio de Brittenburgo cet. Hagae - Comitum 1734. 4. c. n. mss. HAGENBVCHII.
- — de mutata Romanorum nominum sub principibus ratione liber singularis. cet. Traiecti ad Rhenum 1758. 4.
- CARCANIUS (*Pasqualius*) v. HERCULANUM.
- CARDINALI (*Clemente*) Iscrizioni antiche Veliterne illustrate. Roma 1823. 4.
- — (*Luigi*) trecento Iscrizioni illustrate. Bologna 1823. 4.
- CARYOPHILI (*Paschalis*) de thermis Herculanis nuper in Dacia detectis. Mantuae 1739. 4. c. n. mss. HAGENBUCHII.
- CAYLUS Recueil d'antiquités. Paris 1752. 7 Vol. 4.
- CHANDLER (*Richard*) Marmora Oxoniensia. Oxonii 1763. fol.
- — Inscriptiones antiquae pleraeque nondum editae. Oxonii 1774. fol.
- COLETHI (*Io. Dominici*) Notae et siglae, quae in nummis et lapidibus apud Romanos obtinebant, explicatae. Venetiis 1785. 4.
- CONRADI (*Fr. Caroli*) Scripta minora ed. L. PERNICE. Halis 1823. 8.
- CORSINI (*Eduardi*) Notae Graecorum. Florentiae 1749. fol. c. n. mss. HAGENBVCHII.
- — Inscriptiones Atticae. ib. 1752. 4. c. n. mss. HAGENBVCHII.
- — Series praefectorum Urbis. Pisis 1763. 4. Altera editione carui.
- CVPERI (*Gisberti*) Observationum Lib. IV. Lipsiae 1772. 8.
- — Harpocrates et Monumenta antiqua inedita. Traiecti ad Rh. 1687. 4. c. n. mss. HAGENBVCHII.
- — Lettres de critique, de littérature, d'histoire etc. Amsterdam 1755. 4.
- — Fasciculus epistolarum ad *Marq. WILDIVM*. In *Musei Helveticici* parte 1. p. 49—79. Tiguri 1746. 8.
- CYRIACI (*Anconitani*) Inscriptiones s. l. (Romae) et a. (circa 1645.) publicatae 1747. fol. c. n. mss. HAGENBVCHII.
- — Commentariorum nova fragmenta notis illustrata (ab *Hannibale de Abbatibus OLIVERIO*). Pisauri 1763. fol.
- DALE (*Antonii van*) dissertat. IX. antiquitatibus et marmoribus Graecis et Romanis illustrandis inservientes. Anstelodami 1702. 4. c. n. mss. HAGENBVCHII.
- DAMADENVS (*Abbas*) Aes redivivum s. Tabula aerea Canusii eruta cet. in GRAEVII Thes. Antiq. Ital. T. IX. P. v.
- DESCRIPTION de l'Égypte etc. Paris 1821. 8. 8 Vol.
- DIONISI (*Gian - Iacopo*) de' blandimenti funebri o sia delle acclamazioni sepolerali Cristiane. Padova 1794. 4.
- DONATI (*Sebastiani*) Ad novum Thesaurum velt. Inscriptt. L. A. MYRATORII Supplementum. Lucae 1765 — 1775. 2 Vol. fol.
- DONII (*Io. Bapt.*) Inscriptiones antiquae cum notis ed. A. F. GORIVS. Florentiae 1731. fol.
- DOROW Denkmäler aus der altgermanischen und römischen Zeit in den Rheinisch-Westphälischen Provinzen. Stuttgart 1823. 4.
- DVELLI (*Raymundi*) Excerptorum genealogico - historicorum libri duo. Lipsiae 1725. fol.
- — lucubratio epistolaris ad *I. A. de Bozadors*. (Norimbergae) 1733. 4. c. n. mss. HAGENBVCHII.
- ECKHEL (*Josephi*) Doctrina nummorum veterum. Vindobonae 1797. 8 Vol. 4.

- ECKHART (*Io. Georg. ab*) Dissertatio de Apolline Granno Mogouno. Wirceburgi. s. a. 4.
- EMELE (*Joseph*) Beschreibung römischer und deutscher Alterthümer in Rhein Hessen. Mainz 1825. 4.
- EVSEBII Thesaurus temporum ed. *Iosepho SCALIGERO*. Amstelod. 1658. fol.
- FABRETTI (*Raphaelis*) Inscriptt. antiquarum, quae in aedibus paternis asservantur, explicatio. Romae 1702. fol.
- — de columna Traiani syntagma. ibid. 1690. fol. c. n. mss. HAGENBUCHII.
- FICORONII (*Franc.*) de larvis scenicis et figuris comicis Romanorum. Romae 1754. 4.
- FIEDLER (*Franz*) römische Denkmäler der Gegend von Xanten und Wesel. Essen 1824. 8.
- FLEETWOOD (*Guil.*) Sylloge inscriptionum antiquarum. Londini 1691. 8.
- FOGGINII (*Petr. Franc.*) Fastorum anni Romani a Verrio Flacco ordinatorum reliquiae. Romae 1779. fol.
- FUCHS (*Joseph*) alte Geschichte von Mainz. Mainz 1771. 8. T. 1.
- FURLANETTO (*Giuseppe*) Lettera epigrafica al ch. sig. dott. *Giovanni Labus*. Padova 1819. 8.
- GERCKEN (*Philipp Wilhelm*) Reisen. Stendal 1783. 4 Vol. 8.
- GERRARD (*Ioan.*) Siglarium Romanum cet. Londini 1792. 4.
- GIORNALE ARCADICO di scienze, lettere ed arti. Roma 1825. Priora volumina non habui.
- GIOVENAZZI (*Vito Maria*) della Città di Aveia ne' Vestini dissertazione. Roma 1773. 4.
- GORII (*Ant. Franc.*) Inscriptiones antiquae in Etruriae urbibus exstantes. Florentiae 1726. 3 Vol. fol.
- — Descriptio columbarii libertorum et servorum Liviae Aug. cet. in POLENI Thes. Antiqq.
- — Symbolae literariae. Decas Florentina et Decas Romana. Florentiae 1748. 20 Vol. 8. c. n. mss. HAGENB.
- — Lettere critiche sopra l'osservazioni del *Lami*. Lucca 1745. 4.
- — Xenia epigraphica ed. WALCH. Ienae 1755. 8. c. n. mss. HAGENB.
- GORO (*Ludwig von*) Wanderungen durch Pompeii. Wien 1825. fol.
- GRAEVII, GRONOVII, SALLENGRII, POLENI Thesaurus, ubicunque opus erat, consului.
- GRVTERI (*Iani*) Thesaurus inscriptionum ed. *I. G. GRAEVIO*. Amst. 1707. 4 Vol. fol. Indices passim correxit HAGENBVCHIVS.
- GVASCO (*Franc. Eugen.*) Musei Capitolini antiquae Inscriptiones. Romae 1775. 3 Vol. fol.
- GVDII (*Marquardii*) Antiquae inscriptiones cet. Leovardiae 1731. fol. Indicibus doctissimas observationes adscripsit HAGENBVCHIVS.
- HAGENBVCHII (*Io. Casp.*) Epistolae epigraphicae. Tiguri 1747. 4. c. n. mss. auctoris.
- — de diptycho Brixiano Boëthii Cos. epistola epigraphica. ib. 1749. fol.
- HALLER (*Fr. Ludwig*) Helvetien unter den Römern. Bern 1811. 2 Vol. 8.
- HARZHEIM de Religione antiquorum Vbiorum dissertatio. Coloniae Agripp. 1746. 4. c. n. mss. HAGENBVCHII. v. *Aldenbrück*.
- HERCVLANVM. De' Bronzi d'ERCOLANO T. 1. Napoli 1767. fol. Le Pitture antiche d'ERCOLANO T. 5. ivi 1779. fol. Commentariorum scriptor perhibetur *Pasquallius CARCANIVS*.
- HISTOIRE et mémoires de l'institut royal de France. Paris. 1815. Seqq.
- HOFFMANN (*C. F.*) über die Zerstörung der Römerstädte an dem Rheine. Neuwied 1823. 8.
- HOLSTENII (*Lucae*) Epistolae ad diversos collegit *I. F. BOISSONADE*. Parisiis 1817. 8.
- HUEPSCH (*J. IV. S. A. von*) Epigraphmatographie oder Sammlung von Inschriften der Niederdeutschen Provinzen. Köln 1801. 4.
- HVLTMANN (*J. A.*) diatriba antiquario iuridica de servis binominibus. Lugd. Bat. 1750. 4. c. n. mss. HAGENBVCHII.



- HVLTMANN (*I. A.*) Miscellaneorum epigraphicorum liber singularis. Zutphaniae 1758. 8. c. n. mss. STEINBRYCHELII.
- IGNARRA (*Nicol.*) de palaestra Neapolitana commentarius. Neapoli 1770. 4.
- IORIO (*Andrea de*) Guida di Pozzuoli e contorno. Napoli 1817. 8.
- JOURNAL des Savans. Paris 1816. Seqq.
- IUVAVIA. Nachrichten vom Zustande der Gegenden und Stadt Iuvavia. Salzburg 1784. fol.
- KEYSLERI (*Io. Georg.*) Antiquitates selectae septentrionales et Celticae. Hannoverae 1720. 8. c. n. mss. HAGENBVCHII.
- KLOTZII (*Christ. Adolph.*) Acta litteraria. Altenburgi 1764. 7 Vol. 8.
- KRUSE (*Fr. C. H.*) Archiv für alte Geographie, Geschichte und Alterthümer. Bres'au 1821. 8. 3 Hefte.
- LABUS (*Giovanni*) intorno alcuni monumenti epigrafici Cristiani scoperti in Milano l'anno 1813 nell' insigne Basilica di Sant' Ambrogio dissertazione. Milano 1814. fol.
- — intorno due antichi epitaffi acquistati dall' Ab. *Seb. Ciampi* dissertazione. Milano 1817. 8.
- — Lettera a D. *Pietro de Lama* intorno a due iscrizioni Vellejati. ivi. 1820. 4.
- — Notizie intorno alla vita ed agli scritti del P. *G. M. Racagni*. ivi. 1822. 8.
- — intorno varj antichi monumenti scoperti in Brescia dissertazione. Brescia 1823. 4. (LABUS *Dissertazione.*)
- — di un' epigrafe Latina scoperta in Egitto dal Belzoni e in occasione di quella dei Prefetti di quella provincia dissertazione. Milano 1826. 8.
- — Lettera sopra una Colonna letterata di Maguzzano. Brescia 1812. 8.
- — Epigrafe antica nuovamente scoperta in Padova. Milano 1819. 8.
- — Ara antica scoperta in Hainburgo. ivi. 1820. 8.
- LAMA (*Pietro de*) Iscrizioni antiche collocate ne' muri della Scala Farnese. Parma 1818. 4.
- LAMII (*Ioan.*) in antiq. tabulam abeneam Ganusinam observatt. Florentiae 1745. fol. c. n. mss. HAGENBVCHII.
- LANZI (*Luigi*) Saggio di lingua Etrusca e di altre antiche d'Italia. Roma 1789. 3 Vol. 8.
- LAVRI (*Io. Bapt.*) Epistolarum centuria selecta. Romae 1621. 8.
- LENOIR (*Alexandre*) Histoire des arts en France. Paris 1811. 4.
- — Musée impérial des monumens français. ibid. fol.
- LETRONNE Recherches pour servir à l'histoire de l'Égypte. Paris 1823. 8.
- LEVADE (*Louis*) Dictionnaire géographique et historique du Canton de Vaud. Lausanne 1824. 8.
- LINGEN (*Huld. Herm. von*) kleine deutsche Schriften. Wittemberg 1730. 3 Vol. 8.
- LIVII Histor. Lib. XCI fragmentum descriptum a *Vito M. Giovenazzo* cet. Romae et Lipsiae 1773. 8.
- LVPI (*Anton Mar.*) Epitaphium Severae Martyris illustratum. Panormi 1734. fol. c. n. mss. HAGENBVCHII.
- — dissertazioni e lettere filologiche antiquarie. Arezzo 1753. 8.
- LVPVLI (*Mich. Archangeli*) Iter Venusinum vetustis monumentis illustratum. Neapoli 1793. 4.
- MABILLON (*Ioann.*) Vetera analecta. Parisiis 1723. fol.
- MAFFEI (*Iacop' Antonio*) Periodi storici e topografici delle Valli di Non e Sole nel Tirolo meridionale. Roveredo 1805. 4.
- — (*Scipionis*) Museum Veronense. Veronae 1749. fol. c. n. mss. HAGENBVCHII.
- — Verona illustrata. Verona 1731. 4 Vol. 8. c. n. mss. HAG. Ex libro, cui index est: *Compendio della Verona illustrata principalmente ad uso de' forestieri*. Verona 1795. 8. 2 Vol. id saltem didici, usque ad annum MDCCXCV. ne unum quidem lapidem literatum post Maffei obitum illatum esse in celebratissimum Museum Veronense.

- MAFFEI (*Scipionis*) Artis criticae lapidariae quae exstant, reperiuntur in DONATI Supplemento ad Thesaurum Murat. T. 1.
- — Galliae antiquitates quaedam selectae. Veronae 1734. 4. c. n. mss. HAGENBVCHII.
- — Osservazioni letterarie. Verona 1737. 6 Vol. 8. c. n. mss. HAGENBVCHII.
- — Dittico Quirimiano. Verona 1754. 4. c. n. mss. HAGENBVCHII.
- — Tre lettere. ivi. 1748. 4. c. n. mss. HAGENBVCHII.
- MARMORA TAVRINENSIA illustrata ab *Antonio RIVAVTELLA* et *Io. Paulo RICOLVIO*. Augustae Taurinor. 1743. 2 vol. 4. c. n. mss. HAGENBVCHII.
- MARINI (*Gaetano*) Iscrizioni antiche delle ville e de' palazzi Albani. Roma 1785. 4.
- — Atti e monumenti de' fratelli Arvali. ivi. 1795. 2 Vol. 4.
- MARMORVM Arundelianorum, Seldenianorum aliorumque Acad. *Oxonienti* donatorum secunda editio. (ed. MAITTAIRE) Londini 1732. fol. c. n. mss. HAGENBVCHII.
- MARTORELLI (*Iacobi*) de regia theca calamaria Libri II. Neapoli s. a. 4.
- MASDEV dodici opuscoli lapidarj; negli Atti dell' *Accademia Italiana*. Livorno 1810. 4. T. 1. P. 2. p. 165.
- MAZOCCHI (*A. S.*) Commentarius in Campani theatri titulum. in POLENI Suppl. Thes. Antiqq.
- — Commentariorum in regii Herculaneus musei aeneas tabulas Herculaneus partes duae. Neapoli 1754. 2 Vol. fol.
- MAZOCCHI (*Iac.*) Epigrammata antiqua Urbis. Romae 1521. fol. c. n. mss. HAGENBVCHII, qui ante omnia errores in Addendis indicatos, sed a posterioribus saepe repetitos, in ipso contextu studiose correxit.
- MÉMOIRES et Histoire de l'Académie des Inscriptions et Belles lettres. Paris 1736 seqq. 50 Vol. 4.
- — de la Société des Antiquités de *Cassel*. Cassel 1780. 4. T. 1.
- — Romane di antichità e di belle arti. Roma 1824. Vol. 3.
- MILLIN (*Aubin Louis*) Monumens antiques inédits. Paris 1806. 2 Vol. 4.
- — Voyage dans les départemens du midi de la France. Paris 1811. 5 Vol. 8.
- — Description des tombeaux, qui ont été découverts à Pompeï dans l'année 1812. Naples 1813. 8.
- — Magazin encyclopédique. Paris 1795. — It. Annales encyclopédiques. — 1818. 138 Vol. 8.
- MONTFAVCON (*Bernard*) l'antiquité expliquée. Paris 1722. 10 Vol. fol.
- MORCELLI (*Steph. Anton.*) Operum epigraphicorum volumina quinque. Patavii 1819. 4.
- — Africa Christiana. Brixiae 1817. 3 Vol. 4.
- — sull' Agone Capitolino dissertazione. Milano 1816. 8.
- MORELLI (*Iacopo*) Operette. Venezia 1820. 3 Vol. 8.
- MUCHAR (*A. Albert*) das römische Norikum. Graetz 1825. 8. T. 1.
- MÜLLER (*Christian*) das Forum Romanum und die Via Sacra. Stuttgart 1824. 8.
- Eiusd.* Campagna di Roma. Leipzig 1824. 2 Vol. 8. nihil aliud est nisi libera versio libri Nibbyani *Viaggi ne' contorni di Roma*, neque ullam inscriptionem exhibet, quae in illo non reperiatur.
- MÜNTER (*Friedrich*) Religion der Karthager. Kopenhagen 1821. 4. It. Sendschreiben über einige Sardische Idole. ib. 1822. 4.
- MVRATORII (*Lud. Ant.*) Novus thesaurus veterum Inscriptionum. Mediolani 1739. 4 Vol. fol.
- MVSEVM *Turicense* aperuit *Io. Iac.* HOTTINGERVS. Turici 1782. 8.
- NARDINI (*Famiano*) Roma antica, accresciuta da *A. NIBBY*. Roma 1818. 4 Vol. 8.
- NEMEITZ (*Ioach. Christoph.*) Inscriptionum singularium maximam partem novissimarum fasciculus. Lipsiae 1726. 8.
- NIBBY (*Antonio*) Viaggio antiquario ne' contorni di Roma. Roma 1819. 8. 2 Vol.
- NIEBVHRII Inscriptiones Nubienses. Ed. altera in GAVII Itinere. Tubingae 1824. fol.



- NORISII (*Henr.*) Genotaphia Pisana. in GRAEVII Thesauro.
- OBERLIN Museum *Schöppflini* I. Lapidarium. Argentorati 1770. 4.
- ODERICI (*Gasp. Aloysii*) Dissertatt. et adnotatt. in aliquot ineditas vett. Inscriptiones. Romae 1765. 4.
- ÓLIVERII (*Hannib. de Abbatibus*) Marmora Pisaurensia notis illustrata. Pisauri 1738. fol. c. n. mss. HAGENBVCHII.
- ORSATO (*Sertor.*) Marmi eruditi. Padova 1719. 4.
- — Monumenta Patavina. Patavii 1652. fol. c. n. mss. HAGENBVCHII.
- ORTI (*Girolamo*) Viaggio alle due Sicilie ecc. Verona 1825. 8.
- ORVILLE (*Iuc. Phil. d'*) miscellanae observationes criticae. Iis quae ad inscriptt. pertinent suas adnotationes adscripsit HAGENBVCHIVS.
- OSANN (*Frid.*) Auctarium lexicorum Graecorum. Ienae 1824. 4. *Eiusdem*: Inscriptionum fasciculi sex.
- ÓTTONIS (*Everardi*) de Aedilibus coloniarum et municipiorum liber singularis. Ed. secunda. Lipsiae 1732. 8. Initio non habebam, nisi priorem editionem anni 1715, aliquoties a me laudatam, antequam illam tandem nactus essem.
- — de tutela viarum publicarum liber singularis. Traiecti ad Rh. 1731. 8.
- OVDENDORPHII (*Franc.*) brevis monument. a *G. Papenbroekio* Acad. Lugd. Bat. legatorum descriptio. Lugd. Bat. 1746. 4. c. n. mss. HAGENBVCHII.
- PACIAVDII (*P. M.*) monumenta Peloponnesiaca. Romae 1761. 2 Vol. 4.
- — Diatribe, qua graeci anaglypti interpretatio traditur. Romae 1751. 4.
- POCOCKE (*Richardi*) et MILLES Inscriptt. antiquae. (Londini) 1752. fol.
- POLCASTRI (*Io. Dominici*) Romanarum inscriptionum fasciculus. Patavii 1774. 8.
- — dell' antico stato e condizione di Padova. Milano 1811. 4.
- PONZ (*Antonio*) Viage de España. Segunda Edicion. Madrid 1776. 13 Vol. 8. Quinque volumina postrema non habui.
- QUEDNOW Beschreibung der Alterthümer in Trier. Trier 1820. 2 Vol. 8.
- RAISER (*von*) die römischen Alterthümer zu Augsburg. Augsburg 1820. 4.
- — Geschichte der Stadt Lauingen. ib. 1822. 4.
- — Guntia. ib. 1823. 4.
- RECUEIL des Inscriptions, qui se trouvent à *Lectoure*. Mss. Anonymi a *Schoepflino Hagenbuchio* anno 1745 dono missum. 4.
- REDAELLI (*Carlo*) Notizie storiche della Brianza, del distretto di Lecco, della Valassina, e de' luoghi limitrofi. Milano 1825. 8. Fascicoli tre.
- REICHARDI (*Christ. Theoph.*) Orbis terrarum antiquus cum thesauro topographico. Norimbergae 1824. fol.
- REIMARI (*Herm. Sam.*) de vita *I. A. FABRICII* commentarius. Hamburgi 1737. 8.
- REINESII (*Thomae*) Syntagma inscriptt. antiquarum. Lipsiae 1682. fol.
- — ad *Casp. HOFMANNVM* et *Christ. RVPERTVM* epistolae. Lipsiae 1660. 4. c. n. mss. HAGENBVCHII.
- — ad *Christ. DAVMIVM* epistolae. Ienae 1670. 4.
- REINESII et BOSII Epistolae mutuae. Ienae 1700. 12.
- RELANDI (*Petri*) Fasti consulares. Traiecti Batav. 1715. 8. c. n. mss. HAGENBVCHII.
- RITTER Mémoire abrégé et recueil de quelques antiquités de la Suisse. Berne 1788. 4.
- ROMANELLI (*Domenico*) antica topografia istorica del Regno di Napoli. Napoli 1815—1819. 3 Vol. 4.
- — viaggio a Pompei, a Pesto, Ercolano ecc. Napoli 1817. 2 Vol. 12.
- SAGGI di dissertazioni academice dell' Accademia Etrusca di CORTONA. Roma 1742. 8 Vol. 4.
- SAMBUCA (*Antonio*) Memorie storico-critiche intorno all' antico stato de' Genovani. Brescia 1750. fol. c. n. mss. HAGENBVCHII.
- SAUVAGÈRE (*de la*) Recueil d'Antiquités dans les Gaules. Paris 1770. 4.

- SAXII (*Christoph.*) Lapidum vetustor. epigrammata et periculum animadversionum in aliquot marmora. Lipsiae 1746. 4. c. n. mss. HAGENBVCHII.
- — Scholia literario-critica ad *L. A. Muratorii* novum Thesaurum Inscriptt. in *Actis literariis* Societatis Rheno-Traiectinae. Lugd. Bat. 1793. Seqq.
- SCHANNAT (*Io. Friedrich*) Eifflia illustrata, cet. uebersetzt von *Georg BAERSCH*. Koeln 1824. 8. T. 1.
- SCHMIDT (*Frid. Sam. de*) Opuscula. Carolsruhae 1765. 8.
- — Recueil d'antiquités de la Suisse Tome 1. contenant celles d'Avenches et de Culm. Francfort 1771. 4.
- SCHOENWISNER (*Steph.*) de rudibus laconici Romani liber. Budae 1778. fol. Ceteris huius Viri docti scriptis carui.
- SCHOEPFLINI (*Io. Danielis*) Alsatia illustrata. Colnariae 1751. fol. T. 1.
- SCHOTTI (*And.*) Observationum humanarum Lib. V. Hanoviae 1615. 4.
- SCHVRZFLEISCHII (*Henr. Leonardi*) Acta literaria. Vitembergae 1714. 8.
- SCHWARZ (*C. G.*) exercitationes academicae ed. HARLES. Norimbergae 1783. 8.
- — Opuscula quaedam academica ed. HARLES. ib. 1793. 4. Eiusd. variae Dissertatt. seorsim excusae.
- SCHWEIZERISCHER Geschichtsforscher. Bern 1820 — 1826 bis Bd. 6 Heft 1.
- SEEL (*Heinrich*) die Mithrageheimnisse. Aarau 1823. 8.
- SEIVERT (*Ioannis*) Inscriptiones monumentorum Romanorum in Dacia mediterranea. Viennae 1773. 4.
- SESTINI (*Domenico*) Viaggio per la Valachia, Transilvania, e Ungheria. Firenze 1815. 8.
- SINNER Voyage historique et littéraire dans la Suisse occidentale. Neuchâtel 1781. 2 Vol. 8.
- SMETII (*Mart.*) Inscriptiones antiquae. Accedit auctarium *I. LIPSI*. Lugd. Bat. 1588. fol.
- SMITHI (*Thomae*) Opuscula. Rotteraedami 1716. 8. c. n. mss. HAGENBVCHII.
- SPANGENBERG (*E.*) Tabulae iuris romani negotiorum solennium cet. Lipsiae 1822. 8.
- SPONII (*Iacobi*) Miscellanea eruditae antiquitatis. Lugduni 1685. fol.
- — Recherches d'Antiquité. Lyon 1683. 4.
- — Recherches des Antiquités de Lyon. Lyon 1673. 8.
- — Voyage d'Italie etc. Lyon 1678. 3 Vol. 8. c. n. mss. HAGENBVCHII.
- — Histoire de Genève. Genève 1730. 2 Vol. 4.
- SPOTORNO (*G. B.*) trattato dell' arte epigrafica. Savona 1813. 2 Vol. 8.
- STANCOVICH (*Pietro*) dello Anfiteatro di Pola ecc. Venezia 1822. 8.
- STARK (*Bernhard*) Abhandlung über einen bey Koesching gefundenen — Stein. München 1824. 4.
- TORREMVZZA (*Gabriel L. Castelli Principis*) Siciliae et obiacentium insularum vet. inscriptt. nova collectio. Panormi 1784. fol.
- TVRRE (*Philippi*) Monumenta veteris Antii cet. Romae 1700. 4. c. n. mss. HAGENBVCHII.
- UGONI (*Camillo*) Atti e memorie dell' Ateneo di Brescia. Brescia 1822. 8.
- VERMIGLIOLI (*Gio. Battista*) le antiche iscrizioni Perugine. Perugia 1805. 2 Vol. 4.
- — Lezioni elementari di Archeologia. prima ed. Milanese. Milano 1824. 2 Vol. 8.
- VIC (*Claude*) et VAISSETTE (*Ioseph*) Histoire générale de Languedoc. Paris 1730. fol. T. 1.
- VIGNOLII (*Ioann.*) de columna Imp. Antonini Pii dissertatio; accedunt antiquae inscriptiones selectae. Romae 1705. 4. c. n. mss. HAGENBVCHII.
- VISCONTI (*Ennio Quirino*) il Museo Pio - Clementino illustrato. Milano 1820. 7 Vol. 8.
- — Iconografia Romana e Greca. Milano 1819. 5 Vol. 8.

- VISCONTI (*Ennio Quirino*) Monumento degli Scipioni. Roma 1785. fol.  
 — — (*Filippo Aurelio*) il Museo Chiaramonti ecc. Milano 1820. 8.  
 VITA (*Ioann. de*) Thesaurus antiquitatum Beneventanarum. Romae 1754. 2 Vol. fol.  
 VVLPII (*Ios. Rocc.*) Tabula Antiatina illustrata. Romae 1726. 4. It. Eiusdem et  
 CORRADINI Latium antiquum saepe consului, etsi utrumque spuris refer-  
 tum est.  
 WALCHII (*J. E.*) Marmor Hispaniae antiquum cet. Ienae 1750. 4.  
 — — Persequutionis Neronianae — uberior explanatio. ibid. 1753. 4. c. n.  
 mss. HAGENBVCHII.  
 WERNSDORFII de antiquitat. Balearicis exercitatio. Brunswigae 1760. 4.  
 WESSELING (*Petri*) Probabilium liber singularis. Franequerae 1731. 8. c. n. mss.  
 HAGENBVCHII.  
 WIENER Jahrbücher der Litteratur.  
 WINCKELMANN'S Werke. Dresden 1807. 8 Vol. 8. It. Monumenti antichi inediti.  
 Roma 1767. 2 Vol. fol.  
 ZACHARIAE (*Franc. Antonii*) Marmora Salonitana in ordinem digesta. s. l. 1752. fol.  
 — — Excursus litterarii per Italiam. Venetiis 1754. 4.  
 — — Iter litterarium per Italiam. ib. 1762. 4.  
 — — Istituzione antiquario-lapidaria. Roma 1770. 8. Editione Veneta carui.  
 ZOEGA (*Georg.*) de origine et usu Obeliscorum. Romae 1797. fol.
-



## ARTIS CRITICAE LAPIDARIAE SVPPLEMENTVM LITERARIVM.

---

Ad diiudicanda falsa a veris in hoc disciplinarum genere plurimum utique conferre arbitror, si quis probe teneat, dubiane sit, an fide digna eorum auctoritas, quorum sub nomine singula saxa proferuntur. Verum initio statim huius studii facto, tot ut inter nomina, obscura saepe et perpauca nota, falsarii, creduli, negligentes exscriptores a probis sedulisque distinguantur, vix debet exspectari. Quocirca, ut molestissimo labore, qui saepenumero me quoque exercuit, ex parte saltem sublevem rei epigraphicae postmodum operam duros, paucis enotare placuit eos, qui inscriptiones vel fraudulenter confinzerint, vel commenticias credule propagarint, vel parum accurate exscripserint sinceras, vel tandem doli mali falso sint insimulati, quibus omnibus variae critici generis observationes interponentur. Meo tamen iure id postulare mihi videor, festinantiores critici probe ut attendant, hominum, non librorum hunc esse indicem; bibliographiam enim hic minime professus, id praestitisse satis habeo, ut supplementum aliquod tertii libri Artis criticae Maffeianae, nunquam, ut videtur, elaborati, proponam aliorum diligentia posthac augendum. Maximo autem in eo conficiendo usui mihi fuerunt praeter Maffeianum opus iam laudatum, Hagenbuchii Bibliothecae epigraphicae volumina undecim, e quibus multa transcripsi.

ACADEMIA Inscriptionum Parisiensis. Varios eius errores notat *Maffei* A. C. L. p. 477.

ALDVS MANVTIVS *iunior*. Ligoriana quaedam intulit Orthographiae suae. (*Venetis*. 1566. 8.) cfr. Grut. 47, 9. 853, 7. et ante omnia 871, 2. ex ALDO p. 219. *Hagenb. Dipt. Brix.* p. 195. — Rectissime de ALDO iudicavit iam *Antonius Augustinus* Dial. IX. p. 122. „Vidisti haud dubie a PAVLO MANVTIO et ALDO eius filio collectas inscriptiones, Orthographiae confirmandae causa, et quamvis temporibus non satis elegantiam et inelegantiam distinxerint, imo et falsas interdum obrudi sibi passi sunt, quas pro veris venditant. Interdum etiam antiquum, etsi optimum negligunt; arripiunt vero quod ipsis placuit, utilis alioqui liber et labor est.” Cfr. BOVHIER *diss. sur le grand Pontificat.* p. 37. v. MANVTIANAE Schedae.

ALLARDVS (*Guido*) *Les Inscriptions anciennes de Grenoble.* 1683. minus exacte dat inscriptt. v. *Burmann.* ad *Val. Flacc.* p. 8. eiusd. *Gazettier mentour* p. 51.

ANNIVS (*Io. Viterbiensis*) cfr. Ant. Augustini *Dial.* XI. p. 160. Grut. p. 220. *Fabrett.* p. 453. *Spon Voyage* T. 1. p. 59. *Eiusd. Contrecritique* p. 54. (Grut. *Spur.* 12, 2.) Minus tamen hoc in genere excelluisse videtur, quam in scriptis antiquorum integris ultro confingendis.

ANTIQVARIJ et HISTORICI *singularum praesertim civitatum.* Quod ad utrumque hoc genus attinet, id universe tenendum est: iis, qui ante editum *Gruteri* *Thesaurum* floruerint, *Scaligerum* et *Gruterum* ita plerumque usos esse, ut qui selectas



tantum inscriptiones colligat, vel singula quaedam antiquitatum capita pertractet, vanam in iis enuo consultandis perlustrandisque operam sit positurus; quamvis non negem, eum, qui integrum aliquando inscripitt. Latinarum corpus adornaturus sit, quaedam, nec tamen multa in eiusmodi scriptis reperiturum vel praetermissa a magnis collectoribus, vel fide etiam digniora et magis emendata. Sed qui post *Gruterum*, seculo praesertim septimo decimo curas suas publici iuris fecerunt, vel *Grutero* ipso maxime sunt usi, tacito saepe eius nomine, vel si novi aliquid attulerunt, hoc quoque apud *Reinesium*, *Donium*, *Fabretum*, *Gadium*, *Muratorium*, *Maffei*, *Donatum* aliosque invenies. Nos certe, etsi maxima saepe cum molestia immensos illos *Gronovii*, *Graevii*, *Burmanni*, *Sallengrii* ac *Poleni* thesauros, municipalesque historias bene multas versavimus, operae tamen pretium admodum raro fecimus. Saepe etiam, Antiquarii praesertim, non inscriptionum modo corpora, unde profecerint, sed loca quoque saxorum silentio premunt; v. c. ut illustria utriusque generis exempla proferam, *Antonius van Dale* et *Claudius Vic Iosephusque Vaissette*. (*Histoire générale de Languedoc Paris. 1730. T. 1. ad calcem.*) nec desunt, qui spuria vel cupide nimis arripuerint, vel ultro talia finxerint.

APIANVS (*Petrus*) cum socio *Bartholomaeo* AMANTIO complures iam habet inscripitt. commenticias, ut passim videre licet vel inter spuria *Gruteri*; maiorem etiam corruptarum numerum. Ipse vero Apianus, etiam si frequenter ab aliis, in Hispaniensibus praesertim, deceptus, bona fide videtur egisse.

ARAGONENSIS (*Sebastianus*.) De hoc audiendus est illustris amicus noster CAMILLVS UGONI in *Commentarij dell' Ateneo di Brescia degli anni 1818. 1819 Brescia. 1820. 8. p. 111.* „Dopo ciò il sig. LABUS c'intrattene intorno ad un libro rarissimo di antichi monumenti bresciani scolpito in legno nel secolo sestodecimo, e tuttavia incognito ai primarij collettori di antichità, del fu nostro concittadino SEBASTIANO ARAGONESE. Il libro è di 34 pagine impresse con tavole intagliate in legno, la carta è di fondo nero con lettere bianche, la sua forma è di piccolo foglio, e nel frontispizio con fondo parimenti nero a lettere bianche si legge *Monumenta antiqua Urbis et agri Brixiani a me Sebastiano Aragonensi pictore Brixiano summa cura et diligentia collecta. M. D. LXVIII.* È ben vero, e il nostro socio lo prova, che non tutti i monumenti ivi raccolti sono bresciani, e che vi sono delle inesattezze non poche, dal nostro socio dottamente corrette. Inesattezze, in cui l'Aragonese incorse per aver copiato fedelmente le schede del V. TOLTI servita, il quale usava trascriver le lapidi, che gli erano dal Manuzio, dall' Ursino, e da diversi amici comunicate, senza notarne sempre la provenienza: sicchè trovatele nel suo codice, credette l'Aragonese che fosser di Brescia. Errori ed inesattezze, che spariranno interamente, se, come il nostro antiquario (LABUS) promette, pubblicherà i marmi tutti della patria nostra, intorno ai quali da varj anni sta lavorando. Questi difetti però non tolgono il merito alla raccolta, di cui si parla, dovendosi invece, secondo l'avviso del sig. LABUS, e per la somma perizia del collettore, e pel modo con cui fu fatta, aversi carissima. Epperò con alcuni cenni sulla vita dell' ARAGONESE, egli la storia ci espone di questo suo lavoro. Da lui sappiamo che l'Aragonese nacque in Ghedi grosso borgo bresciano verso l'anno 1523: che ebbe a genitori Alfonso, e Caterina Tronconalia; che il lignaggio era onorato, essendochè suo avo per nome pur Sebastiano fu qualificato *Aulicus Nicolai Ursini Imperatoris Venetum et ludimagister excellentissimus.* — Sicchè hassi a credere che il nostro pittore fosse allevato con diligenza, e che imparasse le buone arti dal padre, che pur fu pittore di professione, e che fosse avviato alle nobili discipline o nel Ginnasio istituito con publico decreto nel 1527, o presso alcun professore privato, di che Brescia in que' tempi abbondava. Nulla però si può di certo affermare sui progressi

ch'ei vi facesse; e nemmeno qual fosse il valor suo nell' arte del pingere, poichè sebbene ed egli stesso si dica, e fosse riputato nella patria pittore, non si ha pur una tavola, da poter con sicurezza dire opera dell' Aragonese: il nostro socio sottoscrive al detto del Cozzando, e del Rozzi, scrittori delle cose patrie, che *avendo Sebastiano veduto non aver niente di buono nella pittura, si è dato a disegnar colla penna, nel quale esercizio riuscì perfetto e singolarissimo.* (COZZANDO Rist. storico. ROSSI Elogj ist. p. 517.) Giudizio che vien comprovato, dice il sig. Labus, colle teste di ben 1600 medaglie coi loro riversi, e con 200 cartelloni di sua invenzione, che in quattro volumi in 4 si conservavano dal Rossi nel suo studio, e coll' ampio volume in foglio grande dei *Monumenti antichi*, per lui raccolti e delineati, il quale rimasto un tempo nella libreria del Conte Gneo Ottavio Boari in Ferrara (*Tiraboschi* storia lett. T. VII. p. 1.) è poi ultimamente venuto ad accrescere i codici della nostra Quiriniana. In quest' opera l'Aragonese si mostra valente assai, e diligentissimo, la più parte delle lapidi copiato avendo dai loro autografi, come la forma dei marmi, la diversità delle lettere, la disposizione delle linee, e le correzioni fatte sui primi abbozzi apertamente dimostrano\*). Quelle poi che non potè egli vedere trascrisse da schede autorevoli, quali sono quelle del Ferrarini, del Bologni, del Corsini, del Solazio, del Totti (di sopra si dice *Tolti?*) che imperiti non furon dell' arte nè mai ebber fama d' impostori o falsarj. In quanto al libro intagliato in legno, dal quale ha preso le mosse il nostro autore, è bensì un saggio di ciò che l'Aragonese avea in animo di fare, non già la stampa di quel codice, sì perchè di 800 e più monumenti antichi e moderni che quello contiene, non è in questo stampato che un quarto; sì perchè alla stessa parte impressa varj monumenti mancano, che nel codice si trovano. Dappoichè nel libro impresso mancano i monumenti che dovevano essere segnati dai numeri fra il 28 ed il 41, fra il 130, e il 138, fra il 161 ed il 178 *esclusive*; sicchè quantunque l'ultima epigrafe di *Fullonia Liberta di Publio* porti il numero 214, le lapidi ivi disegnate non sono che 174. Osserva però il sig. Labus, che questo avvenne perchè l'autore sorpreso dalla morte non potè ridurre a termine il suo lavoro. Loda il pensiero d'incidere su fondo nero colle lettere bianche, come unico nel suo genere, di poca spesa, e di facile esecuzione; e finalmente ci tesse la storia delle tavole stesse dall' Aragonese incise, le quali prima furono 23. Quattro si perdettero non si sa come, e diciannove tuttavia si conservano negli archivj della nostra città, avendole essa comperate da certo *Marco Polo suo Cavallaro* del 1611, e ne furono nel 1778 fatti stampare da un ottimo cittadino diversi esemplari, uno dei quali appunto è quello che il nostro socio colla sua dissertazione presentò all' esame dell' Ateneo." —

ARRETINAS inter inscriptiones haud paucae sunt spuriae. v. Gor. *Etr. Inscr.* T. 2. passim, et Mur. 1801.; etsi elogja historica ibi reperta in harum numerum referri non debent.

ASCVLANARVM item complures sunt suspectae. v. *Muratori* in *Calogerà Raccolta* T. XI. p. 327.

AVENTINVS (*Ioannes*) corruptissime saepenumero dedit inscriptiones, quarum pluribus inquinatae sunt *Reinesii* collectio, et historiae municipales Germaniae. „Interdum cogito, AVENTINVM ineptissimo praecipue commento experiri voluisse, quam patientes aliquando nactus esset lectores." *Velseri* Opp. p. 187.

AVEROLDVS „in Appendice ad pictaram tabularum recensionem scabrosis forte lapidibus, ut nonnunquam evenit, est deceptus, quum Neptunum sociavit et *Vires*, quumque *Martiali Sac. Aug.* exhibuit." — *Maffei* A. C. L. p. 475.

\*) Osservo però, che dell' arte medesima per l'appunto destramente si seppe valere il Ligorio onde accrescer fede alle sciagurate sue imposture: perciò innanzi a tutto sarebbe da esaminarsi di bel nuovo, se l'Aragonese anch' esso abbia o nò raccolto e ricopiato di que' marmi Ligoriani, quantunque sembri, che ciò tacitamente venga negato dal Sig. Labus. Orelli.



BADVARIUS (*Iacobus*) et BRENZONIUS (*Augustinus*) defenduntur a *Maffeo* A. C. L. p. 187.

BAGARRIS (*Petr. Anton. Rascasius de*) v. *Spon Voyage* T. 3. P. 1. *préf.* p. 8. *Misc.* p. 9. et 13. „BAGARRII adversaria ex plagio compilata.” *Fabrett.* in *Indice.* cfr. eundem p. 465.

BARBERINAE *Schedae*, collectae a *Francisco BARBERINO*, Cardinali, eiusque bibliothecario, *Carolo MORRONO*. v. *Hessel. App. praef. ad Gud.* p. 8. *Syll. Epp. Burmann.* T. 3. p. 294. 295. 312. 393. 394. *Heinsius Gronovio.* 1685.: „Romae novas inscriptiones curat edi BARBERINVS.” Saepe iis usus est *Fabrettus*; aliquoties et *Marinius*. Sed in his quoque, etsi egregia multa continent, insunt *Ligorianae* quaedam. v. *Syll. Epp. Burm.* T. 5. p. 204. *Heinsius Reinesio*: „Complures inscriptiones collegi ex libro XXXIV. Antiquitatum *Pyrrhi Ligorii* inedito, quem Cardinalis *Franciscus BARBERINVS* possidebat, sed illae haud dubie iam sint insertae illi operi, quod Cardinalis ipse publico iam pridem parat.” — Vides *Heinsium* quoque deceptum a *Ligorio*. *Schedas BARBERINAS* *Fabretti* (saepe) easdem esse eum *DONIANIS* observavit *Gorius Etr.* T. 3. p. 26. Cfr. tandem *Maffei Osservaz. lett.* T. 6. p. 319.

BEATILLVS (*Antonius*) v. *Mur.* 1806, 2. in *Spuriis*.

BEGERVS (*Laurentius*) „*Spicilegium antiquitatis cet. Coloniae Brandenb.* 1692. fol. „Fasciculo III. p. 75. seqq. inscriptiones *Pighianas* numero XXVIII. publicavit cum suo in easdem commentario; inlotis autem manibus, rei epigraphicae imperitiorum ad sacra haec *Pighii* foras danda accessisse BEGERVM passim deprehendi; hinc gravem etiam censuram *Fabretti*, *von Lingen*, inprimis *Burmanni* incurrit: vel sic tamen laudandus, quod *Pighii* monumenta eleganti modo prodita ab interitu vindicavit, quamvis eis explicandis impar fuerit.” — HAGENBVCH.

BELLONIAE *schedae*. Spurium saxum ex iis dat *Mur.* 1806, 4.

BENIGNIS (*Amadeus de*). Ne quis in posterum, ut mihi accidit, a *Krebsio Handb. der philol. Bücherkunde* T. 2. p. 358. huius hominis „*Variorum intra Italianam monumentorum inscriptt.* Stregae 1715. 8. inter antiquariae epigraphicae subsidia collocante in errorem inducatur, verbo moneo, *Amadeum* istum non dedisse nisi inscriptiones recentiores. Similis est *NEMELITZII* libellus *Inscriptionum singularium maximam partem novissimarum fasciculus.* Lipsiae 1726. 8.

BEYELLIVS (*Iacobus*) In eius libello *Inscriptionum*, collecto A. 1533. et edito a *Barthio Adversar.* L. 52. C. 1. multa sunt subditiua, pleraque pessime descripta.

BLANCHINIUS (*Franciscus*) exemplo sane minime laudabili titulos praesertim *Marsiglianos* passim supplevit, et subinde emendavit. v. *SAXII Miss.* 4. p. 27. 169. 182.

BOISSARDVS (*Io. Iacobus*.) Elegantes quidem sua pro aetate dedit picturas saxorum, sed fictas quoque subinde ac parum fideles, quarum quasdam in *Gruteri* ed. altera consulto praetermissas postea collegit *Montfauconii* credula sollertia in *Antiq. expliquée. Supplém.* T. V. Negligens item fuit BOISSARDVS in exscribendis titulis, nec raro sculptor eius vitiosas dedit lectiones. Mala fide consulto egisse non videtur, sed deceptus est interdum a *Ligorio*, aliisque antiquariis Italis.

BOLDONIUS (*Octavius*) In eius libro „*Epigraphica s. Elogia, inscriptionesque quodois genus pangendi ratione.* *Augustae Perusiae* 1660. fol. praeter inepta plurima, passim spuria quoque amplexus est. cfr. *Reines.* p. 330, 74. 448, 106. 857, 190. *D'Orville ad Charit.* p. 519. Ed. 1. *Murat.* 1797, 1.

BONFINIUS (*Antonius*) *Schoenwisner de Ruderibus laconici Romani* p. 206. explodit inscriptionem ficticiam a BONFINIO primum prolatam, observatque p. 213. „nunquam a BONFINIO alias quoque vere antiquas inscriptt. referri ea forma literarum, quibus eae in lapidibus — expressae fuerint. Verum id ipsum, inquit, argumento



mihî est, BONFINIVM multa saepe ex ingenio supplesse et quidem audacter non raro magis, quam feliciter cet."

BONOLVS (*Paulus*) in *Historia Foroliviensi* parum accuratus saxorum exscriptor. v. Mur. 1735, 12.

BOXHORNIVS (*Marcus Zuerius*) In eius *Quaestionibus Romanis* Lugd. Bat. 1637. et in Graevii *Thes. Ant. Rom.* T. v. multa reprehenderunt Reinesius ad *Hofm.* et *Rupert.* Epp. p. 99. 111 — 113. p. 654 seqq. Graevius in *Praef. Thes.* T. v. HAGENB.

BRESCIANIVS (*Iosephus*) In volumine *Inscriptt. Cremon.* multas eum nothas admisisse queritur *Zacharia Excurs. lit.* p. 60. Vide *Bianchi Marmè Cremonesi* passim.

CAIADVS (*Henricus*) Quam *Apianus* p. 2. retulit inscriptionem *Sibyll. Vaticinium occidiis decretum*, Gruterus recte in spuria retulit p. 2, 5. Fabricatam hanc fabulam ab *Henrico Caiado* Lusitano *Varenius* perhibet. v. *Fabric. Bibl. Lat.* T. 1. p. 882.

CAMDENVS (*Guilielmus*) Probatissimi huius antiquarii fidem in suspicionem nimis leviter vocat Maffei A. C. L. v. c. p. 287. propter Grut. 89, 8. p. 313. cfr. Grut. 262, 3. p. 279. propter Grut. 56, 1. p. 347. Grut. 546, 5. 5. p. 396. ad Reines. p. 171, 141. Manifestae sane fraudis vestigia in eius Britannia equidem non deprehendi; plura corrupta esse et mutila non nego. Suspectum utique videri possit Grut. 546, 5., sed cur quis id confinxerit, nihil est in causa, et agnoscendam potius in eo censeo barbariem quandam Britannicam. Nam sicuti temporum diversitas probe est observanda in sermone et orthographia titulorum, ita quoque formulis quibusdam per singula fere secula distinguuntur lapides Italiae, et in his urbici, municipales, classarii, tum Galliae, (in quibus sua rursus propria habent Lugdanenses, Nemausenses, Helveticici;) tum Hispaniae, Britanniae, Germaniae, Pannoniae, Graecienses et Africani. Quos si quis omnes ad Italicorum regulam exigat, in multis haereat ac sine ulla causa de fraudibus dubitet, necesse est.

CAMERS (*Ioannes*) Ab hoc inscriptt. confictas fuisse contendit *Ant. Augustinus* Dial. XI. p. 161. et 162. At unde *Augustino*, quas inscriptt. falsas num. IX. et X. attulit, constiterit, *Aldum* a CAMERTE habuisse? Quid enim Polenses duo lapides ad CAMERTEM potius, quam ad alium quemvis? — HAGENB.

CAMPOLONGVS (*Emanuel*) Eius *Litholexicon Neapoli* 1782. editum, refertum est fictitiis et barbaris inscriptionibus; neminem tamen hactenus nebulo iste videtur decepisse praeter *Iosephum Furlanettum* in primis duntaxat foliis Appendicis *Forcellinianae*.

CANNEGIETERVS (*Henricus*) In utilissimo libro *de mutata Rom. nominum sub Principibus ratione Traiecti* 1758. 4. non satis accurate distinxit monumenta sincera a subditiis. Quocirca in eius opere usurpando magna utique cautione opus est.

CAPACIVS (*Iulius Caesar*) Quas in *historia Neapolitana Neap.* 1607. attulit inscriptt. non semper perite, neque optima fide sunt exscriptae. Graeca quoque habet spuria. v. *Maffei* A. C. L. p. 87.

CAPPONIAE *Schedae*. Spuria ex his dedit Mur. 1803, 5. 1807, 3. 1815, 1.

CARRERA (*Petrus*) In eius *Historia Catanæ* 1639. permulta insunt supposititia. v. *Torremuzza Inscriptt. Sicil.* p. 298. seqq.

CASELLIVS (*Iac. Durant.*) Manifesto spuriam ex eo inscriptionem, fraude non notata, dat *Almeloveen Fast.* Ed. 2. p. 233.

CHEVALIER (*Nicolaus*) v. *Hessel Praef. ad Gud. App.* p. 43. Non raro monumenta credi genuina, quae ad similitudinem verorum sint efficta monens *Keyserus Antiqq. Sept.* p. 248. hanc ibi dat notulam (e) „Pertinent huc plurima monumenta a *Nic. CHEVALIER* collecta." — HAGENB.

CIARLANTI, . . v. Muratorii spuria 1807, 1. 2.

COLADONIVS (*Claudius*) v. Grut. Spur. 15, 8.

COLONIA (*Dominicus de*) *Antiquités de la ville de Lyon*, 1701. 12. Huic quoque non semper fidendum.

COLVMNA (*Franciscus*) v. POLYPHILVS.

CORSINVS (*Eduardus*) „*Series Praef. Vrbis*. — Pisis 1763 4. Invitus quidem carui et editione altera et Vindiciis *Marinii*, sed in priore certe misere saepe deceptus est a *Gudio* et *Muratorii* Ligorianis: cuius rei insigne exemplum praebet p. 301., ubi commentum hoc Ligorianum IOVI STATORI FVL || GVRATORI D. D. || C. SILIVS. PATRVINVS. V. C. || PRAEFECTVS VRB. EX V. || SOL. — e *Gudio* 6, 4. ad annum p. Chr. 397. refert; quasi vero tunc temporis Praefecto Vrbi Iovi Statori cet. votum solvere licuisset! Similia per totum librum passim invenies. Inedita marmora habet nulla.

CYPERVS (*Gisbertus*) non solum complures inscriptt. ineditas olim beneficio *I. G. Graevii* ex *Gudio* collectione excerptis, ut ipse testatur in Epistola Consulari, quam *Almeloveenius* Fastorum suorum praefationi inseruit pag. \* \* 3. b., sed et *Relando* occasionem dedit *Gudianas* inscriptiones in aedibus *Hesselianis* inspiciendi, teste *Relando* in *praef. ad fratris sui Fastos* pag. \* \* \* \*. Hinc autem factum, ut, observante iam *Maffei* in *Verona illustrata* T. I. p. 308. ed. min., XXI. Inscriptiones in *CYPERI* epistola consulari primum editae ad unam omnes supposititiae sint. HAGENB.

CYRIACVS ANCONITANVS, vir singularis et paene incredibili peregrinas terras visendi atque antiquitatis reliquias investigandi studio ardens, quum a plerisque olim veluti alter Ligorius probris iniuste laceraretur, egregium tandem patronum nactus est *Tiraboschium*. *Storia della letteratura Italiana* T. VI. P. I. p. 263. Ed. di Milano 1824. Id quidem ultro fatemur, eum et deceptum esse interdum ab hominibus fraudulentis, et in titulis exscribendis passim vel propter incitiam vel propter nimiam festinationem peccasse, quod quidem longe saepius ei videtur accidisse, quam illud; quocirca, quae ei soli debentur, cautissime sunt examinanda. Verum bona fide CYRIACVM egisse, nunc in comperto est. Sed id maxime famae eius offecit, quod tituli aliquot manifesto commenticii, in primis Hispanienses quidam, eius sub nomine feruntur. Hoc igitur crimine *Hagenbuchius*, destitutus etiam tunc et Itinerario CYRIACI a *Mehusio* edito, et subsidiis longe praestantioribus, quorum usus concessus erat demum *Tiraboschio*, eum prorsus liberare non potuit, ex quo factum est, ut hoc iudicium ferret: „certum est, CYRIACVM Hispanienses inscriptiones plures confinxisse; neque ii negant, qui eum de aliis inscriptionibus Graeciae et Illyrici merito vindicant et absolvunt, non item de Hispaniensibus. Editio Inscriptionum CYRIACI Barberina *Compagnonio* et *Muratorio* fuit ignota, non *Maffei*, non *d'Orvillio*, non *Leichio*: nunc quia edi Saeculo XVII. coeptae, at non perfectae neque divenditae, titulus est additus divenditurque, omnibus est nota; quae *ἑκδοσις* omnino docet, CYRIACVM *πλάγιον* non fuisse, famamque eius tuetur. At Hispaniensibus lapidibus, qui in editis CYRIACI nulli dantur, nihil inde accedit, manetque accusatio de fictis CYRIACI Hispaniensibus: nisi quis velit, alium impostorem CYRIACI nomine abusum suas ita fraudes tegere tentasse, ut CYRIACO adscripserit, quae ab eo minime erant profecta. De his vero CYRIACVM nemo doctorum adhuc, quantum meminisse possum, excusare voluit, nedum ut potuerit. In editis CYRIACI maxima pars genuinas inscriptiones sistit: quam habet p. 8. N. 66. a *Grutero* in spuris olim editam 4, 2. *Sponius* iam defendit. Insunt tamen sed minime multae, quae CYRIACO pro veris obtrusae sunt, nisi eas ipse potius confinxit. v. c. p. 41. N. 263. a *Muratorio* recte in spurias relata. 1816, 1. p. 28. N. 198. tota est *Herodotea*.” — Haecenus quidem HAGENBVCHIVS. Nunc



vero quum ex *Tiraboschio* satis constet, CYRIACVM per Hispanias iter nunquam instituisse, manifestum est, peracute divinasse *Hagenbuchium*, fraudulentum nescio quem hominem, fictis a se lapidibus, quo maiorem iis auctoritatem conciliaret, CYRIACI nomine praefigendo duplex commisisse flagitium. Fictitias istas Inscriptt. habent *Apianus*, *Moralis* et *Occo*.

DINVS (*Franciscus*) Commentitia passim habentur in eius *Antiquitatibus Vmbrorum* v. *Maffei* A. C. L. p. 477.

DODWELLVS vide *Vives*.

DONATVS (*Sebastianus*) Utilissima quamvis sint eius supplementa Thesauri Muratoriani iis praesertim, qui carent Passioneo, Ephemeridibus et variorum opusculis Italicis ab eo diligenter excerptis, in eo tamen reprehendus est, quod interdum saxorum loca silentio praetermisit. Subinde quoque in fraudem inductus est a Schedis in primis *Petri Gnocchii Brixianis*, corruptissimis plerumque, vel prorsus suspectis. Easdem porro inscriptiones quandoque temere ac fortuito repetit.

DONIVS (*Io. Baptista*) Optima quidem fide et scite versatus est in lapidibus exscribendis et undequaque colligendis, sed aliter fieri non potuit, quin ipse quoque tum a *Ligorio*, schedisque ex *Ligoriani* thesauro derivatis, tum a variis antiquariis et historicis scriptoribus, quos consuluit, interdum deciperetur.

DONNOLA (*Thaddaeus*) Hispellates hic inscriptiones aliquot confinxisse perhibetur a *Zacharia Istituzione* p. 497.

DVNOD de *Charnage*. Quos lapides dat in *Histoire du Comté de Bourgogne*, et *Mercure Suisse Janvier 1743.*, caute sunt examinandi.

ERIZZORVM domus Venetiis Graecis lapidibus recenter scriptis erat referta. *Maffei* A. C. L. p. 76.

FABRETTVS (*Raphael*\*) Dubiae, ut praediximus, auctoritatis et *Ligoriani* plerumque sunt, quaecunque ex *Vaticanis* schedis excerptis; neque semper fidendum *Barberinis*. Interdum etiam nescias, utrum saxa det ex *ἄυτοψία*, an ex apographis tantum. Ex negligentia quadam loca saxorum frequenter tacet, quamvis, ut aliunde scimus, vel *Ligorius* ea a se saepe cum saxis ipsis conficta plerumque curiose enotasset.

FABRICIVS (*Georgius*) Ex huius quoque scriptis dubia quaedam in *Smetii* et *Gruteri* thesauros transierunt; (cfr. *Grut. Spur.* 3, 6. cet.) non quod ipse fraudis sit postulandus, sed decipi se passus est ab *Apiano* aliisque.

FALSARIUM. „*Sequierius* Ep. 5. a. 1754. habet quaedam de suppositis inscriptionibus, quibus maxime hac tempestate cavendum, et quae Romae praesertim a perversissimis falsariis antiquitatum cultoribus obiiciuntur: tum de quodam marmorario Venetiis tunc temporis degente, qui fictitias inscriptiones plurimas marmorum crustis incidebat, et tamquam essent e Graecia vel aliunde allatae, dura fronte incautis vendebat. Memini quoque *Mazzolenum*, quum *Turici* commemoraretur, mihi narrare, *Florentiae* quendam nummos antiquos ita imitari, ut falsos eius, nisi falsarius ipse, et *Mazzolenus*, nemo discernat. Impostorem hunc a *Mazzoleno* gravissimis rationibus adduci non potuisse, ut artem pessimam desineret exercere.” HAGENB. Graviter *Marinius* quoque *Iscriz. Albane* p. 199. in eiusmodi quendam falsarium invehitur.

FARNESIANAE *Schedae*, quibus usus est *Muratorius*, ipsae quoque inquinatae erant *Ligorianis*, longe meliores tamen *Gudianis*. v. *Mur. Praef. T. 1. p. 7.* Spuriam ex iis dat *Mur. 1804, 5.*

\*) Sunt in *Fabretto* inscriptiones praeter 433 paternas in *Capp. octo prioribus*, 4225. Summa 4686. HAGENB.



FAVNVS (*Lucius*) Huius inscriptionibus cum cautione utendum esse, dum *Gruterum* perlustro, notavi.

FAZELLVS (*Thomas*) Ex hoc corrupta saepe et incerta dat *Reinesius*.

FELICIANVS (*Felix*) v. *Maffei* Mus. Ver. p. 80. *Verona illustr.* T. 2. p. 189. *Ricerche istoriche in Sambuca memorie* p. 39, 3. *Moshemii Dissert. ad Hist. Eccl. pertin.* T. 2. p. 611. *Tiraboschi* T. 6. P. 1. p. 304.

FERNANDEZ (*Alphonsus*). Ex eius *Anales de Plasencia* fol. 26. commenticiam affert inscriptionem *PONZ Viage* T. 8. p. 33.

FERRARINVS (*Michael*) v. *Murat. Praef.* T. 1. p. 2. 3.

FERRETTVS (*Io. Baptista*) In eius *Musis lapidariis, Veronae* 1672. fol. editis haud pauca insunt supposititia. Magno favore miserum id atque ineptum tentamen olim exceptum fuisse scribit *Maffei* Sig. gr. p. 133.

FLEETWOOD (*Guilielmus*) Magna cum cautione utendum est *Fleetwoodi* notissimo libro, quia auctores, a quibus sua mutuatus est saxa, tacet, et spuria sinceris non raro immiscet.

FLORENTIVS (*Nicolaus*) v. *Grut. Spur.* 17, 4.

FOVRMONT (*Michael*) An Latinas quoque inscriptiones confinxerit, equidem nescio: quid in Graecis ausus sit, nuper demonstravit *Boeckhius*. Latinae, quas dat *Osann Inscriptt. Fasc. VI.* pessime sunt exscriptae.

GADDIORVM *Museum* Florentiae. „Ut GADDIORVM viridarium quoque literaria quadam supellectile superbiret, Inscriptiones hac illac coniectae sunt, quarum maximam partem recentis alicuius Epigrammaticarii lusum fuisse iudico, et certamina Antiquariorum.” Ita *Maffei* A. C. L. p. 245. iniquior, ut solebat, in *Gorium*, qui GADDIANAS inscriptt. iunctim ediderat in *Inscr. Etr.* T. 1. p. 185. seqq. Plures tamen illarum a severissimis *Maffei* censuris defendit *Vermigliolius Iscriz. Perugine* T. 2. p. 399. seqq., unius tamen ipse patrocinium omisit. *ibid.* p. 486. Et fatendum sane, in collectione tam parum numerosa tot mira et plane singularia reperiri, ut de docta aliqua fraude suspicionem vix deponas.

GANDVICIVS (*Eduardus*) Multis mendis inquinati sunt lapides, quos dedit in *Discorso sopra l'epitafio ritrovato a Tortona d'un Decurione antico Genovese.* Genova 1614. v. *Spotorno Trattato* 1. p. 47.

GARVFFIVS. In *Ariminensibus Garuffii* nova omnia merito dixit *Maffei* A. C. L. p. 474. cfr. *Mur.* 21, 4. 1642. 1., quae manifesto subditicia sunt.

GINANNI (*Petrus Paulus*) Eius schedae e Ligorianis thesauris ductae spurii refertae sunt. Cfr. *Oliverii* opusculum infra exhibendum; et *Mur.* 10, 1.

GNOCCHI (*Petrus*) v. supra *Donatus*. De hoc homine haec mihi scripsit eruditissimus LABVS: „Pietro GNOCCHI nacque nella terra d'Alfianello della provincia Bresciana l'anno 1708. Venne a Brescia, e quivi fece i suoi studj, e si iscrisse alla milizia ecclesiastica. Si applicò con trasporto alla musica, e divenne eccellente suonator d'organo; onde fu fatto Organista della Cattedrale, e in quest' ufficio rimase tutta la sua vita. Fu uomo semplice e direi quasi idiota. Nelle ferie autunnali percorse a brani a brani tutta la nostra provincia per copiarvi le antiche lapidi in qualunque luogo elleno fossero. È fama che si facesse una volta con un cesto calare entro un pozzo per copiarvi una epigrafe; ed io mi procacciai a gran prezzo un esatto apografo delle sue schede, non perchè facessi gran conto delle sue lezioni, ma per avere una sicura indicazione de' luoghi, ove tutte si trovano. Siccome però il buon uomo non era troppo dotto, così per ingrossar il suo volume, alle vere copiate sui marmi, frammischiò anche le false trascritte dai libri, e seemò fede e pregio alla sua laudabil fatica. Fu però, torno a ripetere, onorato e sincero uomo, e il Capitolo della Cattedrale di Brescia, che gli volea molto bene, allorchè morì il 4. Settembre del 1802. in età di 94. anni HONORIS. CAUSA. FVNVS. ET. LOCVM. SEPVLTVRAE.

DECREVIT. come si legge nel suo epitaffio. Scrisse anche una *Storia della vita e dei maneggi segreti delle mogli de' XII. Cesari*; opera non ancora pubblicata, e che forse nol sarà mai. Io l'ho letta, e non ci ho trovato nè molta critica, nè lenocinio di stile."

GOLTZIUS (*Hubertus*) Hoc quidem in genere raro memoratur, etsi a *Grutero* inter eos refertur, qui scriptis publicis ei profuerint: plus sane lusit in nummis domi suae flandis feriundis.

GORIVS (*Antonius Franciscus*) Notandum est, *Gorium* nec in *Doniano* opere, nec in *Inscriptt. Etruriae* usum esse *Gruteri* editione altera, unde plures errores in ea correctos ex priore repetiit. Aliquando et ipsum a falsariis deceptum esse contendit *Maffei* in epistola inedita, quam dabimus in Appendice II.

GRAEVIVS (*Io. Georgius*) In commentariis suis in veteres scriptores et in praefationibus ad *Thes. Antiqq. Rom.* saepe *Gudianis* saxis utitur manifesto spuris, quae utpote inedita sibi que uni commissa nimia caritate amplexabatur.

GRUTERVS (*Ianus*) In huius Thesauro ubicunque probe attendendum est nostrae disciplinae studioso, qua quisque lapis auctoritate sit munitus; nam praeter ea, quae ex scriptoribus suspectis in hoc nostro indice notatis afferuntur, alia quoque dubiae fidei habet, nulla quidem sua et *Scaligeri* culpa, nisi quod ambo, laudabili sane studio incensi, omnia, si fieri posset, complectendi, nimis erant benigni et faciles in amicos suspecta etiam dona offerentes; de qua *Gruteri* timiditate, ne dicam credulitate, aliquoties queritur *Hagenbuchius*. „Tanta est magnitudo meritorum *Gruteri* et *Scaligeri*, viro- rum summorum et *κοιτωνωτάτων*, ut omnes omnium gratiae ab omnibus eis debeantur. Haud raro autem accidit hominibus hisce magnis, hominibus tamen, ut blandientes eorum coniecturae et suspiciones ipsis imposuerint: quare saepius optabam, ut quid invenissent, inque quid, quod invenerant, mutassent, curate exponerent, quo lectores indicare ipsi possent. Sed, quod nollem factum, interdum reticent, ex quo, quod dedere, ipsis sit natum: in primis *Gruterus* praeclarius etiam fuisset meritis de literis hisce antiquis, si retento typo primo, cum eo typos aliorum, in quos postea inciderat, ita contulisset, ut *διπλογραφίας* ipsas enotaret potius, quam inductis typorum primorum exemplis, eorum- que loco allatis aliis, nos incertos ignarosque dimitteret, quid alibi legisset, mutassetque. Quum *Gruterum* conferrem cum auctoribus, ex quibus hauserat, in primis cum *Apiano*, saepe sum admiratus felicitatem sive *Gruteri*, sive *Scaligeri* divine restituentium veras lectiones ex malis: quas tamen malas, quia non adduxerunt, iudicium eorum admirari non possunt, nisi qui auctores ipsos, quorum typos persanarunt, evolvunt, quod quam paucissimi faciunt: *vel duo, vel nemo: turpe et miserabile!* Inveni vero collatione, quam dixi, instituta, ubi omnino scire interest, quid alii ante *Gruterum* dederint, ut examinata lectione Gruteriana aliud quid, quam quod *Gruterus* dedit, legenti exire possit. Haec generatim monere haud alienum mihi visum est: exempla adducere possum plurima, sed paucula hic citare ero contentus. *Grut.* 818, 11. non nisi ex *Apiano* p. 103, 1. dat *Gruterus*, tacens aut se, aut *Scaligerum Apiani* DECLIORVS mutasse in D. F. CHLORVS. Hic vero dubito ob nimiam raritatem cognominis CHLORVS veram lectionem sese dedisse mutanti ex ingenio; quid pro DECLIORVS fuerit in saxo ipso, non definiam. *Grut.* 856, 3. *Apiani* textum p. 134, 1. L. ALFIVS. L. L, NASENNIA || NASENNIA I. L. CERDO D. || S. F. D. D. L. PROTABILEM AVO. || H. SS. IN FRONTE PEDVM || IIII. IN. AGR. PEDES IIII. ita dat, ut literas quasdam docte emendet, alias tres omittat, ex versibus quinque faciat septem: L. ALFIVS || L. L. NASENNIA. NASENNIA. || L. L. CERDO || D. D. L. PROTADI. LEM. AVO || H. S. S. || IN FRONTE PEDVM. IIII. || IN. AGR. PEDES. IIII. — Capuae. In indice 23. nil sani. Non viderunt misere immixta esse et confusa, quae tribus areolis sic distinguere conor:



L. ALFIVS L. L. | NASENNIA<sup>o</sup> | NASENNIA. L. L.  
 CERDO D. S. F. | D. D. L. PROTADI | LEM. AVO.

H. S. S. IN FRONTE. PEDVM. III. IN. AGR. PEDES. III.

sub *Apiani* PROTABILEM. AVO. duo duarum Nasenniarum cognomina latent, sine meliore typo vix restituenda; (nec enim LEM est LEMONIA tribu. An AVO naturalem significatum retinet, Alfiusque Cerdo fuit avus Nasenniae? *Orellius*.) Discordia casuum PEDVM et PEDES tollas legendo alterum utrum PED., sed haec syntaxin non magis turbant, ac *vixit annum, mense, vel anno, menses*. — Grut. 952, 5. obscurissimum *Apiani* textum p. 131, 4. PVBLILIA SEX. PVBLILIO SEX. || L. L. TITIO OPTATO. SEX. || L. FISTIA TRYPHONI PA || TRONO SVO FIERI. FECIT. — Capuae. partim transpositione adiutum acute, partim vero insertis voculis duabus longe obscuriorem redditum deprehendi; deprehendi autem non nisi ex *Apiano*, quum omne iudicium *Gruterus* ipse sustulisset: PVBLILIA. SEX. L. || FISTIA || SEX. PVBLILIO. SEX. L. || L. TITIO OPTATO. SEX. L. || TRYPHONI || PATRONO SVO || FIERI IVSSIT. Collato *Apiano* vidi duas, si non tres epigraphas parallelas misere permixtas esse. Puto in saxo fuisse:

PVBLILIA. | SEX. PVBLILIO. SEX. L. | L. TITIO OPTATO.  
 SEX. L. FISTIA | TRYPHONI

Sub media epigraphe fuit, credo, PATRONO SVO et sub tertia FIERI FECIT. (Grut. IVSSIT.) Verba *Gruteriani* textus, in quo SEX. L. ter occurrit, quum in *Apiano* non nisi bis legatur: SEX. L. L. TITIO OPTATO delet *Gudius* in notula ed. Grut. sec. Puto tamen, *Gudium* saxum ipsum non vidisse, sed in MSC. quodam ita invenisse, ut tertia epigraphe prorsus non adfuerit. Versum quartum totum delet *Gudius* propter finem versus tertii SEX. L. propterque versum ultimum. Sed nihil obstat, cur SEX. L. altero loco retineamus: tritum enim est, libertis quoque libertos fuisse.

Grut. 959, 13: *Apiani* typum p. 113, 3. D. M. || ALPHIA MAXI IBELITIO SA || TVRNINO CON. ET. FIL. LIBER || TIS LIBERTABVSQVE || POSTERISQVE EORVM. — Neapoli. ita exhibet, omisso D. M.: || ALPHIA. MAX. L || BELLITIO SATVRNINO cet. Posset quoque fieri MAX. F. BELLITIO. vel MAX. L. L. BELLITIO. Dubium mihi est, an ad classem libertinorum recte sit relatam. cfr. 1045, 4., ubi in alio saxo Neapolitano est MAX. LIBERTA. ET CONIVNX. An in nostro legendum MAX. LIB. L. TITIO? — *Apiani* CILINAE prorsus omisit, nesciens OPTIMAE emendandum Grut. 435, 5. *Apian*. p. 137, 2. D. M. S. || P. MARGIANVS AMERINVS || AVGVSTALIS CAPVAE VIVOS || SIBI ET MARCIAE CELERINAE || CONIVGI CILINAE FECIT. In alio *Apiani* (p. 135, 4.) saxo versum ultimum plane omisit Grut. 59, 8. non monito lectore. *Apiani* (p. 199. extr.) AVLLIA mutat sine indicio in AVLIA pro AVILIA Grut. 963, 1. cfr. 860, 1. et *Apian*. p. 147. extr. — In notulis ed. sec. Grut. interdum lapidem ipsum legi visum, a quo sit visus non addi haud semel invenies: quae notulae ex MSC. potius haustae ab anonymo, quam ab *αὐτόπτη* profectae videntur. Cfr. Grut. 403, 1. notula b. Ex Grut. 411, 1. putes *Gudium* saxum istud *Gruteri* ed. prioris ad lapidem ipsum explesse et correxisse: toties in notulis *Gudianis Lapis* citatur. At collato Mur. 618, 4. vidi *Gudium* non vidisse lapidem, sed *Ligori* MSCo usum esse. An *Gudius* in MSC. suo posuit L, quod *Ligorium* notans pro *Lapide* legerint editores *Gruteriani*? — Supplementum *Gudii* notarum in *Gruterum* habes in *Actis Erud. Suppl.* T. V. p. 10 — 32. *Gruterus* habet saxa 11516. — HAGENBVCH.

GVALTERVS (*Georgius*) Diligentiam eius in exscribendis saxis laudat *Fabrettus* p. 36. assentiente *d'Orvillio* in Siculis. Tres editiones monumentorum eius *Siculorum* idem memorat in *Misc. obs.* T. 3. 1741. p. 116. primam Panormitanam 1624. alteram Mes-sanensem, tertiam, quam se nihil morari dicit, in *Thesauro Siculo* Tom. VI., et sane tertia haec *Havercampiana Hagenduchio* quoque minime probabatur. Ceterum GVAL-



TERVM lapides suis interdum coniecturis impleſſe legi in *Praef. Thesauri Burmanniani*.  
— HAGENB. idque iudicium passim confirmatur a *Torremuzza*.

GVASCVS (*Franciscus Eugenius*) *Musei Capitolini antiquae Inscriptt. Romae* 1775. 3 Vol. ab eo curatae hoc maxime habent incommodi, quod quum pleraeque iam ante essent editae, ipse tamen apud quos exstarent, indicare consulto praetermisit: idque non negligentiae tantum parum laudabili, sed pravae potius gloriolae cupiditati tribuo, qua ductus incognita fere primus produxisse vellet videri. Gravissima igitur cum molestia *Inscriptiones* istae *Capitolinae* per magnas collectiones investigandae sunt, ut primum editae a dudum notis distinguantur. Errores a GVASCO commissos passim castigat *Marinius* in *Inscriptt. Albanis et Actis. Frat. Arval.*

GVASTAVINVS (*Iulius*) Ex eius schedis spuriam dat Mur. 1797, 2.

GVDIVS (*Marquardus*) de mala fide minime mihi suspectus, in magnam tamen reprehensionem merito incurrit nimiam propter credulitatem, qua *Ligori* falsissima quaeque haud monito lectore pro sinceris amplexus est, ingentemque acervum talium corrasit, quibus vera, longe ea pauciora, vel ab ipso visa, vel e melioribus schedis *Strozzi*, *Salmasii*, *Chifletii*, *Rycquii* desumpta paene obruuntur. Quo factum est, ut quum *Spanhemium*, *Graevium*, *Cuperum*, *Ioannem de Vita*, *Corsinum*, alios, auctoritate sua non satis pensitata permultos in errores abrupisset, nimis acres etiam *Muratorii*, *Bimardi*, *Maffei* censuras experiretur. Medium tenere *Saxius*, d' *Orvillius Misc. Obs.* T. 3. 1741 p. 151. et *Hagenbuchius* passim v. c. *Bibl. epigr. Mss.* T. V. p. 113. „*Muratorius* opus GVDIANVM pro non edito habuit hanc etiam ob causam, quod incuria editorum fraudatum sit indice perfecto: quod nonnisi de 23. accipiendum est, in voce *Sex. Claudius* abrupto, ob typographi, puto, festinationem. Optabam et ego, ut index 23. perfectus fuisset datus ab *Hesselio*; neque tamen magis ob ipsum GVDII opus, quam propter observationes ad *Grut. Reines. Spon. Fabrett.*, quas legeremus, si, quo modo institutus, eodem esset absolutus, quibus nunc ob abruptam telam aegre caremus. Etsi vero Ind. 23. non sit perfectus, *Muratorius* tamen opere GVDIANO facile esset commodeque usus: quod indices reliqui pleni in opere GVDIANO adsunt; quibus qui bene uti scit, ad saxa GVDIANA sine indice 23. pervenire potest: iis utique exceptis quae nonnisi indici 23. inseri debebant: quae et ipsa secundum ordinem classium in GVDIO ad modum *Gruteri* institutorum et alphabeti nominum ordinem sequentium, commode satis investigari a *Muratorio* potuissent. v. c. in affectu Parentum voc. *Ti. Claudius* habet Gud. 232, 5. Mur. 1151, 7. Gud. 232, 7. Mur. 1152, 9. Gud. 232, 8. Mur. 1152, 3 et 8. Gud. 232, 9. Mur. 1152, 7. Gud. 232, 10. Mur. 1152, 11. Vides ex levi specimine, quantum iuvisset *Muratorium* GVDII opus, si eo recte uti scisset, sique eo uti recte voluisset.” —

Sincerorum nos quoque memorabilia non sine fructu excerptimus, reiectis *Ligorianis* omnibus, nisi ubi ipsa ex fraude detecta utilitas quaedam caperetur. Maximus autem usus GVDIANI libri in eo cernitur, quod eius ope in *Reinesianis*, *Sponianis* et *Fabrettinis*, immo et *Gruterianis*, *Ligorianis* facilius deprehendi secernique a vere antiquis possunt.

GVENEBALDVS (*Ioannes*) De hoc GVENEBALDO eiusque *Tumulo Chyndonactis*, libello item, cui titulus *le Reveil de Chyndonax Dijon*. 1621. rem omnem cognosces ex *Montfauconii Palaeographia Prolegom.* p. VII — X. *Keysleri Antiqq. Septt.* p. 400. *Hagenbuchii Epp. epigr.* p. 241.

GVICHENON (*Samuel*) „Scitent erroribus inscripfit. a GVICHENONIO in *Historia Sabaudica* relatae. v. *Spon Misc.* p. 97 et 267. Mur. 484, 2. Lapidum fragmenta interdum iungit, conglutinatque parum dextre; in quibusdam fucum aut sibi fieri passus est, aut ipse fecit aliis, spurias epigraphas aut admittendo, aut obtrudendo. Cfr. *Spon*

Misc. p. 265. 1. et 2." HAGENB. Idem fere valet de IOFFREDI *Historia Nicaensi*, et BOVCHEI *Historia Provinciae*.

GVILLIMANNVS (*Franciscus*) in Helveticis suis communi historicorum Secc. XVI. et XVII. vitio laborat, lapides modo perperam, modo mance exscribendi.

GVLIELMVS (*Paulus*) „Etsi *Lipsius* in *Praef. Auctarii sui Smetiani* dicat: *mihî satis, quae vel ipse vidi, ponere: vel quae habui ab iis, quibus tamquam mihî fido*, haec postrema tamen de amicis suis amicis eum dixisse, quam iustius, compertum habeo; idque in primis deprehendi de *Paulo GVLIELMO*, a quo saxa quaedam, Helvetica praesertim, accepta ita dat *Lipsius*, ut inangonem impostoremque fuisse hunc GVLIELMVM cognoscas; quem ego hominem qui fuerit iuxta cum ignarissimis scio. Ex officina falsarii huius prodierunt, quantum quidem ego possum comprehendere, duo Helvetici lapides, nunquam usquam a quoquam alio visi Grut. 600, 14. et 319, 10. Alia interpolavit, quae *αὐτόπιας* aliter dedisse certo constat. v. c. Grut. 226, 6. 235, 1. 427, 12. cet." HAGENB. Vide nos quoque passim in Helveticis.

GVTENSTENIVS (*Leonhardus*) Eius schedae *Ursinianae* non semper fide dignae sunt. cfr. Grut. Spur. 3, 4. *Maffei* A. C. L. p. 333.

HALLER (*Franc. Ludovicus*) egregie sane meritis est de lapidd. Helveticis colligendis, sed haud pauca parum perite vel exscripsit vel interpretatus est, non usus *Hagenbuchii* Helveticis, quae magnopere iuvare eum potuissent.

Or nel Grutero in cui alla p. 460, 3. fu registrata, leggesi nella seconda edizione aggiunta la seguente nota: *Ravennae in templo D. Virginis, in porticu Ecclesiae B. Petri. Cod. Redii, qui aliam plane huic similem, et forte eandem ponit in lapide vetustissimo in ruinis theatri*. Qual fosse quell' altra iscrizione alla sopradetta *plane similis*, che trovavasi nel codice del Redi, lo veggiamo dal Muratori p. 42, 2. Ivi ella si riferisce con questo titolo: *Ravennae in vetustissima lapide, ex ruinis pontis theatri. E schedis Eminentissimi Passionei, et ex aliis schedis*; e con questa nota del Muratori:

\*) Quest' asserzione non è del tutto fondata. Vedasi Maffei *Mus. Ver.* p. 351, 12. *municipes et incolae*. *Cent. 410, 1. Incola Antipolitanus*. Orelli. \*\*) *id est, denarii*.



*Gruterus p. 460, 3. hanc ipsam exhibet a Smetio acceptam. Sed mirandi locus est, quei tanta diversitas inter istud exemplum, et illud occurrat. Utri maior adhibenda sit fides, difficile statuas. Heic certe plura, quam ibi. In pluribus autem schedis haec inscriptio mihi visa, et non levi dissidio semper inter eas. Vi piacecia ora di osservare l'iscrizione medesima, che trascrivo dal Muratori.*

ACONIAE. Q. F. SALVTARI CONSOR. KARISS. L. FANIVS || V. P. HIC COLL. FABR. M. R. H - S LXX. N. VIVVS. D. EX || QVOR. REDITV QVODANN. DECVRIONIB. COLL. FABR. R. M. || R. IN AEDE NEPT. QVAM IPSA EXSTRVXIT DIE NEPTV || NALIORVM SPORT. X. BINI DIVIDERENTVR. DIE ITEM || SACRATO APVD ELEVSINAM DEO BACCHO QVEM IPSA CO || LVIT SACRATO DEAE CERERI TALASIO QVIRINOQVE ET || DE CXXVIII SVAE X. CENTENI QVINQVAQENI QVOD || ANN. DARENTVR DEO LIBERO MVLSO ET TIRSIS LIBENT || LIBAMENTA. EPVLEN. INDE SICVT SOLITI SVNT. MAVSOL. FANIORVM FANII ET ITALICI FILIOR. ET IN QVO POSITA EST ACONIA SALVTARIS VXOR EIVS ROSIS EXOR || NENT DE H - S. XXXV. SACRIFICENT. DE RELIQ. IBI EPVLEN || TVR. OB QVAM LIBERALITATEM. COLL. FAB. M. R. INTER || BENE-MERITOS QVODANN. ROSAS FAN. SVpra. S. ET || ACONIAE. VXORI. INCOMPR. MITTENDAS SACRI || FICIVMQVE FACIENDVM PER MAGISTROS DECREVIT.

Or non è ella manifesta l'impostura e l'interpolazione? Col cambiare il nome di *Flavia* in *Aconia*, quello di *Publicio* in *Fanio*, la somma di trentamila sestertj donata in settantamila, si finge una nuova iscrizione. Ma almeno non fosse stato preso il nome di *Aconia*, che è quello appunto che ci addita, donde sia stata accattata parte di quel *plura*, per cui restò in dubbio il Muratori, *utri maior adhibenda sit fides*. Nella p. 309. del Grutero tre iscrizioni si hanno di *Fabia Aconia Paullina*; nella prima delle quali a n. 2. leggesi SACRATAE APVD ELEVSINAM DEO IACCHO CERERI ET CORAE SACRATAE APVD AEGINAM DEABVS; nella seconda al n. 3. SACRATAE APVD ELEVSINAM DEO BACCHO CERERI ET CORAE SACRATAE APVD LAERNAM DEO LIBERO ET CERERI ET CORAE SACRATE APVD AEGINAM DEABVS; nella terza finalmente al n. 4. SACRATAE DEAE CERERI solamente. Non parlo di queste iscrizioni, delle quali dottamente ragionò il valoroso Canonico de Vita *Antiq. Benev. Diss. II. C. 2.*; ma ecco, se io non m'inganno, donde è stato improntato *Sacrato apud Eleusinam Deo Baccho* cet., ma con una giunta di spropositi, de' quali un solo impostore poteva esser capace, appropriando al giorno ciò che convenir poteva solamente alla persona, mescolando mal a proposito *Quirino* con *Bacco* e *Cerere*, e forma do perfino una divinità particolare da una pura acclamazione, qual fu *Talassio*; che perciò scrisse Livio *Lib. I. C. 19. inde nuptialem hanc vocem sacram*, e Plutarco in *Pompeio: nuptiale illud verbum*; ma quel che è più mirabile facendo ordinare una libazione di mulso e di tirsi, che dovesse poi servir di epulo ai Collegiati; con che si fa bastantemente intendere che l'autore di quella iscrizione era non solo *Latini sermonis ignarus* riguardo la sintassi del verbo *libo*, ma che neppur sapeva, che cosa significasse quel verbo, nè che cosa fossero i tirsi. Vi stupirete, Soej eruditissimi, come un ammasso di così manifeste bestialità potesse imporre al gran Muratori<sup>\*)</sup>, onde non solamente lo ammettesse egli nel suo Tesoro, ma s'inducesse pur anco a scrivere che *utri maior adhibenda sit fides, difficile statuas*. Ma io intanto non lascerò di scoprirvi l'architetto di questa impostura. Egli si fu il Ligorio; da lui è venuta in tutti que' MSS., che vide il Muratori; e da lui è passata peranco in un MS., di cui feci anni sono acquisto, ed è

<sup>\*)</sup> Ma più ancora è da stupirsi, che nè il Carnegietero, nè l'Hagenbuchio, nè finalmente il Saxio si accorgessero punto d'una frode così manifesta e pressochè puerile. Orelli.



quello appunto, che col nome di Tomo II. delle schede Carpinee vien citato dal Fabretti *Diss. II. de Aqu. et Aquae duct.* nel quale e' la trovasi alla p. 23. a t. con questo titolo *Ravennae in ruinis Palatii*; e con qualche variazione, a cagion d'esempio FLAVIVS in vece di FANIVS. Questo MS. per dirlo qui di passaggio, ricchissimo di superbi disegni a due lapis è contemporaneo a Ligorio, di cui l'Autore avea somma stima, come si conosce alla p. 55., ove si porta il disegno di un busto attribuito ad Orazio Coelito con questa nota: *Horatii Coclitis effigies a quo cet. Romae apud Antonium Coccum archiepiscopum Corcyrensem. Coniecturae sunt illius, et non alterius esse, et quod ex marmore Tiburtino existat, et quod Cocles sit, et quod iudicium Pyrrhi Ligorii viri accrrimi iudicis antiquitatis constans huic sententiae subscribat.* Ed affinchè vediate, che ho fortissima ragione di ciò asserire, osservate, vi prego, l'indice del Gudio al *Cap. 23.* ivi troverete *Aconia Q. F. Salutaris V. L. Fanius V. P.* Se tutto quell'indice fosse stato impresso, vedreste, che sotto il nome di *L. Fanius* sarebbe stata data per correzione del Grutero questa iscrizione tratta dal Ligorio, come è stata poi dal Muratori pubblicata.

Ma non è questo il solo torto, che abbia fatto all' inclita Patria vostra il Ligorio con le sue imposture. Inpostura sua credo io pur anco l'iscrizione dedicata a *Diana Vincitrice* Gud. p. 28, 9., in cui s'impasticcia un liberto con un ingenuo, e si adatta (chi saprebbe dire a qual dei due?) il titolo *MAGISTR. CLASS. RAVEN.* confondendo i maestri delle navi col prefetto della classe. Così pur l'altra dedicata a *Plutone Edeisio*, giacchè Ligorio dispensava a larga mano nuovi e non più uditi cognomi a tutte le Deità, Gud. p. 60, 5., nella quale comparisce un *PRAEFECTVS ET MENSOR OPER. PVBLIC. CLASS. RAVEN.* Così parimente quella di *M. Percennio* Gud. p. 335, 4., la quale anco col titolo *extra Formias* mostra quella stravaganza, che fu già dallo Spanemio notata per contrassegno di fallacia, poichè a' tempi di Ligorio dell' antica Formia non sussistevano più, che pochi, e dubbj, anzi controversi vestigj, ma più la mostra con l'uffizio di *PRAEF. VEHICVL. CLASS. RAVEN.* Così per ultimo quella di *Sp. Gavio*, che ha anch' essa il vago titolo *in via Flaminia.* Gud. p. 159, 7. e ci mostra con istrano accoppiamento *PRAEF. CLASS. RAVEN. COHOR. PRIMAE. SPECVL.* Sebbene assai più generoso di speculatori fu Ligorio con la classe di Miseno, alla quale diè per lo meno sei coorti di speculatori, producendo Gud. p. 184, 3. un centurione *COH. VI. SPECVLAT. CLASS. MISEN.*, con che fece abbondantemente vedere, ch' egli non sapeva che cosa fossero nè le coorti, nè gli speculatori, nè le classi pretorie di Ravenna e Miseno. Le quali iscrizioni però, benchè portino contrassegni così palpabili, ed evidenti di falsità, furono nondimeno dal Gori lietamente ricevute e ristampate nel Tomo III. *Inscr. Etrur. urbium* p. 88. 90. 91. e 93.

Ma tornando dopo lunga digressione all' iscrizione di *L. Antidio*, io credo, *Soci* eruditissimi, che pesate tutte le cose da me esposte, troverete in essa tante di quelle giuste cause, che richiedeva il Muratori per sospettar giustamente di una iscrizione Ligoriana, che non dubito, che non siate anche voi per collocar questa nel numero delle più putide imposture, le quali deturpano, e rendono sempre più difficile lo studio dell' antichità. Per altro per quello riguarda le memorie della classe Ravennate, se piccola perdita è lo scarto di tutte le merci Ligoriane, grande è l'acquisto, che faceste con lo scoprimento delle superbe iscrizioni anni sono dissotterrati a Classe di fuori, e così dottamente illustrate, e maggiore sarà ancor quello che farete in appresso, se si continueranno gl'incominciati scavi, come tutto il mondo erudito ardentemente desidera\*).

---

\*) Alle imposture Ravennate del Ligorio conviene aggiungere anco la seguente iscrizione, tutta gemella di quella di *L. Antidio*: *IOVI OPTIMO MAXIMO || DOLICHENO SACRVM || C. CERANIVS.*

LOCKE (*Ioannes*) v. VIVES *Lud.*

LOCRENSES Inscriptiones. v. Mur. 1817, 11, 7.

LOLLIVS (*Albertus*) v. Murat. 44, 8. 1804, 1.

LVCIVS (*Ioannes*) In *Inscriptt. Dalmaticis Venetiis 1673. 8.* (recusis in *Erhardi Reusch altem und neuem Staat des Königreichs Dalmatien. Nürnberg 1718. T. 2.* p. 496.) saepe suam nobis incuriam prodidit." Mur. 691, 7. 709, 8. 824, 1. 58, 1. 1811, 4. (spur.) — Idem prorsus observavi in *Appendice librorum eiusdem LVCII de regno Dalmatiae et Crotiae v. Belii Scriptt. rer. Hungaric. T. 3. p. 471.* — LVCIVM saepe nominat *Zacharia* in *Marm. Salonit.*, ita tamen, ut aliis potius nisus, ipse LVCII libellum evolvisse non videatur. cfr. Spon *Misc.* p. 181. et *Marm. Salon.* p. XXV.

LVPIENSES *Inscriptiones* plus quam suspectae fidei esse recte monuit, earum aliquot e *Donio* p. 187. N. 101. 102. dans *Muratorius 1055, 4. 5.* cfr. eundem 1113, 5. 1120, 1. 1805, 2. LVPIIS (*Lecce*) igitur, Calabriae oppido, impostor aliquis habitans plures eiusmodi confinxit.

MACCIVS (*Sebastianus*) v. *Reines. Praef. p. 3. Burmann. Praef. ad Grut. p. 4. Hessel Praef. ad Gud. p. 36. et 61. Ind. Gud. 23. p. LXXXIV.* Murat. 1811, 1. „Hanc a *Seb. MACCIO* confictam sincerissime fatetur *Cl. V. Hannibal de Abbatibus Oliverius*, ut *L. Accium Tragicum, Pisaurensem civem* fuisse vendicaret."

MAFFEIVS (*Scipio*) Utilissima sane est ad ingenium acuendum, multasque obscuriores saepe fraudes detegendas eius *Ars critica lapidaria*. Sed a tumultuaria eius et iniquiore censura permultos lapides iam vindicarunt *Zacharia, del Signore, Marinus* et *Vermigliolius*, idemque nos frequenter per totum hunc librum fecimus, etsi omnes, quorum fides ab eo praecipitanter impugnata est, data opera defendere nostri officii minime duximus. Nam ut in quarta circiter parte eorum, quos in suspicionem vocat, verum fortasse viderit, longe tamen plurimi manent inconcussi, ut viderunt iam imperfecti operis editor *Seb. Donatus* et *Klotzius* in *Actis litterar. Vol. 4. p. 405.* egregie ea de re disputans. „Modum, inquit, omnem excessisse, nec sat observasse quaedam videtur, quae antiquorum monumentorum interpreti observanda esse censemus. Primum enim, quis negare audeat fuisse etiam Romae multos, qui affectationem frigidam et puerilem generosae et simplici orationi praeferrent, affectatique huius notoris documenta lapidibus insculperent? — Estne vero credibile, eiusmodi, quorum corruptum erat de eloquentia iudicium, homines in monumentis alia oratione usos fuisse, quam in sermone, in scriptis adamarent? Quare non omnes titulos, licet alienos ab antiqua simplicitate et recto orationis generi adversos, ideo reiiciendos puto. Deinde constat multis exemplis, quae ab auctoribus titulorum recte et bene dicta scriptaque essent, depravata fuisse a lapidibus, sive ob imperitiam, sive ob nimiam festinationem, sive alias ob causas. Denique quot antiqua monumenta non accurate satis descripta sunt a viris eruditis! Quotidie videmus, ab iis, qui ipsos lapides inspiciunt et examinant, emendari non paucos errores, qui antea titulos eorum culpa, qui illos ediderunt, obsidebant. Quae quum ita sint, in reiiciendis antiquis titulis admodum caute circumspecteque nos versari debere arbitror, nec reiicienda esse omnia monumenta, quae consuetudini, quae usu loquendi, quae regulis nostris, collectis ex plurimis exemplis, adversentur, quum titulus, licet sit vitiosus, tamen antiquus esse possit. Quare nec mihi MAFFEI ratio, quamvis magnam ingenii vim doctrinaeque copiam ostendat, probatur, qua mihi omnis

---

C. F. CALLYSTVS || PRAEFECTVS CLASS. RAVENN. || PRAEFECTVS COLLEG. DENDR || ET CENTONAR. IIII VIR || QVINQVEN. — Ravennae. *Gudius ex Ligorio. Gud. 3, 5.* — Ravennae. *Misit P. D. Petrus Paulus Ginanni, Prior Benedictinus. Mur. 10, 1. Orelli.*



titulorum fides antiquorum labefactari et everti videtur." — — „Me vero experientia docuit, caute procedendum, ubi de antiquis saxis agitur; facile namque est suppositionis notam appingere documentis, quae tamen falsa non sunt." Ita rectissimo iudicio usus *Lupus* in *Epitaphio S. Severae*. pag. 19. — Videlicet praeter ea, quae notata sunt a *Klotzio*, in hoc quoque peccasse videtur *MAFFEIVS*, cuius reliqua merita immortalia nemo me libentius agnoscit, quod sicubi insoliti aliquid non solum in sermonis forma, sed etiam in nominibus propriis, in honoribus et publicis et municipalibus, in officiis minoribus ac servilibus, in muneribus militaribus, in rebus tandem sacris et Deorum maxime municipalium commemoratione occurreret, ille nimis leviter statim de talibus subdubitaret, vel ea prorsus reiiceret: neque, dum fallaci nimis arbitrio cuncta ad Italicorum fere amussim exigit, satis attendit ad eam quoque perpetuam diversitatem, quae inter variorum populorum Romanae ditiois subiectorum titulos intercedit. Quod vero *Klotzium* verissime monet de sermonis affectatione in saxis quam plurimis ac tumore, diuturno usu edoctus hoc observasse mihi videor, idem plane de inscriptionibus valere, quod *Cramerus*, peracuti vir ingenii et doctissimus, variis exemplis demonstravit in *Ictorum*, legum et constitutionum stilo superioris potissimum aetatis „ampullas et sesquipedalia verba” captante, ac propter ipsam loquacitatem inanem saepe obscuriore. (v. *Savoigny Zeitschrift für Rechtswissenschaft* T. 2. p. 289.) Similibus enim quam maxime gaudent, quae quarto seculo exeunte et quinto incisae sunt inscriptiones, turgidis formulis refertae ac verbosae; decrescit deinde tumor paulatim inde retro a *Septimio Severo*, maiore etiam simplicitate se commendant praecedentium imperatorum, magistratuum et privatorum hominum tituli, simplicissima denique sunt *Augusteae* aetatis et temporum veteris rei publicae monumenta.

*MAITTAIRE* (*Michaël*) „Ad suas *Observationes* usus est tribus *Oxonien*sibus editionis exemplis, ad quae *Thomas Smithus*, *Io. Pearsonus*, et *Gul. Stratford* quaedam adscripsere. In his igitur observationibus diligenter notat *MAITTAIRIVS* diversam lectionem non modo editorum diversorum, sed etiam singulorum, a se ipsis aliquando dissidentium. Quid ipsum impediverit, quo minus ad ipsa autographa lapidea exigeret id genus varietates, neque ipse commemorat, neque nostrum est divinare.” cet. *Act. Erud. Lips.* 1734. p. 51. — Ad autographa *MAITTAIRIVS* cur non exegerit editionem suam, facile est divinare; quia *Londini* iam senex illam et molitus est, et absolvit, procul ab autographis *Oxonii* conspiciendis. — *HAGENB.*

*MALVASIA* (*Carolus Caesar*) In eius *Marmoribus Felsineis* spuria quaedam reperiuntur, v. *Maffei* A. C. L. p. 216. et 471. Eidem *MALVASIAE* sincera videbatur famosissima illa *Aelia Laelia Crispis* [non nata resurgens *Bonon.* 1683. fol.] singulari libro ab eo illustrata. Ea vero sic habet, ne alibi cum temporis dispendio tibi sit quaerenda: *D. M. || Aelia Laelia Crispis || Nec vir nec mulier nec androgyna || Nec puella nec iuvenis nec anus || Nec casta neq meretrix nec pudica || Sed omnia || Sublata || Neque fame neque ferro neque veneno || Sed omnibus || Nec coelo nec aquis nec terris || Sed ubique iacet || Lucius Agatho Priscius || Nec maritus nec amator nec necessarius || Neque moerens neque gaudens neque flens || Hanc || Nec molem nec pyramidem nec sepulcrum || Sed omnia || Scit et nescit cui posuerit. || — *Bononiae.* — Ipse *MALVASIA XLIII.* Viros doctos recenset, qui in his nugis extricandis interpretandisque oleum et operam perdiderant, quibus post eum successere alii non minus stulti. Cfr. *MAFFEI* A. C. L. p. 472.*

*MARCANOVAE* (*Ioannis*) schedae passim impugnantur a *Maffeo* v. c. A. C. I. p. 328. 329. et notante *Tiraboschio Storia della lett. Ital.* T. 6. P. 1. p. 307. longe plura ex aliorum apographis, quam ex ipsis lapidibus videtur transcripsisse.

*MARTÈNE* (*Edmundus*) et *DURAND* (*Ursinus*) *Voyage littéraire de deux Re-*



*ligieux Benedictins* etc. Paris 1717. 1724. 2 Vol. 4. — „*Les auteurs du Voyage littéraire* etc. ont donné les inscriptions, par eux rapportées pour la plûpart sur des copies très-infidèles, et la précipitation de leurs recherches ne leur a pas permis d'être plus exacts.” *Histoire de l'Acad. des Inscript.* Vol 4. p. 366. Ed. Batav. v. *Maffei* Ant. Gall. sel. p. 55. Mus. Ver. p. 414. 415. — HAGENB.

MARTINIVS (*Iosephus*) De eius *Theatro Basilicae Pisanae* v. *Zacharia* in *Gor. Symb.* T. 4. p. 181. Parum diligentem lapidum exscriptorem, malumque interpretem esse indicat idem *Zachar.* in *Gor. Symb.* T. 4. p. 172. — HAGENB.

MARTIOLVS (*Sanctius*) Antiquas schedas Spoletinas *Sanctii MARTIOLI* scriptas a. 1578. se ad manus habuisse dicit *Murat. Praef.* p. 3. et p. 319. Quaedam tamen saxa Auximi posita ex schedis SANCTII potius Hispaniensi videri, vide monitum a *Mur.* ad 1672, 10. 1650, 3. 1744, 1. Item confer *Mur.* 15, 7. 320, 1. 571, 4. 1047, 1. 1482, 16. — HAGENB.

MARZARIVS (*Iacobus*) In libro *Storia di Vicenza.* Vic. 1604. 4. titulos habet manifesto fictitios. v. *Grut.* 1015, 8. *Mur.* 39, 4. *Saxii Miss.* 2. p. 189.

MATTHAEIVS (*Dominicus Barnabas*) „Maiorem diligentiam desiderassem in MATTHAEIO, qui nobis monumenta *Tusculana* dedit.” *Mur.* 1555, 2. cfr. 1098, 2. 1815, 2. (spur.) Spuria est etiam *Mur.* 112, 2. e *Matthaeii* libro de antiquo *Tusculo* petita.

MAZELLA (*Scipio*) „Si licet promere animi mentem, *Scipio* iste MAZELLA *Puteolis* marmora exstare voluit, quae nunquam ibi.” *Grut.* in *Add.* ad 19, 7. Sic spurium videtur etiam *Grut.* 950, 6. ex eiusdem MAZELLAE *Antiquitt. Putcolanis.* *Neap.* 1591. 8. prolatum. — HAGENB.

MAZUCHIVS (*Iacobus*) Eius *Epigrammata antiquae Vrbs. Romae* 1521. referta sunt erroribus typographicis, ad calcem tamen libri ex parte correctis. Quae ipse marmora non vidit, saepe sunt suspecta: nec tamen inscriptiones ultro finxisse videtur, sed commenticias quasdam ab aliis sibi oblatas nimis credule recepisse. Romae item ponit saxa multa, quae Romae nunquam fuerunt, sed alibi. v. *Gud.* ad *Grut.* 690, 1. *Grut.* 757, 6. Maxima et MAZUCHII et APIANI utilitas hodie ea in re continetur, quod sicubi suspecti aliquid nobis occurrit, in illis iam reperiendum, id saltem certo scimus, talia nec a *Pighio*, nec *Panvinio*, nec *Ursino*, neque, id quod omnium longe est gravissimum, a *Ligorio*, (qui floruit inde ab a. 1550 usque ad 1593) esse conficta; etsi antiquiores etiam fuerunt falsarii. Sic, ut uno defungar exemplo, e *Ligorio* dat *Mur.* 521, 3. titulum, quem bis exhibet MAZUCHIVS 90, 1. et 140, 1. v. *THAMYRAS*. Ceterum potius quam MAZUCHIO, qui typographus dumtaxat erat, non vero antiquarius, librum istum tribuit *Andreae FVLVIO* *Marinius Atti* 2. p. 367.; alii *Angelo Coloccio*; MAZUCHIO ipsi vindicat *Serassius* ap. *Tiraboschi Stor. let.* T. 10. p. 377.

MERCATOR (*Arnoldus*) in quibusdam suspectus est *Maffeo* A. C. L. p. 271.

METELLVS (*Ioannes Matalius*) Ex eius schedis spuria dedit *Grut. Spur.* 6, 9.

MODIVS (*Franciscus*) suspectus *Maffeo* A. C. L. p. 280.

MONTFAVCON (*Bernardus de*) Haud raro vitiis inquinatas dedit inscriptiones, nec feliciter semper eas interpretatus est. Ex *Boissardo* MONTFAVCONIVM recudisse spurias quoque tabulas omnes in *Supplément de l'Antiquité expl.* T. V. observat *Maffei* *Diptych. Quir. Lampad.* C. 3. p. 13. — HAGENB.

MORALES (*Ambrosius de*) Quaecunque Hispaniensi monumenta huiusce dumtaxat antiquarii fide nituntur, vel commenticia sunt, vel suspecta, semper certe magna cum cautela examinanda.

MVRATORIVS (*Lud. Antonius*) Quae in MVRATORIO, immortalibus huius viri

meritis minime obtrectantes, reprehendenda arbitramur, ad haec fere redeunt: In Inscriptt. Graecis edendis explicandisque plurimos ac foedos saepe commisit errores. — Si quis alius, in primis frequenter et nimis saepe idem saxum bis terve dat diversis in libris schedisve repertum. Sic 7, 2. septies dedit (7, 8. 48, 3. 63, 5. 141, 5. 146, 3. 1225, 7.) — pag. 1063, 2. in eodem Tomo II. quinquies cet. „Ex quindecim fere millibus Inscriptionum Muratorianarum plus mille magni collectores emendate iam dederant.” *Maffei* Mus. Ver. p. 487, 6. Saxii *Pericul.* p. 83. In edendo Thesauro non nisi priore *Gruteri* editione esse usum passim deprehendi v. c. p. 191, 1. collato *Grut.* 315, 5. ead. p. 191, 3. coll. *Grut.* 67, 3. *Mur.* 1088, 3. coll. *Grut.* 19, 3. *Gudianam* collectionem prorsus neglexit, ex qua tamen sincera erant deligenda, et quaedam in Inscriptt. a MVRATORIO aliunde petitis emendanda. Item, *Oxonienisia*, inquit, *marmora* minime attingi. *Praefat.* p. 7. — „Utrum recte et iure factum, ipse viderit.” Sax. *Peric.* p. 59. Exposuit in Praefationibus, quibus Codd. Mss. sit usus, quinam item doctorum privatis scriptis sibi profuerint; at de editis libris, ex quibus saxa comportavit, aut prorsus tacuit, aut ieiune dixit, si discesseris ab illis, quos in praefatione appendici praemissa breviter commemoravit. — Ex quorum libris saxa dedit, ex iisdem eum quaedam non dedisse, observavi sumque miratus, quum *Montfauconii*, *Th. Smithi* cet. libros eum illius Thesauro componerem. HAGENB. — (Id vero immensam molestiam creat lectori, quod *Montfauconium*, *Donium*, *Gorium*, alios nude laudat, non memoratis voluminibus et paginis librorum, ubi saepe egregie sunt illustratae inscriptiones ab eo repetitae: cui quidem incommodo in iis, quas nos e MVRATORIO excerpimus, ubique fere mederi studuimus.) — „Sed, quod peius etiam est, pluribus iam iudiciis deprehendi, nimium sibi indulsisse interdum MVRATORIVM in mutandis lapidum verbis, quae in scriptoribus, unde transcripsit, non ita erant data; quarum mutationum nec vola nec vestigium in MVRATORIO saepe apparet; ut opus sit ipsos libros, ex quibus ea invexit in suum thesaurum, denuo evolvi. v. c. ex *Donii* Cl. V. 158. dat *Mur.* 1036, 1. CAPVAE exhibens, sine iudicio in *Donio* legi CAPVALI. — ex *Don.* XIV. 52. VLT - - - SIAE, unde *Mur.* 1424, 2. gens nova et inaudita VLTESIA? — *Don.* XVII. 12. lecto typo *Don.* et nota *Gorii* mirabile negligentiam MVR. tum in typo, tum in nota. Crederes, *Donianum* opus eum ne habuisse quidem; certe non accurate inspexit. — *Don.* XVIII. 9. dat *Mur.* 1579, 9. sed negligentissime. — *Gor. Etr.* T. 1. p. 413, 246. cfr. *Mur.* 1515, 4. cet.” HAGENB. — Indices *Scaligeri* MVRATORIANIS et bonitate et numero longe praestant. Saepe plures honores, civiles, militares, sacri in eodem saxo referuntur; quos honores interdum MVRATORIVS iudici suo male ita intulit, ac si gesti omnes fuissent, non Romae, non alibi, non militiae, sed ubi saxa fuere erecta. HAGENB. — Schedae MVRATORII frequenter ab eo laudatae, de quibus ambigebat *C. H. A. (Cannegieterus Henricus Arnheimensis)* in *D'Orville Misc. Obs.* T. IV. 1742. p. 210. magnam partem compilatae erant ex iis, quas *Cyriacus Anconitanus* collegerat. v. *Mur. Praef.* p. 2. 484, 4. 591, 3. 855, 5. HAGENB. (Non omittendae sunt ei, qui Muratoriano opere eum fructu uti velit, censurae *Leichii*, *Walchii*, *Saxii*, *Hagenbuchii*, *Bimardi* (in *Donati Suppl.* T. 1.) Inprimis doleo me caruisse, usque dum fere absolutum esset meum opus, SAXII *scholiis literario-criticis ad Murat. Thesaurum* in *Actis literariis Soc. Rheno-Traiectinae*, quae tamen, simulac nactus sum, studiose, nec sine magno fructu contuli, antequam codicem meum typhothetis traderem.)

NARDINI (*Famianus*) Parum accurate in NARDINII Roma antiqua inscriptiones Gruterianas, aliasque aliunde notas repeti passim observavi, neque eas emendare dignatus est NIBBYVS.

NEMEITZ (*Ioach. Christoph*) vide de BENIGNIS. Inter paucas, quas exhibet,



antiquas pleraeque vel suspectae sunt, vel corruptissime exscriptae. Cfr. NEMEITZ. p. 74. 75. Si quae adhuc est libelli utilitas, pertinet ea ad historiam Italiae recentioris et civilem et literariam.

NIGRIS (*Nicolaus de*) Ex eius *Histor. Civit. Campaniae* spurium dat Mur. 1810, 3.

NOVAE inscriptiones, antiquas referentes, sive imitantes. cfr. Mur. 97, 4. Grut. 93, 3. 239, 3. 613, 9. 710, 6. 821. 4. Gud. 56, 3 et 334, 2. „Patavii ex pictura satis antiqua in parietibus Monasterii S. Instinae, ubi multi a pictore inserti visuntur vetusti tituli ad fidem lapidum.” — Duas inscriptiones Graecas a *Patino* editas, hodieque Veronae spectandas, non antiquo, sed recentiore scalpro, marmori vere antiquo incisas esse deprehendit MAFFEIVS *Mus. Ver.* 55, 4 et 5. dignus omnino, qui hac de re legatur; ut et pag. 356., ubi antiquos titulos et carmina monet Venetiis videri scalpro recenti in tabulis non antiquis incisa, quorum quaedam SPONIVS ut archetypa ediderit. cfr. Grut. 537, 3. Gor. *Etr.* T. 1. p. 344, 20. collata p. 145, 20. Fabrett. p. 683. Gud. 161, 6.

NVMORVM inscriptiones pro lapidum epigraphis datae. cfr. Grut. 1082, 1. Mur. 1990, 6. 1992, 4 et 5. HAGENB.

OCCO (*Adolphus*) Ex OCCONIS *Inscr. antiquis in Hispania repertis. Heidelbergae* 1596. fol. quingentis fere, fictas quinquaginta Gruterus iam in spuris dedit; sed longe maior est numerus OCCONIS spuriarum, si adnumeremus, quas Gruterus veras habuit, in ipsoque suo posuit Thesauro, vere carbones pro thesauro. — HAGENB.

OVENDORP (*Franc.*) v. PAPENBROECK.

PACEDIANI (*Nicolai*) Schedae. v. Murat. Spur. 1810, 7. 1811, 2. 1812, 2, 3.

PANVINIVS (*Onuphrius*) Interdum particulas tantummodo Inscriptionum suum in usum protulit, reliquias omissis: v. Mur. ad 1104, 3. collato Grut. 36, 2. Locos saxorum minime laudabili exemplo saepenumero tacet. Dubia omnino haud raro eius est fides, (Grut. 244, 6.) cuius tamen Maffei patrociniū suscepit in *Verona illustr.* T. 2. p. 367. idem vero in A. C. L. p. 193. exagitat inscriptionem Veronensem, a PANVINIO primum datam. Item Fabrett. *Col. T.* p. 237., de Grut. 190, 1. a PANVINIO interpolato agens: „Nec primus, inquit, ego, solusve, qui de fide PANVINII dubitem, quum antea maximus Gruterus homini foenum in cornu apposuerit ad 246, 6. et de falsa numi inscriptione, modeste ex fraterni sodalitiū lege arguat P. Noris de *Numism. Diocl. et Maxim. Diss.* 1. C. 2. p. 15.” (T. 1. *Thes. Sallengr.* p. 402.) Fabrettus haec scripsit, antequam Norisium legerat *Epist. cons.* contra PANVINIUM insurgentem in primis de Grut. 190, 1. Graev. *Thes.* T. XI. p. 434. — HAGENB. PANVINII fraudes manifestas potissimum deprehendi in tribus Romanis recensendis. *Orellius.*

PAPENBROECK (*Gerardus*) „In villa domini PAPENBROECK V. Cl. ab Amstelae damo leucis duabus, LX circiter Latinae et Graecae inscriptiones spectantur. Ex iis ineditas alias plures afferre possem, sed recentiori scalpro effictas veterator aliquis lucro inhians illuc non paucas transmisit, et anaglypha quoque ementita.” Maffei *Mus. Ver.* p. 449. De hac quidem fraude nihil suboluit *Franc. OVDENDORPIO* in *Legati Papenbroeckiani descriptione* L. B. 1746. 4., et revera, si forte Graecam ibi datam p. 15. N. 15. excipias, de ceteris inscriptt. vix dubitari poterit; anaglypha nil moror. Quum autem pleraeque illa monumenta Batavae originis sint, peregrini aliquid et insoliti Maffei, Italicis maxime assueto, habere videbantur.

PARADINVS (*Guilielmus*) De saxis a PARADINO in *Historia Lugdunensi* mance et corrupte editis v. *Spon: Lyon. Préf.* p. 4, et 6. Maffei A. C. L. p. 285.

PATERNIONVM Museum, Cataniae institutum, multa continebat commenticia; v. *Torremuzza Inscr. Sicil.* p. 301.



PEREGRINVS (*Camillus*) De Inscriptionibus, quas is ad *Gudium* miserat, parum claris et prave exscriptis v. Hessel. *Praef. ad Gud.* p. 13.

PHOEBONIVS (*Mucius*) „Vix alium mihi ostendas, qui oscitantius descripserit, aut foedius corruerit vetera monumenta, quam PHOEBONIVS in *Historia Marsorum: (Graev. et Burm. Thes. Ant. Ital. T. IX. P. IV.)* Murat. ad 515, 3. cfr. ib. 848, 7. Gud. 55, 8. Fabrett. *Col. Tr.* p. 393.” — HAGENB.

PICCARTVS (*Michaël*) „*Inscriptiones* maximam partem Romanae, quas PICCARTVS misit Grutero anno 1610. curavitque describi ex membranaceo libro manu pristina exarato, qui erat D. RICHI. MSC. in charta 8. memorantur in Bibliotheca *Halsiana* dividita a. 1730. T. 1. p. 342. Fabrett. *Inscr.* p. 389. exemplo saxi a *Reinesio* ex schedis PICCARTI editi, cuius postea possessor ipse *Fabrettus* est factus, PICCARTVM notat non omnino ad fidem marmoris descripsisse, solenni, (subiicit,) exceptoris indiligentia. — *Gruterum* ne in appendice quidem quicquam PICCARTINAE mercis proposuisse *Rupertus* ad *Reines.* p. 326. miratur: non ego. *Gruterus* enim a. 1603 absolvit suum Thesaurum, neque Collectanea PICCARTI nisi a. 1610 accepit, ut constat etiam e Gruteri epistola ad PICCARTVM missa 22. Decemb. 1610. in *Theophili Sinceri Neuen Nachrichten* 1753. 4. p. 91. PICCARTVM, hominem non beatissimum, cum paupertate semper conflictatum, in peregrinis locis saxa exscripsisse dubito: descripsit ex codice *Richii*, ut ex superioribus vides: male ergo ἀυτόπτης creditus a *Fabretto*. Ceterum PICCARTI typos mendis obsitos fatetur et *Perizonius* in *Dissertatt. triade* p. 29. ed. *Heinecc.* Multa ex eius collectaneis vitiosissimis transierunt in *Reinesii* Syntagma. HAGENB.

PIERIVS (*Jo. Valerianus*) De PIERII *Antiqq. Bellun.* sic iudicat *Reines.* ad *Daum.* Ep. 8. p. 21. ut eum in inscriptt. dicat caecutiisse, prolatis duobus exemplis. cfr. *Grut.* 420, 2.

PIGHIVS (*Steph. Vinandus*) — „Habemus in Thesauro Gruteriano plures, ultra quam credi possit, *Ligorianas* inscriptiones: — magnum numerum *Gruterus* hausit ex PIGHII aerario, qui *Ligorianas* non paucas collegerat.” Murat. *Praef.* p. 1. — Sic *Grut.* 1088, 7. „*Grutero* e *Ligorii* schedis PIGHIVS: item 1115, 2. in lapide admodum suspecto. cfr. *Maffei* A. C. L. p. 95. Ego quoque, ut PIGHIANIS caute utatur, cuique auctor ero: manifestoque mihi argumento erit *Grut.* 307, 7. explosum ab *Hagenbuchio* in παρόργω de tribu PAP.

PINGONIVS (*Emanuel*) De eius *Chronicis Augustae Taurinor. et Antiquitatum Inscriptionibus* (in *Burm. Thes. Ant. Ital. T. IX. P. VI.*) consule *Marmora Taurinensia* T. 2. p. 107. seqq., quorum commentatores spurias quasdam, et longe plures corruptas in illis contineri animadverterunt.

POCOCKE (*Richardus*) Inscriptiones ab eo editae 1752. omnis generis erroribus sunt refertae, ita ut vix unquam tuto possint in usum vocari, neque dignae sint, quarum ratio habeatur, nisi ubi testes magis idonei desint. Vide acerrimam, neque tamen iniustam *Reiskii* censuram in diario Lipsiensi *zuverlässige Nachrichten* 1754. Partic. 169. p. 3—32. et alteram in *Actis Erud.* 1753. p. 577. seqq. POCOCKIANVM quoque librum accurate examinavit HAGENBVCHIVS, multa, Graeca praesertim, emendans. Exstat eius libellus *Observatt. Mss.* in bibliotheca nostra civica. Gal. XXII. N. 70.

POLDI *Nemausensia*. Vide *Grut.* Spur. 7, 4. *Maffei* A. C. L. p. 286.

POLYDORVS (*Petrus*) Huius quoque commentationes epigraphicas per *Calogeranam* collectionem sparsas, caute usurpandas esse, experientia didici.

POLYPHILVS s. vero nomine *Franciscus COLVMNA*. Omnes inscriptiones, quas dat in *Hypnerotomachia di Poliphilo*, cuius alteram editionem Venetam anni 1545 fol. denuo perlustravi, ab ipso sunt conflictae; neque tamen quemquam in fraudem in-

ducere tentavit, quum suo iure tanquam poeta, miram illam *μυθιστορίαν* iis ornaverit. Sine causa igitur *Gruterus* in spuria monumenta nugas istas innocentes retulit. — Idem est *Maffei* iudicium A. C. L. p. 51.

POMPONIVS LAETVS. Cfr. *Augustin.* Dial. XI. p. 161. Grut. 871, 2. Spur. 19, 2. Confictarum tamen inscriptionum accusatus magis, quam convictus videbatur *Reinesio* Praef. p. 2. *Tiraboschius* vero *Storia lett. Ital.* T. 6. P. 1. p. 312.

POMPONIVM ea culpa non absolvit. Suspectissima certe est inscriptio *Gruteriana* 879, 4.

PONCE (*Luis de Icart*) In *Schotti* *Hisp. illustr.* T. 1. p. 1157. habentur Inscriptt. aliquot *Tarraconenses* ex *Historia Hispanica Lud.* PONTIS, inter quas nonnullae manifesto sunt spuriae; v. c. Grut. Spur. 12, 2 et 3.

PONTANVS (*Iovianus*) De PONTANO idem prorsus, quod de *Pomponio Laeto* valet. cfr. *Maffei* *Sigl. gr.* p. 111. ubi Grut. 428, 11. et 1027, 11. in dubium vocat.

PORCARIVS. v. Grut. Spur. 13, 4.

PRATILLI (*Franc. Maria*) PRATILLIANARVM inscriptionum alias manifesto commenticias, alias admodum suspectas esse notat *Marinius Atti* 1. p. 157. Exempla fraudis ab eo commissae subministrant tum de VITA *Theo. Ant. Ben.* T. 1. p. 38. tum ZACCARIA *Istituzione* p. 516. Sic manifesto spuria est ea, quam ex PRATILLIO dat *Donatus* p. 216, 7.

PTOLEMAEVS s. TOLOMMEI (*Franciscus*) v. *Murat. Praef.* p. 3. 40, 7. — 1167, 4. 1752, 12. 1811, 3. „F. PTOLEMAEVS vir non aptissimus ad describendos lapides. Fuit Pandectarum in Gymnasio Romano interpres, eiusque *Vetustalia s. sacrae vetustatis Admiranda* Romae 1664. 8. prodierunt.” *Leichius* in *Misc. Lips. nov.* Vol. 1. p. 483.

REINESIVS (*Thomas*\*) Immortalia quamvis eius sint de toto hoc genere merita, saepenumero tamen a Schedis *Holstenianis*, *Langermannianis*, *Piccartianis*, quibus nimium fidebat, misere deceptus est. Nihilominus nimis cupide iudicasse videtur *Iac. Gronovius*, REINESIANAS inscriptiones, quibus nihil imperfectius vitiosiusque exstet, in *Actis Erud. Lips.* 1683. tantopere praedicari indignatus. v. *Mencken.* in *Misc. Lips.* T. 8. p. 153. — Criticam lapidariam necessariam esse, sed circumspectissime et cautissime exercendam, verbis REINESII nos quoque profiteremur: eundem tamen saepius in saxa violentius grassando, saxa audacius corrigendo, modum excedere docti non ignorant. v. c. *Fabrett. Col. Trai.* p. 206. Inscriptt. p. 19. 103. 596. 683. *Oliv.* ad *Marm. Pisaur.* p. 107. *Murat.* 1909, 5. Ipse lapides nullos viderat: ideoque plus aequo pronus erat in eosdem, ut putabat, corrigendos. Neque tamen cuiquam suas suspiciones obtrudebat: *Sint*, inquit *Inscr.* p. 450., *ista, ut omnia, quae commentati sumus, commentaturique, in medio, cedantque iudicio lectoris νουνεχοῦς καὶ ἐνθυνητοῦ.* HAGENB. Praetereunda non sunt, quae de REINESII Eponymologico memoriae prodidit *C. G. Mvellerus* in *Wolfii Analectis literariis* Fasc. 3. p. 256. Nec eiusdem programmata: *De corpore Inscriptt. Gruteriano, notis et observatt. Th. Reinesii ornato.* Cizae 1793. — De *Bernhardo Bertramo summo seculi XVII. philologo* ib. 1795. quorum compendia habes in *Ephemeridd. Ienensibus* 1796. N. 326. p. 151. seqq. Ipse non vidi.

RELANDI fratres; (*Hadrianus* et *Petrus*) Ambo haud raro decepti sunt a *GVDII Ligorianis*. In saxis RELANDINIS saxa subinde dantur ex *Fleetwoodo*, (cuius in hoc genere nulla omnino est auctoritas;) quasi non exstarent vel in *Grutero* vel in *Reinesio*. HAGENB.

\*) REINESIVS habet inscriptiones 2370. HAGENB.



RESENDIVS (*Lucius Andreas*) Hic quoque, ut antiquiores Hispani fere omnes, habet non pauca subditiua. v. *Gruteri Spuria* 14, 2. et passim. Pravus enim patriae amor et hunc scriptorem, et popularium haud paucos transversos agebat eo usque, ut vel a puerili fraude non abstinerent; securiores vero eosdem reddebat certa quaedam opinio, neminem unquam exstiturum magis peritum, qui eiusmodi flagitia tandem revelaret, risuque exponeret.

RICCARDIANI *Musei*, Florentiae asservati, dimidia fere pars suspecta erat *Maffeo* A. C. L. p. 234., quo in iudicio ferendo inveteratum eius adversus Gorium odium non minimam partem videtur habuisse. Plures igitur lapides RICCARDIANOS ab eius censuris merito vindicavit *del Signore*. (*Marmi Riccardiani. Firenze 1781. 4.*)

ROSSI sive RVBEVS (*Octavius*) Quae in eius *Memorie Bresciane* referuntur Inscriptiones, vel negligentius sunt exscriptae, vel manifesto spuriae; isque omnino, tot quum exhibeat titulos falsos in aliorum scriptis saepe repetitos, disciplinam nostram haud levi detrimento affecit. Quibus tamen pro meritis quam honorifice et liberaliter eum remunerati sint Brixiani, videsis apud Labus *Monumenti scoperti in Brescia* p. 7. Cfr. eundem Virum Clariss. in *Millin Magazin encyclopédique* T. II. *Avril 1818.* p. 201. Ipse mihi nuper scripsit: „Oltra ciò che vo replicando qua e colà nelle mie operette, ho tanto in mano per provare evidentissimamente: 1. che non sapea leggere nè interpretar le iscrizioni. 2. che moltissime sincere le alterò, per la falsa idea di dar lustro alla sua patria con ricchezze non sue.”

RVPERTVS (*Christoph. Adamus*) Saepius accidit, ut *Reinesii* et RVPERTI epistolae laudaturi, *Reinesium* pro RVPERTO vel praedicaverint vel reprehenderint VV. DD. v. c. *Gorius Etr.* 3. p. 275. *Maffei* Sigl. gr. p. 101. — HAGENB.

RVSSINGER (*Iacobus*) Variis in opusculis, antiquitatis leviolem omnino scientiam demonstrantibus, quae *Basileae* 1615 — 1628. edidit, falsas merces si non ipse fabricatus est, tales certe interdum venditavit. ID.

SALOMONIVS (*Iacobus*) in *Inscriptionibus sacris et profanis agri Patavini* recentiores maxime collegit, antiquis e *Scardeonio* et *Vrsato* desumptis; ipse igitur nullam prorsus habet auctoritatem. ID.

SARAYNA (*Taurellus*) Plurimis vitis inquinatae sunt eius inscriptiones Veronenses. ID. SAUVAGÈRE v. *Veyrel*.

SCALIGER (*Iosephus Iustus*) Huic quoque acerrimo et perspicacissimo iudici commenticia interdum ab amicis missa sunt, veluti *Grut. Spur.* 6, 2. „Spero me, inquit, *Inscriptiones quasdam optimas, nondum visas, ex Provincia adepturum, ut et correctiores earum, quas a me edidisti, ubi multa perperam ab illis exscripta, qui illas mihi dederant.* SCALIG. Ep. 429. ad *Gruterum* scripta a. 1606. Notabis emendationes illas non prodiisse, edito iam 1603. *Gruteri* Thesauro; in quo proinde inscriptiones ab SCALIGERO acceptos scito naevos habere, neque omnes emendatissimas in *Grutero* legi, quales legerentur, si ab SCALIGERO ἀυτόπτη essent exceptae, et *Grutero* subministratae.” HAGENB.

SCARDEONIVS (*Bernardinus*) „Incuriose descripsit SCARDEONIVS, ut omnia paene, quae dedit.” *Reines.* p. 278. ad Cl. H. 43. Cfr. *Maffei* A. C. L. p. 160. 202.

SCARFO (*Ioannes Chrysostomus*) Puerilibus commentis, Graecis praesertim, quae miserat *Muratorio*, hunc tamen minime decepit, cuncta inter spurias referentem pag. 1817. 1. Seqq.

SCHEDIS, quoscunque demum auctores prae se ferant, non modo minus esse tribuendum, quam scriptoribus, qui lapides ipsos in libros suos retulerint, sed probe etiam distingui debere inter SCHEGARVM ἀυτόγραφα et ἀπόγραφα, satis norunt omnes, qui vel leviter hanc disciplinam attigere. HAGENB.



SCHEVCHZERVS (*Io. Iacobus*) „Facile SCHEVCHZERI manum deprehendi peritiorem in tradendis rebus physicis, quam describendis monumentis antiquis; nam non uno in loco oculi eius manusque a vero aberrarunt.” CANNEGIETERVS in Ep. ad HAGENB. a. 1754.

SCHOTTVS (*Andreas*) Schedae SCHOTTIANAE (Hispaniensia potissimum marmora exhibentes) veris falsa mixta habent. HAGENB. BIMARD. Cfr. *Gruteri Spuria* passim v. c. 10, 4, 7. 13, 8.

SCOTI (*Antonii*) Schedae plura continebant subditiua. v. Mur. 1811, 7.

SCRINIUS (*Michaël*) Ex eo spurium dat *Gruterus* Spur. 5, 1.

SEIVERT (*Ioannes*) Is inscriptiones editurus caruit Grutero, Muratorio, ceteris magnarum collectionum editoribus. Minime igitur mirandum, quod singulis fere paginis incredibilia paene inscientiae documenta dederit, veluti quum pag. 141. FVGIAE || AVG. || MIL. LEG. VI || VOTVM. SOLVIT, de Fugia, Dea tutelari fugitivorum, misere somniavit, ignorans Gruterum 69, 7. iamdudum recte dedisse HYGIAE cet. Sed de sexcentis similibus tacebinus, ne manes exagitemus hominis innocentissimi, eoque saltem nomine de disciplina nostra bene meriti, quod unum sub aspectum coniecit Daciae mediterranae lapides, quamvis paene omnes antea editos, quodque Lazianos Zamosianosque ex apographis melioribus passim emendatiores, vel certe cum lectionis varietate haud contemnenda exhibuit. Verumtamen summa cum cautione ut eo utantur minus hoc in genere versati, et ubique priores circumspiciant editores, magnopere optandum est. Alteram opusculi editionem auctiorem paraverat Seivertus, quae lucem nunquam adspexit. v. I. G. Engel *Comment. de expedit. Traiani* cet. Vindobonae 1794. p. 158.

SIMEONIVS (*Gabriel*) v. Grut. Spur. 5, 4. 13, 5.

SINCERAE *Inscriptiones pro spuriiis quandoque habitae*. v. Oliverium *ad Cyriaci Anconitani nova fragmenta*. p. 62. „Celeberrimum inscriptionis fragmentum quod in Ariminensis arcus fastigio adhuc visitur, a *Grutero* singulari errore inter Spuria relatum fuit. p. 6, 5. Sed ea est maximorum operum conditio, ut turpioribus aliquibus maculis inquinentur. Quis unquam putasset fieri potuisse, ut insignis inscriptio Caeciliae Metellae, quae in fronte mirificae molis, vulgo *Capo di Bove*, Romae ad D. Sebastiani visitur, inter spurias amandari debuisset? At Muratorius amandavit. p. 1799, 2. ex Ms. *Nicolai Pacediani*, licet iam ea inscriptio edita esset a *Grutero* p. 377, 7. et ab omnibus, qui Romana monumenta recensent et insuper ab *Ant. Augustino Dial. X.* illustrata.” — Sic *Scaliger* Genotaphia Pisana spuriiis accensebat.

SMETIVS (*Martinus*) Peritissimus utique saxorum exscriptor maximam meretur fidem in iis, quae ipse vidit; nimium tamen arbitrium sibi sumpsit in ordine versuum inscriptionum ex *Apiano* v. c. et *Panvinio* repetitarum aliter instituendo. v. SMETII Librum. p. 144. Quamquam fatendum est, priores exscriptores raro versus ita servasse, uti erant divisi in saxis ipsis; quae quidem saepius et mendarum et errorum exstitit caussa. — Multas Inscriptt. Hispanienses *Carolus Clusius* partim ipse exscripsit, partim a nobili Hispano Valentiae accepit; de quibus, „*video*, inquit, SMETIVM multas in librum suum intulisse, non tamen omnes; nec distinxisse illas, quas ego observaveram, ab iis, quas ex alio exscripseram.” HAGENB.

SORBIERIVM (*Michaëlem*) acriter reprehendit *Reinesius* p. 767. et 885.

SPONIUS (*Iacobus*) Insignia quamvis ac nunquam obliteranda eius sint merita, in eo tamen cum multis aliis peccavit, quod spuria passim pro sinceris habuit, vitiose alia exscripsit, solita peregrinantium festinatione et ἀβλεψία in Graecis maxime, neque raro falsas in interpretationes incidit; quocirca omnibus eius scriptis, etsi magna laude sane dignissimis, cautissime tamen uti debent huiusce disciplinae studiosi. Saepius

quoque in diversis suis libris eadem saxa repetit, nominatim in illo, cui index est *Recherches curieuses d'antiquité*. Lyon 1683, 4., Latine verso in *Poleni Thesauro* T. IV. Eadem igitur ac *Maffei* lectores afficit molestia, praesertim indicibus quum careat. Acerrima SPONIVM censura de epitaphio quodam (Mur. 152, 4.) insectatur *Lupus Epit. Severae*. p. 51.

SQVIRRVVS (*Seraphinus*) v. *Donium* p. 567. in Elencho librorum, quibus est usus. N. 27. Vitiosissime is dedit inscriptiones aliquot Hispanienses.

STRADA (*Famianus*) Ex eo commentitia haud pauca dat *Gruterus* in Spuriis.

TARENTINI tituli. „Plerique Tarentini, ulteriorisque Calabriae tituli semper mihi visi sunt antiquitatem mentiri. Vide Mur. 10, 8. 11, 7. 59, 5. 139, 3, 4.” *Saxius Miss.* 3. p. 30.

TAVLERVS (*Bonaventura*) Ex eius *Historia Ainae* Neap. 1702. suspectissima quaedam habet *Muratorius*, veluti 42, 5. Quum tamen ipsum librum non viderim, iudicium contineo.

THAMYRAS s. THAMYRIS, Italus *ψευδώνυμος* Sec. XV. Pomponii Laeti academiae adscriptus, ac vel ex Homero simpliciter, vel, quia a posterioribus v. e. Plutarcho, Titanomachia prisco illi poëtae tribuitur, tamquam Christianae superstitionis, (ut dicebant Romae) adversarius, hoc nomine insignitus, de quo haec habet *Fogginius* in *Fastis* p. 104. „Demum operae pretium esse sentio aliquid dicere, cur etiam *Fastos* illos praetermiserim, quos *Iacobus Mazochius* edidit sub hoc titulo: *Fasti sex priorum mensium ex antiquo marmore invento per Thamyram sub Capitolinis ruinis, cuius marmoris altera pars reliquos etiam sex menses sine Fastis continebat*; scilicet manifesto suppositos eos arbitror, quod praesensisse mihi videntur etiam *Gruterus*, aliique antiquarum inscriptionum Collectores, veterisque Calendarii Romanorum enarratores, apud quos nulla est eorum mentio. Et profecto *Mazochius* locum, ubi marmor adservaretur, nullatenus indicat; etsi alia huius generis marmora describens hoc diligenter adnotare nunquam omittit. Praeterea illi ipsi *Fasti* se produnt confictos; solummodo enim dies notant, quos *Ovidius* describit. Fraudis auctor *Thamyras* unus fuit ex sociis celebris illius Academiae Romanae, quam *Pomponius Laetus* instituit, et in qua hoc opus, et hic labor fuit praecipuus, ut quisque Latinos veteres Scriptores tum in scribendo, tum in loquendo equiparare potius quam imitari satageret; nec inanis est suspicio, quod quaedam vetus Latium sonantia confinxerint, ut sibi invicem veluti per iocum illuderent. Quoniam vero ipsis etiam placuit ficta sibi nomina imponere, nescio quis latuerit sub *Thamyrae* nomine, sub quo eum semper commemoratum inveni. Novi tamen nobilem Romanum fuisse ex *Cod. Vat.* 2836. olim *Angeli Colocii*, ubi *Thamyrae* exstat *Oratio* in *Laurea Laurentii Bonincontri Miniatisensis*, et *Aelli Ragusei*, quae in marginali nota dicitur *Oratio Thamyrae nobilis Romani*, et in qua auctor *Pomponium* laudat, et praecceptorem suum appellat. Praeterea quod *Thamyras* curaverit, ut *Pontani* opus de *Magnanimitate* ederetur, testatur *Petri Summontii* epistola: et quod in poëtica facultate potens fuerit, testis est *Ioh. Baptista Pius Bononiensis*, a quo *lib. III. Eleg.* appellatur:

*Pierii Thamyras gloria prima chori.*

Habetur quoque impressa eius ad *Divum Iulium II. Pont. Max.* ecloga, sed sine anni, et typorum nota in 4., necnon epigrammatium in libro inscripto *Corcyriana*; quo in libro, edito an. MDXXIV., *Francisci Arsillii Senogalliensis* libellus inseritur ad *Panlluu Iovium de Poëtis Urbanis*, inter quos *Thamyras* ita commemoratur, ut videatur iam tum e vivis excessisse:

*At modo quis Thamyrae citharam non noscit, amatque?*

*Aurea cui nitido pectore vena fuit.” —*



Consulto nunc Tiraboschio *Storia della letteratura Italiana* Vol. 7. p. 158. seqq. Ed. Mediol. 1824., qui *Thamyryn* istum nusquam memorat, id tamen certum mihi videtur, fuisse nobilem hunc Romanum ex iis, qui post annum demum 1482. cum Pomponio Laeto sese consociarint. Huic vero sodalicio pleraque saxa commenticia ubi tribuerimus in Mazochii (et Apiani quoque) Inscriptionibus obvia, non nimis, ut opinor, a vero aberrabimus.

THEVETVS (*Andreas*) v. *Grut.* in Spuriis passim. *Lipsii Auctarium ad Smetium* p. 4. *Casaubon.* Ep. 586. ed. *Graevii.* Ineptit omnino in titulis confingendis, nullam omnino veri similitudinem habentibus.

TITIVS (*Robertus*) Quae ex TITIO affert *Gruterus* p. 1003. seqq. suspicione non carent, diligenterque sunt examinanda, quaecunque ad eius auctoritatem referuntur.

TOMASINVS s. THOMASINVS (*Iacob. Philippus*) „Unde hanc sumpserit TOMASINVS, pro more suo minime scribit; ego imposturam arbitror.” *Mur.* 1807, 6. Aliam ab uno TOMASINO, in libro *de Donariis* fictis referto, exhibitam explodit *Maffei* A. C. L. p. 195.

TONDVZZIVS (*Iulius Caesar*) *Istorie di Faënza.* Faënza 1675. fol. *Muratorius* 129, 9. notat *Tonduzzii* fidem vix praestare, *aliare* pro *ara* in marmoribus quoque legi.

TVDERNES vel TVDERTINAE *antiquitates.* Inter eas fictitias multas venditari, imagunculas etiam ac vasa ex aere cum inscriptionibus notat *Vermigliolius Iscrizioni Perugine* T. 2. p. 478. Cfr. *Mur.* 128, 3.

VALERIVS (*Iacobus*) cfr. *Mur.* 292, 2. *Maffei* A. C. L. p. 279. *Mur.* 338, 1. *Saxii Miss.* 4. p. 84.

VATICANAE *Schedae*, quibus *Fabrettus* singulis fere paginis utitur, *Ligorianis*, id est, subditiciis refertae sunt.

VEGGHIAZZANVS (*Matthaeus*) Spuriam ex eius *Historia Foropopili (Rimino 1647.)* habet *Mur.* 286, 2.

VERDERIANAE *Schedae* saepe suspectae sunt *Maffei* in A. C. L. Ex iisdem commenticia iam dat *Gruterus* in spuriis 5, 6. 6. 1.

VEYREL (*Samuel*) *Indice du cabinet de S. VEYREL, apothicaire à Xaintes, avec un recueil de quelques antiquités de Xaintes.* Bourdeaux 1635. 4. rarissimus quidem est libellus, sed exhibet inscriptiones corruptissime plerumque exscriptas, uti constat ex *de la Sauvagère Recueil d'Antiquités* p. 124.

VGHELLVS (*Ferdinandus*) Eius schedae inter *Barberinianas* olim exstabant. v. *Gorium ad Donium Praef.* p. XIX. Cfr. *Mur.* 63, 6. „Sunt hic et alia pauca menda ab oscitante VGHELLO pro more profecta.”

VITA (*Ioannes de*) saepius, quam vellem, a *Gudii* *Ligorianis* se decipi passus est.

VIVES (*Io. Ludovicus*) *Acta urbana dierum septem a. u. c. 585.* „quorum exemplum exscriptum inter schedas *Lud. VIVIS* olim repertum *Iacobus Susius* communicavit *Pighio*, hic vero *Annalibus* suis inseruit.” v. *Reines.* p. 340. Quasi vero istud ἔρμαϊον fuisset ineditum, aliud eorum exemplum a celeberrimo philosopho *Io. LOCKE* acceptum dedit *Graevius* ad *Sueton. Iul. Caes.* 20. T. II. p. 22. ed. *Burm.* Fraudem etsi iamdudum demonstraverat *Ernestius*, nostra quoque aetate fuerunt, qui eandem recoquerent. Alia huiusmodi acta diurna exhibet *DODWELLVS Append. ad Praelectt. Cambden.* p. 690., quorum νοθηταιον demonstravit *WESSELING Probabil.* C. 39. cfr. *TVNSTALL Epistola ad Middleton.* p. 33.

VOLATERRANVS (*Raphaël*) primus edidit celeberrimam inscriptionem subditiciam *Iustinopolitanam.* v. *Zaccaria Istituzione* p. 494.

VRSATVS (*Sertorius*) „Cupido, qua tenebar, videndi *Monumenta Patavina Vrsati* plane refrixit, postquam vidi; collector enim eorum plus voluit. quam potuit; et quum



interpretem se gerit, pueriliter ineptit." *Reines. Ep. ad Bos.* p. 339. In libro postumo (*Marmi eruditi ecc. Padova 1719*), quo *Hagenbuchius*, quamvis levi cum damno rei epigraphicae, caruit, pag. 276. primum editus est suspectissimus *Q. Aemilii Secundi de P. Sulpicio Quirino* titulus, quasi circa a. 1674. Venetiis esset repertus. v. nostris in *Monumentis historicis. §. Augusti tempora.* — Aliam spuriam in *VRSATI Monumentis Patavinis* notat *Maffei* A. C. L. p. 190.

*VRSINVS (Fulvius)* „Hoc videor observasse, plerasque inscriptiones, quas pro spuriis habere licet, ab *VRSINO* esse: unde de viri huius ad opus *Inscriptionum (Gruteri)* symbola non ita magnifice sentire, et caute *VRSINIANA* arripere soleo." *Reines. Ep. ad Rup.* p. 246. cfr. *ibid.* p. 418. 457. et 541. *Hagenb. Epp. epigr.* p. 28. *PLERASQUE* sane non dixerim, utpote qui plurimos alios impostores hic enumeraverim; sed manifesto spurias, *VRSINO* auctore vulgatas gravibus argumentis usus reiicit etiam *LVPVS Epit. S. Sev.* p. 79. 80., eiusdemque generis sunt *Grut. 1035, 5. 1043, 1. Spur. 10, 6.*, ita ut de omnibus, quas illi soli acceptas referimus, dubitandum censeam: maximeque suspectam habeo eius fidem, ex quo experientia didici, quam leviter versatus fuerit in coniecturis suis Ciceronianis pro Codicum Mss. lectionibus venditandis.

*VVLPIVS (Iosephus Roccus)* Ut *CORRADINVS (Petrus Marcellinus)* sic etiam, qui eius continuavit *Latium antiquum*, *VVLPIVS* caeca fide arripuit pessima quaeque commenta *Ligorianae*. Permulta inde in *Muratorii* Thesaurum fluxerunt, ita ut maxima cautione opus sit, ubicunque eorum auctoritate nititur *Muratorius*.

*WALCHIVS (Io. Ernestus Immanuel)* marmora Hispaniensia ficta pro sinceris habuit, etsi meliora edoctus ab *Hagenbuchio*.

*ZACHARIA (Franciscus Antonius)* „In *Marmoribus Salonitanis* quaedam ut inedita dat, ab aliis iam data. — In *Excursu literario* Praef. \* 3. repetitiones valde se cavisse scribit: quam non vere, *Seguierius* ad me scripsit *Ep. 36.* anni 1754. idemque pluribus exemplis ipse cognovi. In primis p. 84. init. nescisse eum in *Grutero* quoque esse suam illam intermediam, an veniam habere possit, nescio. Invenisset enim facillime in *Singulariis Gruteri* loco suo *LALLVO* et in *Ind. Scalig. Lalluus Victor*. Idem dictum esto de p. 88. num. *CLXXI. loc. I. et II.*" *HAGENB.* Haec ideo exscripsi, ut insigni aliquo exemplo demonstrarem, quanta diligentia opus sit ei, qui in recentiorum libris inscriptiones vere ineditas a dudum notis velit distinguere.

*ZAMOSCIVS (Stephanus)* Quae ex eius *Analectis lapp. vetust. Patavii 1593. 8.* laudantur, saepe sunt vitiosa, meliora tamen *Lazianis*.

*ZAVARRONIVS (Angelus)* Suspectissima est *Inscriptio Serronensis*, quam misit *Muratorio 287, 1.* et singulari praeterea dissertatione illustravit *Neapoli 1743. 8.* *Muratorius* ibi tertium versum omisit: *HIVIRO I. D.* — nisi hic postea demum ab homine fraudulento insertus est. Aequae ficta a *ZAVARRONIO* sunt *Mur. 10, 8. — 12, 11.*

## INSCRIPTIONVM LATINARVM

## CAPVT I.

## G E O G R A P H I C A.

## §. 1. VRBS AETERNA.

1. C. MARCIVS L. F. L. N. || CENSORINVS. ET. C. ASINIVS  
C. F. GALLVS COS. 1) EX S. C. || FIN. POMER. TERMIN. — Romae.  
Grut. 196, 2.

1) u. c. 746. cfr. Nardini 1. p. 42. v. *Claudius* in Mon. Hist.

2. S. P. Q. R || IMPP. CAESS. DD. NN. INVICTISSIMIS PRIN ||  
CIPIBVS ARCADIO ET HONORIO VICTORIBVS || AC TRIVMFA-  
TORIBVS SEMPER. AVGG. || OB INSTAVRATOS VRBI AETER-  
NAE MVROS || PORTAS AC TVRRES. EGESTIS INMENSIS || RV-  
DERIBVS. EX SVGGESTIONE V. C. ET IN || LVSTRIS COMITIS 1)  
ET MAGISTRI VTRIVSQ || MILITIAE FL. STILICHONIS. AD PER-  
PETVITATEM || NOMINIS EORVM SIMVLACRA CONSTITVIT ||  
CVRANTE FL. MACROBIO LONGINIANO V. C. || PRAEF. VRBIS.  
D. N. M. Q. 2) EORVM. — Romae. Grut. 165, 4. Nardini 4, 58.  
(*Stilichonis et Fl. Macrobio Long.* ap. Grut. recte in litura est. v. Hagenb.  
*Epist. epigr.* p. 314. De Longiniano consule *Prosopogr. Cod. Theodos.* p. 64.)

1) MILITIS Grut. ex *ἀντροψία* Smetii. Apianus 201, 1. corrupte ISIRITIS. Sed,  
quicquid ad defendendam Grut. lectionem MILITIS profert Hag. *Epp. epigr.* p. 315.,  
Smetii error videtur esse. 2) devoti numini maiestatique.

3. SENATVS || POPVLVSQVE || ROMANVS || CLIVOM || MARTIS ||  
PECVNIA PVBLICA || IN PLANITIAM || REDIGENDVM || CVRAVIT. 1)  
— Romae. Grut. 152, 7. Nard. 1. p. 145.

1) sub Augusto, ut censet Fabrett. *de aqu. et aquaed.* p. 34. Clivus Martis extra  
Portam Capenam.

*Vrbis divisio in Regiones XIV. et Vicos:*

4. VRBIS SACRAE REG. XIII. — in lapide Caracallae ap.  
Mur. 246, 3.

5. IMP. CAESARI. DIVI || TRAIANI PARTHICI FIL. || DIVI  
NERVAE NEPOTI || TRAIANO HADRIANO || AVG. PONTIF.  
MAXIMO || TRIBVNIC. POTESTAT. XX || IMP. II. COS. III. P. P. ||  
MAGISTRI VICORVM VRBIS || REGIONVM XIII. — *Sinistrum latus*  
*tres regiones, dextrum vero duas cum suis curatoribus, denunciatoribus,*  
*et vicis, horumque magistris continet:*



L. CEONIO COMMODO. SEX. VETVLENO CIVICA POMPE-  
IANO COS. 1)

REG. I.

CVR.

C. CVRTIVS  $\zeta$ . L. IVCVNDVS.

DENVNCIAT.

P. HELVIDIVS P. L. HERMES.

VICO CAMENARVM. (magistri quattuor) — VICO DRVSIANO —  
SVLPICĪ VLTERIOR. — SVLPICĪ CITERIORIS — FORTVNAE  
OBSEQVENT. — PVLVERARIO — HONOR. ET VIRTVTIS —  
TRIVM ARARVM — FABRICĪ.

REG. X̄. — VICO PADĪ — CVRIARVM — FORTVNAE RE-  
SPICIENTIS — SALVTARIS — APOLLINIS. — HVIVSQVE DIEI.

REG. XIII. VICO FIDII. — FRUMENTARIO — TRIVM VIA-  
RVM — CEISETĪ — VALERĪ. — LACI MILIARĪ. — FORTVNATI  
— CAPITIS CANTERĪ. — TRIVM ALITVM — NOVO — LORETI  
MINORIS — ARMILVSTRI — COLUMNAE LIGNEAE — MATE-  
RIARIO — MVNDICIEI — LORETI MAIORIS — FORTVNAE  
DVBLIAE.

REG. XII. — VICO VENERIS ALMAE — PISCINAE PVBLI-  
CAE — DIANAE. — CEIOS — TRIARĪ — SIGNI SALIENTIS —  
LACI TECTI — FORTVNAE MAMMOSAE — COLAFITI PASTO-  
RIS — PORTAE RVDVSCVLANAE — PORTA NAEVIA — VICTORIS.

REG. XIII. — VICO CENSORIS — GEMINI — ROSTRATAE  
— LONGI AQVILAE — STATAE SICCIAE — QVADRATI — RACI-  
LIANI MINORIS — RACILIANI MAIORIS — IANVCLENSIS —  
BRVTIANO — LARVM RVRALIVM — STATVAE VALERIANAE —  
SALVTARIS — PAVLI — SEX. LVCEĪ — SIMI PVBLICI. PA-  
TRATILLI — LACI RESTITVTI — SAVFEĪ — SERGĪ — PLOTĪ  
— TIBERINI. — Romae. Grut. 249, 8 — 251. Mur. p. 604.

1) p. Chr. 136.

Notandum h. l. non solum Romam, sed alia quoque oppida in re-  
giones fuisse divisa:

6. POLLIO IVLIO CLEMENTIANO || SVBVENTORI CIVIVM ||  
NECESSITATIS AVRARIAE || DEFENSORI. LIBERTATIS || REDO-  
NATORI. VIAE POPVLI || OMNIVM MVNERVM RECREATORI ||  
VNIVERSA REGIO ROMANA || STATVAM COLLOCAVIT || CV-  
RANTE CL. PLOTIANO. — Nolae. Grut. 1095, 7. „In alio tit. Nolano  
eidem posito id. ib. 8. REGIO IOVIA STATVAM CENSUIT. Salma-  
sium ad *Hist. Aug.* T. 2. p. 319. *Hack.* non probo, qui Ioviae immemor  
Romanam regionem interpretatur, urbicariam, τὴν περὶχωρὸν τῆς Ῥώ-  
μης. Sed rectius utraque pro regione civitatis Nolae habetur, ut re-  
gionem *Thermensium* Grut. 430, 6. Rein. et Gud. vere de parte Neapolis  
intelligunt.” HAGENB. Mss. Hanc quidem (430, 6.) pro spuria habet  
Maffei *A. C. L.* p. 336.; sine causa, opinor. Ita Grut. 433, 4. *Regio*



*Palatina* itidem Neapoli, et de regione *Herculana* eiusdem urbis egit Ignarra in libro *de Phratriis* Neap. 1797. 4. Cfr. Grut. 439, 6.

### Regio I.

7. CVRTILIVS HERMEROS || FECIT SIBI ET || CVRTILIAE ANTHIDI || CONIVGI SVAE CARISSIMAE || ET LIBERTIS LIBERTABVS. QVE || SVIS POSTERIS. QVE. EORVM || MAGISTER VICI. AB CYCLOPIS <sup>1)</sup> REGION. PRI. FABER ARGENTARIVS. — Romae. Grut. 624, 4. Nardini 1. p. 243.

1) Scil. *antro* v. Nard. Ceterum *Magister Vici Viridarii* Grut. 624, 2. — *Vici Sandaliaris* ib. 3. *Vici Bubularii* ib. 4. Vide Caput de Officiis minoribus.

### Subura. Reg. II.

8. IOCVS DONATI QVI || MANET IN SEBVRA || MAIORE AD NINFA || s. LINTEARIVS. BISOMV. <sup>1)</sup> — Romae. Marini *Acti* I. p. 347. Ex uno hoc monumento Christiani hominis novimus duas fuisse Suburas sive, ut hic est SEBVRAS, maiorem ac minorem. Cfr. Nardini 1. p. 188.

1) bisomun, sarcophagus duorum corporum capax.

### Castra Peregrina. Reg. II.

9. GENIO SANCTO || CASTRORVM PEREGRINORVM || AVR. ALEXANDER || cANALICLARIVS || qVOD PEREGRE || cONSTITVTVS VOVIT || aEDIL. CASTRORVM || votuM LIBENS SOLVIT. — Romae. Nardini 1. p. 203. Quae inclinatis literis excusa vides, supplementa sunt Nibbyi. Idem saxum, sed admodum mendose dat Mur. 77, 3. Pro cVR tamen, ut erat apud Nibbyum, rectius habet AVR. Pro CANALICLARIVS, ANALIGEARIVS; sed illud satis confirmatur inscriptione Graeca, Londini nunc asservata:

10. AP. ΔΟΜΝΕΙΝΟΡ || ΚΑΝΑΛΑΙΚ. ΑΛΠΙΟΤ (sic) || ΤΗΝ ΕΚ ΤΗΣ ΠΥΡΑC || ΚΟΝΙΝ CΤΝΑΕΖΑΤΟ (sic) || ΑΙΕΛΦΟC ΑΙΕΖΑΝΑΡΟC || ΜΝΗΜΗC ΧΑΡΙΝ. — v. Bowyer *Miscellaneous Tracts.* London 1785. 4. p. 153. Ceterum consule Saxium *Miss.* 2. p. 241., qui volebat ANiensi Tribu ALICLARIVS.

### Domus Laterani. Reg. II.

11. a) SEXTI LATERANI || b) TORQVATI ET LATERANI. — Romae in domu Laterani. Nardini 1. p. 209.

### Summum Choragium. Reg. III.

12. HERCVLI ET SILVANO EX VOTO. TROPHIMIANVS || AVG. LIB. PROC. SVMMI CHORAGI || CVM CHIA CONIVGE. — Romae in campo Esquilino. Grut. 42, 5. v. Nardini 1. p. 228.

13. SALVIS dd. NN. THEODOSIO ET PLACIDO *Valentiniano* || RVFVS CAECINA FELIX LAMPADIVS VC et inl. praef. Urb. || HARENAM AMPHITHEATRI A NOVO VNA CVM PODIO et portis postis || CIS SED ET REPARATIS SPECTACVLI GRADIBVS restituit. — Romae in Amphitheatro Flavio. Reg. III. Nardini 1. p. 235. Quae minoribus literis excusa vides, supplementa sunt Nibbyi.

14. DECIVS MARIVS VENANTIVS || BASILIVS VC. ET INL. PRAEF || VRBI PATRICIVS CONSVL || ORDINARIVS <sup>1)</sup> ARENAM ET || PODIVM. QVAE ABOMI || NANDI TERRAE MO || TVS RVIN. PROS || TRAVIT SVMPTV PRO || PRIO RESTITVIT. — Romae in Amphitheatro Flaviano nuper reperta. Müller *For. Roman.* p. 194. Nardini 1. p. 238: cfr. similem, sed mutilam ap. Mur. 412, 3.

1) Consul p. Chr. 486. secundum Marinium. Ad a. p. Chr. 508. refert Almelov. Fast.

15. IVLIVS FELIX CAMPANIANVS || V. C. PRAEFECTVS VRB. AD AVGENDAM || THERMARVM TRAIANARVM || GRATIAM CON-LOCavit. — Romae. Grut. 177, 6. Nardini 1. p. 249.

*Thermae Philippi: Regione III.*

16. . . . L. RVBRIVS GETA CVR . . P. CCCXXIII. D. N. PHILIPPI THERM . . . — Grut. 179, 5. Nardini 1. p. 253.

*In Templo Remi, in Via sacra. Reg. IV.*

17. TIB. FABIVS TITIANVS || V. C. CONS. <sup>1)</sup> P. PRAEF. VRB. <sup>2)</sup> || CVRAVIT. — Grut. 193, 8. Nardini 1. p. 278.

1) p. Chr. 337. 2) p. Chr. 340. Vides, Constantinianis quoque temporibus Deorum templa passim vel exstructa fuisse, vel restituta.

*Templum Fortunae Seiae. Vicus Sandaliarius. Reg. IV.*

18. GERMANICO CAESARE || C. FONTEIO . . . ITONE <sup>1)</sup> COS. || K. . . AN <sup>2)</sup> || SIEIAE. <sup>3)</sup> FORTVNAE AVG. || SACR || SEX. FONTEIVS O. L. TROPHIMVS || CN. POMPEIVS CN. L. NICEPHOR || MAG. VICI || SANDALIARI REG || III. ANNI XVIII. <sup>4)</sup> || D. D. — Grut. 79, 5. Nardini 1. p. 311.

1) *Capitone* n. c. 765. p. Chr. 12. 2) *Kal. Ian.* 3) sic lapis, etiam ap. Smetium 29, 6. *Seiam Deam* agnoscit Plin. H. N. 18, 2. cfr. Marini *Atti* 2. p. 615. a., ubi docet, ex *Seia Fortuna* et *Stata Matre* novam, veteribusque inauditam Deam confictam fuisse a Ligorio, *Statam* videlicet *Fortunam*. 4) scil. ab institutis per Augustum Magistris Vicorum.

*In Foro Transitorio cum templo D. Nervae. (Reg. IV.)*

19. IMP. NERVA CAESAR. AVG. PONT || MAX. TRIB. POT. II. IMP. II. PROCOS. — Nardini 1. p. 318. ex Fauno L. 2. c. 23. Si sincera est inscriptio, vides Nervam quoque dictum fuisse Proconsulem; quem morem ad Traianum vulgo referunt. v. Marini *Atti* 2. p. 749. Sed *Procos.* in hoc saxo omittit, cum lacunae tamen signo Grut. 189, 15. Fuerit fortasse: P. P. (pater patriae.) ut Grut. 154, 5.

*Thermae Helenianae, Regione V.*

20. D. N. HELENA . . . VEN . . . AVG. MAT. || AVIA BEATIS . . . . . || THERMA . . . SI. — Nardini 2. p. 12.

*In aquaeductu Castrorum Praetoriorum: Reg. V.*

21. IMP. CAES. M. OPELLI SEVERI MACRINI AVG || M. OPELLI SEVERI DIADVMENIANI CAES. PRIN. IV. <sup>1)</sup> || CASTRIS PRAETORII || TERENCEIVS CASSANDER FECIT. — Nardini 2. p. 52.

1) Principis Iuventutis. Supplendum: IVSSV, vel simile quid.



*Vivarium. Reg. V. v. Nardini 2, 17.*

22. PRO S. IMP. CAES. M. ANTONI. 1) GORDIANI PII FEL-  
CIS. AVG. ET || TRANQVILLINAE SABINAE AVG. VENATORES  
IMMVN. || CVM CVSTODE VIVARI. PONT. VERVS MIL. COH. VI  
PR. CAM||PANIVS VERAX MIL. COH. VI. PR. FVSCIVS CRE-  
SCENTIO || ORD. CVSTOS. VIVARI. COHH. PRAETT. ET VRBB.  
DIANAE AVG. D. S. EX. V. P. 2) || DEDICATA XII. KAL. NOV. . . .  
IMP. D. N. GORDIANO AVG. ET POMPEIANO COS. 3) — Romae.  
Fabrett. p. 682, 65. Murat. 251, 3.

1) in aliis inscriptt. *Antonini*; sed illud verius. Lamprid. *Heliog.* C. 18. 2) De suo  
ex voto posuerunt. 3) p. Chr. 241.

*Forum Suarium. Reg. VII.*

23. DOMINO NOSTRO || FL. CLAVDIO CONSTANTINO || FOR-  
TISSIMO HAC (*sic*) BEATISSIMO CAESARI || FL. VRSACIVS V. P. ||  
TRIBVNVS COHORTI || VM VRBANARVM || X. XI. ET XII. ET  
FORI || SYARI. (*sic*) — Grut. 282, 4. Nardini 2. p. 116.

*Forum Romanum. Reg. VIII.*

24. GABINIVS VETTIVS || PROBIANVS VC. PRAEF. VRB || STA-  
TVAM QVAE BASILICAE || IVLIAE 1) A SE NOVITER || REPARA-  
TAE ORNAMENTO || ESSET. ADIECIT.

DEDIC. XV. K. FEBR. PER || T. ARRIVM BASSIANVM C. V.  
CVR. OPER || PVBLICORVM || . . . VLLINO II. 2) ET AVFID. FRON-  
TONE COS. — Romae. Grut. 471, 7.

1) de Basilica Iulia v. Müller *Forum Romanum.* p. 85. 2) P. Cornelio Anullino cet.  
p. Chr. 199. Sed prior inscriptionis pars *Gabinus* — *adiecit* pertinet ad a. p. Chr. 377.  
cfr. Müller l. l. p. 134. Ceterum idem Gabinius Praef. V. Basilicam quoque Aemilianam  
statua ornavit. v. Nardini 2. p. 228.

*Aedes Concordiae. Reg. VIII.*

25. . . . . IVSITANIAE || DESIGN . . . . . || *pro* SALVTE TI.  
CAESARIS || AVGVSTI. OPTIMI AC || IVSTISSIMI PRINCIPIS ||  
CONCORDIAE || AVRI. P. V. || ARGENTI P. X. — Nardini 2. p. 196.

26. S. P. Q. R. || AEDEM CONCORDIAE VETVSTATE COL ||  
LAPSAM IN MELIOREM FACIEM OPERE || ET CVLTV SPLEN-  
DIDIORE RESTITVERVNT. — Grut. 100, 6. (Nardini l. l.) ubi, no-  
tante Hagenb., cum alia Constantini coaluit, quam dedimus in Mon.  
hist. §. *Constantinus*.

*Iani duo. Reg. VIII. v. Nardini 2. p. 220.*

27. BVCLA C. LEPIDVS  
IRENE. C. L. ANICETVS

A' IANO MEDIO. — Grut. 577, 2. v. Fea ad  
*Horat. Ep. I, 1, 54.* et infra habes *A' Iano Prim. Pal.* Immerito, puto,  
utraque inscriptio Maffeiō *A. C. L.* p. 347. commenticia visa est.

*Secretarium Senatus. Reg. VIII.*

28. SALVIS DOMINIS NOSTRIS HONORIO ET THEODOSIO  
VICTORIOSISSIMIS PRINCIPIBVS || SECRETARIVM AMPLISSIMI

SENATVS. QVOD VIR INLVSTRIS FLAVIANVS <sup>1)</sup> INSTITVERAT. ET FATALIS IGNIS ABSVMP SIT || FLAVIVS ANNIVS EVCHARIVS EPIFANIVS <sup>2)</sup> V. C. PRAEF. VRB. VICE SACRA IV̄D. REPARAVIT ET. AD PRISTINAM FACIEM REDVXIT. — Romae. Grut. 170, 5. Nardini 2. p. 230. (Mur. 704, 2. particulam dumtaxat huius inser. dat ex Contelorio.)

1) Praef. Urb. p. Chr. 393. 394. 400. 2) Praef. Urb. p. Chr. 414. Gud.

*Inscriptio Columnae Traiani. Reg. VIII.*

29. SENATVS POPVLVSQVE ROMANVS || IMP. CAESARI DIVI NERVAE F. NERVAE || TRAIANO AVG. GERM. DACICO PONTIF || MAXIMO. TRIB. POT. XVIĪ. IMP. VĪ. COS. VĪ. <sup>1)</sup> P. P. || AD DECLARANDVM. QVANTAE ALTITVDINIS || MONS ET LOCVS TANT . . . . IBVS <sup>2)</sup> SIT EGESTVS. — Grut. 247, 4. Nardini 2. p. 242.

1) p. Chr. 113. 2) *tantis operibus.*

Ad eandem columnam haec quoque videtur pertinuisse:

30. S. P. Q. R. || IMP. CAESARI DIVI || NERVAE F. NERVAE || TRAIANO AVGVSTO || GERMANICO. DACICO || PONTIF. MAX. TRIBVNICIA || POTEST. XVĪ. IMP. VĪ. COS. VĪ. P. P. || OPTIME DE REPUBLICA || MERITO. DOMI. FORISQVE. — Nardini 2. p. 356. nuper effossa.

*Tabularium. Reg. VIII.*

31. Q. LVTATIVS Q. F. || Q. N. CATVLVS COS <sup>1)</sup> || SVBSTRVCTIONEM ET TABVLARIVM EX S. C. <sup>2)</sup> FACIVND. COERAVIT. — Grut. 170, 6. Nardini 2. p. 300.

1) u. c. 676. 2) Mazoch. 21, 8. habet DE S. S. i. e. de senatus sententia.

*Circus Flaminius. Reg. IX.*

32. D. M. ABASCANTO AVG. LIB || AEDITVO AEDIS NEPTVNI || QVAE EST IN CIRCO FLAMIN || FLAVIVS ASCANIVS ET || PALLANS CAES. N̄. SER || ADIVTOR A RATIONIB. || PATRI PISSIMO FEC. — Romae. Grut. 318, 5. Nardini 3, 29.

33. APOLLIN. LATON. || AD THEATR. MARC || FELICITATI IN GAM. || MART. IOVI STATOR. || IVN. REG. AD CIR. FLAM. — Fragmentum fastorum sacrorum Urbini repertum. Fabrett. p. 455. XV.

*Inscriptio Panthei Romani: Reg. IX.*

34. M. AGRIPPA L. F. COS. TERTIVM FECIT. <sup>1)</sup>

*Paulo inferius:*

IMP. CAESAR L. SEPTIMIVS SEVERVS PIVS PERTINAX. ARABICVS. ADIABENICVS. PARTHICVS MAXIMVS. PONTIF. MAX. TRIB. POTEST. X. IMP. XI. COS. III. <sup>2)</sup> P. P. PROCOS. ET || IMP. CAES. M. AVRELIVS ANTONINVS PIVS FELIX AVG. TRIB. POTEST. V. COS. PROCOS. PANTHEVM VETVSTATE CORRVP TVM CVM OMNI CVLTV RESTITVERVNT. — Grut. I, 4. sed correctius ap. Eckhel *D. N.* 8. p. 423.

1) u. c. 727. 2) p. Chr. 202.



*Mausoleum Augustorum cum Obeliscis. Reg. IX.*

35. M. VLPIVS || AVG. L. AEGLVS || PROC. MAVSOLAEI || IMAGINEM CORINTHEAM (*sic*) TRAIANI CAESARIS || COLLEG. FAENARIOR<sup>1)</sup> || D. D. — Romae. Grut. 175, 9. Fabrett. *Col. Trai.* p. 251. Nardini 3. p. 78.

1) Faenarius reperitur etiam ap. Gud. 332, 5.

*Obeliscorum Romae statutorum inscriptiones ex Zoega de Orig. et usu Obelisc. p. 51.*

In stylobate obelisci, quem in Circo Maximo statuit Caesar Augustus, his repetitum legitur:

36. IMP. CAESAR. DIVI F. || AVGVSTVS || PONTIFEX MAXIMVS || IMP. XII. COS. XI. TRIB. POT. XIV. || AEGVPTÓ. IN POTESTÁTEM || POPVLI RÓMÁNI. REDÁCTÁ || SÓLI DÓNVM DEDIT. Eadem omnino bis leguntur in obelisco, quem in Campo Martio prognomone erexit Caesar Augustus.

37. In imo radio eius obelisci, quem Caius Caesar constituit in Circo Vaticano, bis exaratum est:

DIVO CAESARI DIVI IVLII F. AVGVSTO || TI. CAESARI DIVI AVGVSTI F. AVGVSTO || SACRVM.

38. In vetere basi, cui in Circo Maximo impositus fuit Obeliscus a Constantio Aug., hoc epigramma legebatur:

*In latere orientali:*

PATRIS OPVS MVNVSQVE SVVM TIBI ROMA DICAVIT  
AVGVSTVS TOTO CONSTANTIVS ORBE RECEPTO  
ET QVOD NVLLA TVLIT TELLVS NEC VIDERAT AETAS  
CONDIDIT VT CLARIS EXAEQVET DONA TRIVMFIS.  
HOC DECVS ORNATVM GENITOR COGNOMINIS VRBIS  
ESSE VOLENS CAESA THEBIS DE RVPE REVELLIT.

*In latere septentrionali:*

SED GRAVIOR DIVVM TANGEBAT CVRA VEHENDI  
QVOD NVLLO INGENIO NISVQVE MANVQVE MOVERI  
CAVCASEAM MOLEM DISCVRRENS FAMA MONEBAT.  
AT DOMINVS MVNDI CONSTANTIVS OMNIA FRETVS  
CEDERE VIRTVTI TERRIS INCEDERE IVSSIT  
HAVT PARTEM EXIGVAM MONTIS PONTOQVE TVMENTI

*In latere occidentali:*

CREDIDIT ET PLACIDO VECTA EST VELOCIVS EVRO  
LITVS AD HESPERIVM POPVLO MIRANTE CARINAM.  
INTEREA ROMAM TAPORO \*) VASTANTE TYRANNO  
AVGVSTI IACVIT DONVM STVDIVMQVE LOCANDI.

\*) De lectione consule fragmenta veteris exemplaris eiusd. inscriptionis ap. Zoegam p. 54. et Gorii *Thesaur. vett. diptych.* T. 2. p. 69.

*Taporo*, quod habet etiam ἀπογοραρον, sine dubio corruptum est: Vrsino et Castalioni placebat *tactro*: intelligitur Magnentius. v. Ammian. Marc. 16, 10. et 17, 4.

NON FASTV SPRETI SED QVOD NON CREDERET VLLVS  
TANTAE MOLIS OPVS SVPERAS CONSVRGERE IN AVRAS.

*In latere meridionali:*

NVNC VELVTI RVRSVS RVFIS AVVLSA METALLIS,  
EMICVIT PVLSATQVE POLOS HAEC GLORIA DVDVM  
AVCTORI SERVATA SVO CVM CAEDE TYRANNI  
REDDITVR ATQVE ADITV ROMAE VIRTUTE REPERTO  
VICTOR OVANS VRBIQVE LOCAT SVBLIME TROPAEVM  
PRINCIPIS ET MVNVS CONDIGNIS VSQVE TRIVMPHIS.

*Columna Centenaria Divi Marci. Reg. IX.*

Vide de sequenti monumento Marini *Atti* p. 257. et 423. a. Nibby  
*note al Nardini* 3. p. 123.

39. EXEMPLARIA LITTERARVM RATIONALIVM DOMINORVM  
N. N. SCRIPTARVM. PERTINENTES AD ADRASTVM AVGG. NN.  
LIB. QVIBVS AEI PERMISSVM SIT AEDIFICARE LOCO CANNA-  
BAE A SOLO IVRIS SVI PECVNIA SVA. PRAESTATVRVS SOLA-  
RIVM. SICVT CETERI. AELIVS ACHILLES C. L. PERPETVVS.  
FLAVIANVS EVTYCHVS EPAPHRODITO SVO SALVTEM. TEGV-  
LAS OMNES ET IMPENSA DE CASVLIS. ITEM CANNABIS ET  
AEDIFICIIS IDONEIS. ADSIGNA ADRASTO PROCVRATORI COLV-  
MNAE DIVI MARCI. VT AD VOLVPTATEM SVAM HOSPITIVM  
SIBI EXTRVAT. QVOD VT HABEAT SVI IVRIS ET AD HEREDES  
TRANSMITTAT. LITTERAE DATAE VIII. IDVS AVG. ROMAE FAL-  
CONE ET CLARO COS. 1) AELIVS ACHILLES C. L. PERPETVVS.  
FLAVIANVS EVTYCHVS AQVILIO FELICI HADRASTO AVG. LIB.  
AD AEDIFICIVM. QVOD CVSTODIAE CAUSA COLVMNAE CEN-  
TENARIAE PECVNIA SVA EXTRVCTVRVS EST. TIGNORVM VE-  
HES DECEM. QVANTI FISCO CONSTITERVNT. CVM PONTEM  
NECESSE FVIT. COMPINGI. PETIMVS DARE IVBEAS. LITERAE  
DATAE XIII. KAL. SEPT. ROMAE. FALCONE ET CLARO COS.  
RATIONALES SAEIO SVPERSTITI ET FABIO MAGNO. PROCV-  
RATOR. COLVMNAE CENTENARIAE DIVI MARCI. EXTRVERE  
HABITATIONEM IN CONTERMINIS LOCIS IVSSVS OPVS ADGRE-  
DIETVR. SI AVCTORITATEM VESTRAM ACCEPERIT. PETIMVS  
IGITVR AREAM. QVAM DEMONSTRAVERIT ADRASTVS LIB. D.  
N. ADSIGNARE EI IVBEATIS. PRAESTATVRO SECVNDVM EXEM-  
PLVM CAETERORVM SOLARIVM. LITTERAE DATAE VII. IDVS  
SEP. ROMAE. REDDITAE III. IDVS SEPT. ROMAE. ISDES. 2) COS.  
— Marmor Romae repertum a. 1777. Guascus. T. 3. p. 115.

1) p. Chr. 193. 2) iisdem.

*Bibliotheca Palatina Reg. X.*

40. DIIS. MANIB. S. || C. IVLIVS FELIX || A' BYBLIOTHECA  
GRAECA PALAT. *ad latus*: OSSA. C. IVLIVS C. L. NICOMACHVS  
A IANO || PRIM. PAL. — Romae. Grut. 576, 9.



41. BYRAE CANACINAE LIVIAE || AVG. SER. A VESTE MAGNI  
TI. CLAVDIVS ALCIBIADES || MAG. A BYBLIOTHECA LATINA ||  
APOLLINIS || ITEM SCRIBA AB EPISTVLIS LAT. — Romae. Grut.  
577, 8. Murat. 923, 2. Priorem illam Maffei<sup>us</sup> *A. C. L.* p. 349. pro spu-  
ria habet, sine causa, opinor. Cfr. etiam Grut. 578, 5.

*Aedes Iovis Propugnatoris in Palatio. Reg. X.*

42. P. MARCIUS VERVS || IMP. COMMODO VI ET PETRONIO ||  
SEPTIMIANO COS. || A. P. R. C. DCCCCXLIII. 1) K. DEC. || IN PA-  
LATIO. IN AEDE IOVIS PROPVGNATORIS || IN LOCVM P. VERI ||  
L. ATILIVS 2) CORNELIANVS COOPTATVS.

T. SATVRNINO ET C. GALLO COS. || A. P. R. C. DCCCCLI  
PRID. EID. DEC. || IN PALATIO. IN AEDE IOVIS PROPVGNATO-  
RIS IN LOCVM ATILI CORNELIANI VITA FVNCTI || CL. PATER-  
NVS COOPTATVS. || TI. CLAVDIO SEVERO. C. AVFIDIO VICTO-  
RINO COS. || A. P. R. C. DCCCCLII. III. EID. APRIL. || IN PALA-  
TIO. IN AEDE IOVIS PROPVGNATORIS || IN LOCVM CL. PATERNI  
VITA FVNCTI . . . ALLIVS COLONIVS COOPTATVS. . . . —  
Fragmentum fastorum Sacerdotalium ap. Smetium. fol. 151, 13. cuius  
typum, utpote correctiorem, etsi fortasse a Panvinio emendatum, secuti  
sumus. Differt Apiani recensio p. 320, 3., mendosa est Grut. 300, 2.

1) p. Chr. 190. cet. 2) ATTIDIUS Grut. — Cfr. Nardini 3, p. 196.

*Thermae Varianae Reg. XIII.*

43. AQVA TRAIAN. Q. ANICIVS Q. F. ANTONIAN || CVR.  
THERMARVM VARIANARVM. — In Aventino, in tubo plumbeo.  
Grut. 182, 7. Nardini 3. p. 290.

*Aedes Minervae in Aventino. Reg. XIII.*

44. \*LAPIS AVSP. S. 1) Q. CAECILIO METELLO || PONT. MAX  
SOLLEMNI || CVM PRAECATIONE PAL. 2) POP. ROM. CONIECTVS ||  
IN FVNDAMENTA PORTICVS MINERV . . . || AVENTINENS. AB.  
LATER. COLL. . . . || VIC. ARMILVSTR. D. || IN HVNC D. AVGV. R.  
AVSPI. . . . || TEMPL. CONSECRATA . . . || M. CASCELL AED.  
CVRV . . . ANNO V. C. DCLXXIV. || L. CORNELIO SYLLA . . . || Q.  
CAECILIO METELLO . . . — Grut. 39, 5. Ex Vrsini schedis. Mihi  
non minus suspecta est, quam Maffei<sup>o</sup> *A. C. L.* p. 276., etsi Nardinio, 3.  
p. 304. et Norisio probabatur, nec quidquam Hagenb. de *νοθήλας* monuit.

1) *auspicato sub.* 2) *palam.*

*Horrea Galbiana. Reg. XIII.*

45. NVM. DOM. AVG. || SACRVM || GENIO CONSERVATO || RI  
HORREORVM GALBIANORVM || M. LORINVS || FORTVNATVS  
MAGISTER || S. P. D. D. 1) — Grut. 75, 1. cfr. ib. 2. Nardini 3. p. 316.

1) sua pecunia donum dedit. Alia horrea passim, v. c.:

46. C. IVLIVS || HERMES || CONDVCTOR || HORREORVM SEIA-  
NORVM || LVSTRI TER. TI || S. P. D. D. — Romae. Grut. 194, 9.

*Inscriptiones Pyramidis C. Cestii. Reg. XIII.*

v. Nardini 3. p. 320.

47. C. CESTIVS L. F. POB. EPVLO. PR. TR. PL. || VII VIR. EPVLONVM. || OPVS ABSOLVTVM || EX TESTAMENTO || DIEBVS CCCXXX. || ARBITRATV || PONTI. P. F. CLA. MELAE. || HEREDIS ET POTHI L.

48. *In basibus, quibus olim statua C. Cestii imposita erat: M. VALERIVS MESSALLA CORVINVS. || P. RVTILIVS LVPVS. L. IVNIVS SILANVS. || L. PONTIVS MELA. D. MARIVS || NIGER HEREDES C. CESTI ET || L. CESTIVS. QVAE EX PARTE AD || EVM FRATRIS IHEREDITAS || M. AGRIPPAE MVNERE PER||VENTIT. || EX EA PECVNIA. QVAM || PRO SVIS PARTIBVS RECEPER. || EX VENDITIONE ATTALICOR. || QVAE EIS PER EDICTVM || AEDILIS IN SEPVL||CRVM C. CESTI EX TESTAMENTO || EIVS INFERRE NON LICVIT. — v. Discorso di Ottavio Falconieri intorno alla piramide di C. Cestio in Nardini R. A. 4. p. 1. — Grut. 185, 1.*

*Aedes Forinarum s. Furinarum. Reg. XIV.*

49. I. O. M. H. AVG.<sup>1)</sup> || SACR. GENIO FORINARVM<sup>2)</sup> || ET CVLTORIBVS HVIVS || LOCI. TERENTIA NICE || CVM TERENTIO DAMARI||ONE. FILIO. SACERDOTI. ET TERENTIO DAMARIONE IVN || ET FONTEIO ONESIMO FILIO || SACRORVM.<sup>3)</sup> SIGNVM ET BASIM || VOTO SVSCEPTO DE SVO POSVIT || LVSTRO EIVSDEM DAMARIONIS. — Romae trans Tiberim. — Grut. 9, 5. corrupte ap. Nardini 3. p. 344.

1) *Iovi Opt. Max. Herculi Augusto* Reines. Smelius al.: *Iovi Opt. Max. Hammoni Aug.*, sed illud praestat. 2) cfr. Varro de L. L. 4, 15. 3) Non liquet, utrum iungendum sit *Filio Sacrorum*, ut alibi memorantur *Patres, Matres Sacrorum*, an *Filio eiusdem Terentiae Nices*, eodemque *sacrorum* scil. ministro. cfr. similia in sectione de *Rebus sacris*. §. Cultus Isiacus.

*Inscriptio pontis Fabricii. v. Nardini 3. p. 357.*

50. L. FABRICIVS C. F. CVR. VIAR. FACIVNDVM COERAVIT. IDEMQVE PROBAVIT. Q. LEPIDVS M. F. M. LOLLIVS M. F. EX S. C. PROBAVERVNT. — Grut. 160, 3. Vide, quae Fabrett. de hoc saxo tradit p. 363., quaeque de eodem postea p. 397. contra Nardinum disputat. *Hagenb.*

*Aquarum inscriptiones quaedam:*

51. IMP. CAES. DIVI. IVLI. F. AVGVSTVS || PONTIFEX MAXIMVS. COS. XII || TRIBVNIC. POTEST. XIX. IMP. XIII. || RIVOS AQVARVM OMNIVM REFECIT.

52. IMP. CAES. M. AVRELIVS ANTONINVS PIVS FELIX. AVG. PARTHIC. MAXIM || BRIT. MAXIMVS. PONTIFEX MAXIMVS || AQVAM MARCIAM VARIIS KASIBVS IMPEDITAM PVRGATO FONTE EXCIS. ET PERFORATIS || MONTIBVS. RESTITVTA FORMA. ADQVISITO ETIAM FONTE NOVO ANTONINIANO || IN SACRAM VRBEM SVAM PERDVENDAM CVRAVIT.



53. IMP. TITVS CAESAR. DIVI F. VESPASIANVS. AVG. PONTIF. MAX || TRIBVNICIAE POTEST. IX. IMP. XV. CENS. CONS. VII. DESIGN. VIII. || RIVOM AQVAE MARCIAE VETVSTATE DILAPSVM REFECIT. || ET AQVAM QVAE IN VSV ESSE DESIERAT. REDVXIT. — Romae ad portam S. Laurentii. Grut. 177, 1. Nibby *Viaggio*. I, p. 94. Nardini 3. p. 380.

*Aquae Claudiae inscriptiones in Porta Naevia:*

54. TI. CLAVDIVS DRVSI F. CAISAR AVGVSTVS GERMANICVS PONTIF. MAXIM || TRIBVNICIA POTESTATE XII. COS. V. IMPERATOR XXVII. 1) PATER PATRIAE || AQVAS. CLAVDIAM EX FONTIBVS. QVI VOCABANTVR CAERVLEVS ET CVRTIVS. A MILLIARIO XXXXV. || ITEM ANIENEM NOVAM A MILLIARIO LXII. SVA IMPENSA IN VRBEM PERDVENDAS CVRAVIT.

55. IMP. CAESAR. VESPASIANVS AVGVST. PONTIF. MAX. TRIB. POT. II. IMP. VI. COS. III. DESIG. III. 2) P. P. || AQVAS CVRTIAM ET CAERVLEAM PERDVCTAS A DIVO CLAVDIO. ET POSTEA INTERMISSAS DILAPSASQVE || PER ANNOS NOVEN. SVA IMPENSA VRBI RESTITVIT.

56. IMP. T. CAESAR DIVI F. VESPASIANVS AVGVSTVS PONTIFEX MAXIMVS. TRIBVNIC || POTESTATE X. IMPERATOR XVII. PATER PATRIAE. CENSOR. COS. VIII. 3) || AQVAS CVRTIAM ET CAERVLEAM PERDVCTAS A DIVO CLAVDIO ET POSTEA || A DIVO VESPASIANO PATRE SVO VRBI RESTITVTAS. CVM A CAPITE AQVARVM A SOLO VETVSTATE DILAPSAE ESSENT. NOVA FORMA REDVENDAS SVA IMPENSA CVRAVIT. — Grut. 176, 1. v. Nardini 3. p. 375.

1) p. Chr. 53. 2) p. Chr. 71. 3) p. Chr. 80.

57. IMP. DIOCLETIANVS C. AVG. PIVS. FELIX || PLVRIMIS OPERIBVS IN COLLE HOC EXCAVATO SAXO || QVAESITAM AQVAM IVGI PROFLVIVIO EX TOFO HIC || SCATENTEM INVENTIT. MAR. 4) SALVBRIOREM. TIBER. || LEVIOREM. CVRANDIS AEGRITVDINIBVS. STATERA IVDICAT 2) || EIVS RECEPVI PVTEVM AD PROX. TRICLIN. 3) VSVM || IN HOC SPHAERISTERIO VBI ET IMPERAT. || NYMFEVM F. C. 4) — Prope Sanctam Mariam maiorem. Grut. 178, 3. v. Nardini 2. p. 64. Longe aliter hanc inscript. exhibet Mazochius 127, 6.

1) MARTIA Mazoch. 2) Turbata haec videntur, ita ordinanda: *Marcia salubriorem curandis aegritudinibus: Tiberina leviolem statera iudicatam.* 3) *proximi triclinii.* 4) *Imperatorium nymphaeum faciundum curavit.* Sed Mazoch.: VBI ET IMPERATORIAM DICTYLOTECAM (sic) POS.

*Fons Lollianus* fortasse in Reg. XII. vide tamen Nardini 3. p. 285.

58. APPIO ANNIO BRADVA || T. VIBIO BARO COS. 1) || MAGISTRI FONTIS LOLLIANI. || M. VLPIVS FELIX || N. CONFLONIVS VITALIO (cet. seq. alia nomina VIII.) Grut. 180, 1.

1) p. Chr. 160. *Magistri et Ministri Fontis Palatini* v. Grut. 179, 6.

59. AQVA PINCIANA || D. N̄. FL. VALENTINIA || NI AVG. —  
Romae in plumbeo aquae ductu. Donati T. 2. p. 221, 6.

### §. 2. I T A L I A.

60. L. AELIO HELVIO || DIONYSIO C. V. || IVDICI SACRA-  
RVM COG || NITIONVM. TOTIVS ORIEN. || PRAESIDI SYRIAE.  
COELE. || CORRECTORI VTRIVSQVE || ITALIAE <sup>1)</sup> CVRATORI  
AQV. || ET MINICIAE CVRATOR || . . . . . || OPERVM PVBLICO-  
RVM. || PONTIFICI DEI SOL. || COLLEGIVM || FABRORVM TI-  
GNVAR. || MVLTI IN SE PATROCINIIS CO . . .

1) Vtraque Italia est transpadana et cispadana. Maff. *Ver. ill.* T. 1. p. 305. Oblitus sum, ubi hanc inscriptionem reppererim, sed certae est auctoritatis.

61. . . . VALENTINIANO || ET FLA. VALENTI || DEVNIS  
FRATRIBVS || ET SEMPER AVGVSTIS || DEVOTA VENETIA ||  
COLLOCAVIT. — (Reperta IV. millia pass. ab Abdua fl. prope campe-  
stre SS. Cosmae et Damiani Oratorium.) Maffei *Mus. Ver.* 379. 4. Paulus  
Diacon. 2, 14. *Venetia usque Adduam protelatur.* DEVNIS pro *divinis*.

62. GENIO ET HONOR || L. POMPEI L. F. POL. <sup>4)</sup> HEREN ||  
NIANI EQ. ROM. EQ. PVB || Q. AER. PET <sup>2)</sup> (*sic*) ALIM. AEDIL ||  
II VIRO CVRATORI || KALENDARIOR. REI P || COLLEGIVM PA-  
STO || PHORORVM <sup>3)</sup> INDVS || TRIENSIUM. PATRO || NO OB MERITA.  
*In imo margine:* T. GRAE. <sup>4)</sup> TROPHIMVS IND. <sup>5)</sup> FAC. <sup>6)</sup> — Tabula  
aerea reperta in vico Monteu di Po, dextra Padi ripa, XV. milliariis  
Italicis ab Augusta Taurinorum distante. cfr. Plin. *H. N.* 3, 5. et 16.  
Reichardus *Orb. Terr. ant.* fol. 42. 1. b. Industriae reliquias prope Ve-  
ruam ponit. Tu confer *Il sito dell' antica città d' Industria scoperto ed  
illustrato da G. P. Ricolvi ed A. Rivantella.* Torino 1745. 4.

1) Pollia tribu. 2) Quaestor Aerarii Publici et Alimentorum. 3) v. Cuper.  
*Harpocr.* p. 129. et 258. 4) Graecus. Ricolvi. *Graecinius* Hagenb. 5) *Industriensis*.  
6) *faciebat.*, nisi potius est *faciundum curavit.* — Industriae mentio etiam superest  
in lapide fracto ap. Ricolvi p. 44. :

63. . . COCCEIAE . . . HA. . . EC. AB. IND. . . . FVNERE PV. . ||  
ET STATVAM . . . . .

64. \* IOVI O. M || HOC SIMVLACRVM || LICIFORVM (*sic*) ||  
POPVLI || DICAR. — „Presso la chiesa parrocchiale di Castello sopra  
Lecco.” Nunc deperdita est. Redaelli *Notizie istor.* 1. p. 40. Est suspe-  
ctissima. Quod si vera esset, confirmaret sane Redaellii opinionem,  
Licini forum ibidem fuisse, ubi nunc est oppidum *Lecco*. Alii, v. c.  
Reichardus, referunt ad v. *Barlassinam*, alii ad v. *Incino*.

65. C. CORNELIO || C. F. VOT. <sup>1)</sup> MINICIANO || PRAEF. COH.  
PRIM || DAMASC. TRIB. MIL. || LEGIONIS III. AVGVST || PRAEF.  
FABR. CVRATORI || REIP. ATESINORVM <sup>2)</sup> || IIII. VIR. I. D. PON-  
TIFICI. || FLAMINI DIVI CLAVDII || BERGOMI. PATRONO FLA-  
MINI. DIVI TRAIANI. || MEDIOLANI. || PLEBS VRBANA. <sup>3)</sup> —  
Bergomi. Grut. 396, 8.

1) OV. praeferebat Gud., quum Alciati Cod. habeat VOF., sed VOT. defenditur ex  
alio saxo Bergomate Grut. 847, 6. HAGENB. 2) HAGENB. primum suspicabatur



*Atestinorum*, sed postea acquievit in *Otesinorum*, pop. Galliae Cispadanae. Plin. *H. N.* 3, 15. Cluv. *Ital.* p. 283. Mannert. *Ital.* 1, p. 233. 3) Scil. Bergomas, non Mediolanensis. Ceterum Cornelium Minicianum hunc eundem Pancirolius putabat cum Cornelio Minuciano Plinii *Ep.* L. 7, 22. cet.

66. GENIO || COLONIAE. CIVICAE. AVG || BRIXIAE || Q. LARGENNIVS. Q. F. FAB || SAGITTA || V̄I VIR. AVG. DECVRIO || PRAEF. FABR. PRAEF. I. D. Q<sup>1)</sup> || II VIR. QVINQ || D. P. S.<sup>2)</sup> — Brixiae. Labus *Ara antica* p. 61., qui literas aliquot evanidas certissima coniectura supplevit.

1) Praefectus Iuri Dicundo. Quinquennalis. 2) de pecunia sua.

67. T F I || Q. MINICIO Q. F. POB || MACRO || IIII. VIR. VERON || Q. 1) VERON. ET BRIX || MINIC. FORTVNAT || MATER FILIO PISSIM || L. D. D. D. — Brixiae. Grut. 438, 8. 918, 16., ut ineditum dat Murat. 723, 5., repetit Maff. *M. Ver.* 199. Titulus hic magnas excitavit turbas inter Brixianos et Veronenses. v. Maffei l. l. et Sambuca *Memorie* p. 3, 13. et 235.; nec minorem difficultatem creavit *διτρογοραγία* Gruteriana 918, 16. *Fab. Pob.*, pro simplici *Pob.* sed illa fraudulenter invecta est ex alio lap. Veronensi spurio, ubi *Augustus Fab. Scapt.* tribu memoratur.

1) *Quaestori*, non vero *Quinquennali*, ut volebat Murat. l. l. Ceterum in Grut. 438, 8. solo leguntur illa in principio T F I (Titulum vel Testamento Fieri Iussit?)

68. HORTANTE BEATITVDINE || TEMPORVM DDD. NNN<sup>1)</sup> || GRATIANI. VALENTINIANI || ET THEODOSI AVGGG || STATVAM IN CAPITOLIO<sup>2)</sup> DIV IACENTEM IN || CEREBERRIMO (*sic*) FORI || LOCO CONSTITVI || IVSSIT. VAL. PALLADIVS || VC. CONS. VENET. ET HIST<sup>3)</sup> || — Veronae. Grut. 285, 2. Maffei *Mus. Ver.* 107, 1.

1) trium Dominorum nostrorum. 2) nota Capitolium Veronae. 3) Consularis Venetiae et Histriae. Ceterum cfr. de controverso hoc titulo etiam Zaccaria *Istituz.* p. 500.

69. M. OREIVS M. F. || PAP.<sup>1)</sup> SECVNDVS || BELLVNO MIL. COH. || VI. PR. 7. DEXTRI || MIL. ANN. XI. || VIX. ANN. XXVII. || H. F. C.<sup>2)</sup> — Romae. Oderic. p. 196, 22.

1) In his lapidibus partim militaribus, partim geographicis, una cum patria semper notanda est tribus quoque, quoniam inde coniectura fit, cui tribui adscripti fuerint uniuscuiusque municipii vel coloniae cives. 2) *Heres feri curavit.* Notandus h. l. miles annorum XVI. 7 Centuriae nota.

70. L. MANLIVS L. F. || ACIDINVS TRIV. VIR || AQVILEIAE COLONIAE || DEDVCENDAE.<sup>1)</sup> — Patavii olim, nunc Vicetiae. Grut. 433, 8. Bertoli *A. d'A.* p. 283.

1) Liv. 40, 34. a. u. c. 573. Non tamen omni suspicione caret hic titulus, egregius sane, dammodo sit antiquus.

71. HAVE VITALIS || L. TETTIENVS VITALIS NATVS AQVILEIE || EDOCATVS (*sic*) IVLIA EMONA.<sup>1)</sup> TITVLVM POSIT || ANTE AETERNAM DOMVM IVLIA || AVGVSTA TAVRINORVM DICIT || QVAERERE CESSAVI NVMQVAM || NEC PERDERE DESI MORS INTERVENIT || NVNC AB VTROQVE VACO || CREDITE MORTALES ASTRO NATO . . . NIHIL EST SPERABILE DATVM . . . —

Augustae Taurinor. Grut. 860, 5., sed correctius ap. Maffei *Mus. Ver.* 225, 7. cfr. Hultmann *Misc. Epigr.* p. 455.

1) Eadem, quae alias Aemona, et, quidquid dicit Stancovich ad seq. lap., Hemona, hodie *Laibach*.

72. C. PRAECEL || LIO. C. FILI. PAP<sup>1)</sup> || AVGVVRINO VET || TIO FESTO CRIS || PINIANO. VIBIO || VERO. CASSIANO || C. I. 2) TRIVMVIRO CA || PITALI. TRIB. LEG. VII || GEM. PATRONO SP || LENDIDISSIMAE<sup>3)</sup> COL || AQVIL. ET PARENTAN || ORVM.<sup>4)</sup> OPI-TERGINOR || HEMONENS.<sup>5)</sup> ORDO ET || PLEBS PARENT.<sup>6)</sup> AER. COL.<sup>7)</sup> L || D. D. D. — Parentii, hodie Parenzo. Stancovich *Pola*. p. 418.

1) Papiria tribu. 2) Clarissimo Iuveni. 3) nota hunc maioribus coloniis datum titulum, ut Augustae Vindelic. ap. Tacit. *Germ.* 41. 4) de Parentio v. Mannert. *Ital.* 1. p. 48., qui tamen scire non poterat, eidem fuisse nomen Coloniae Vlpiae. v. Stancovich. p. 110. de Opitergio, hodie *Oderzo*, v. Mannert. l. l. p. 93. 5) Hemona falso, si quid video, eandem Stancovich putat Histriae civitatem, quae nunc *Cittanova* dicitur, diversam ab Aemona, hodie *Lubiana* vel *Laibach*. 6) non *Parentana*, ut vult Stancovich, sed *Parentanorum*. 7) aere collato. Ceterum lapis hic adsignandus temporibus Alexandri Severi. v. Stancovich. p. 128.

73. C. METILIO || C. FIL. POMP.<sup>1)</sup> || MARCELLIN || EQ. R. EQ. P || IVDICI. EX. V. DEC<sup>2)</sup> || INTER SELECTOS. II VIR || QQ FLAM. DIVI. TRAIANI || PATRONO. COLLEGIORVM || OMNIVM. PATRONO. COLO || NIAE. FORO. IVLII. IRIENSIVM<sup>3)</sup> || PATRONO. CAVSAR. FIDELISSIMO || OB. INSIGNEM. CIRCA. SINGV || LOS. VNIVERSOSQVE. CIVES || INNOCENTIAM. AC. FIDEM || HOMINI. OPTIMO. CIVI. ABSTINEN || TISSIMO. COLLE. FABRV. DERTON.<sup>4)</sup> PATRONO || OB. MERITA L. D. D. D. — Anghiera, in hortis Borromeorum. Labus *Notizie intorno alla vita del P. Giuseppe Maria Racagni* Milano 1822. p. 25. Maffei *Verona illustr.* T. 1. N. 18. *Mus. Ver.* 374. 4. Mur. 1108, 4. Zaccaria *Excurs.* p. 136. *Istituzione* Ed. altera p. 294.

1) Pomptina tribu. 2) Decuriis. 3) Sic lapidem habere testatur accuratissimus *ἀντόπτης* Labus; qua de re acerrima fuit controversia inter Maffei *Coloniae . . . Riensium*, et Muratorium, ut est, *Iriensium* legentes, Zaccaria denique *Liriensium* legerat. Sed male hi de Foro Iulio Carnorum s. Carnico cogitabant, quum sit Iria, medio aevo *Vicus Iriae*, *Vigueria*, *Vigheria*, hodie *Voghera*. Optime ista illustravit doctissimus Labus, cui haec omnia debentur. Cfr. Mannert *Italien* T. 1. p. 292., qui cum Reichardo nesciebat Forum Iulium hoc quoque oppidum fuisse nuncupatum. Irienses vero, notante Labusio, iidem sunt cum Iriatibus Livii L. 31, 10., ut Genuates postmodum Genuenses. cet. 4) Dertonensium.

74. D. M. S. || P. VIBII. P. F. MARIANI E. M. V.<sup>1)</sup> PROC || ET PRAESIDI PROV. SARDINIAE. P. P. BIS.<sup>2)</sup> TRIB. COHH. X. PR. XI. VRB. IIII. VIG. PRAEF. LEG || II. ITAL. P. P. LEG. III. GALL. 7. FRVMENT.<sup>3)</sup> ORIVNDO EX ITAL. IVL. DERTONA<sup>4)</sup> || PATRI DVLCISSIMO || ET REGINIAE MAXIMAE MATRI || KARISSIMAE. VIBII.<sup>5)</sup> MARIA MAXIMA C. F. FIL.<sup>6)</sup> ET HER. — In via Cassia prope Urbem. Grut. 487, 7. correctius, quam ap. Nibby *Viaggio* 1. 27. et Müller *Campagna* 1. p. 53.

1) egregiae memoriae viro. 2) Primi Pilo bis Cohortium mox memoratarum (potius quam Praeposito vel Propraefecto) postea earundem Tribuno. 3) Centurioni Frumentario. 4) Iulia Dertona v. Mannert. 1. p. 291., qui tamen hoc Coloniae nomen omisit. 5) *Vibia*. Fabrett. sed Nibbyus quoque *Vibi*. 6) si recte habet C. F., Publii Vibii fuit filia adoptiva. Ceterum vulgus hoc pro Neronis sepulcro venditat.



75. IMP. CAESARI || DIVI F. AVGVSTO || PONT. MAX. COS. XII. TRIB. POT. XVIII. 1) || VRBANI. 2) — Fossano in *Pedemontio*. Spotorno *Trattato* 1. p. 156.

1) a. u. c. 749. 2) Vrbanum, hodie *S. Albano* prope *Fossano*. Spotorno. Reichardus et Mannertus non habent. Potest tamen simpliciter significare *Plebs Vrbanu*, ut supra in lap. Bergomate.

76. D. M. || L. LVCCEIO C. F. CAMIL || APRILI AVG. BAG. 1) || VETERANO EX COH. VIII PR. || PATRONO BENEMERENTI || FECIT SALVTARIS LIBERTVS || ET SIBI SVISQVE POSTERISQVE || EORVM. — Romae. Grut. 431, 6. sed longe auctius ap. Fabrett. p. 159, 144.

1) Augusta Bagiennorum s. Vagiennorum, opp. Liguriae. cfr. Don. p. 112, 197. Mannert *Ital.* 1. p. 300. Apud Grut. corrupte AVG. BAD. i. e. Augusta Badacum, Norici oppidum.

77. L. COELIO FESTO || COS. PRAETORI PROCOS. || PROVINCIAE PONTI ET BITHYN. || PRAEF. AERARI SATVRNI || LEG. IMP. ANTONINI AVG || ASTVRIAE ET CALLAECIAE || PRAEF. FRUMENTI DANDI. EX S. C. || ADLECT. INTER TRIBVNICIOS || RESPVBLICA VELLEIAT || PATRONO. — Velleiae. Lama p. 74. quem vide in primis de Velleia, eiusque situ erudite disputantem.

78. L. SATRIVS L. F. POL || TIRO || LEPIDO REGIO 1) MILES COH. VI PR || MILITAVIT ANNOS X || VIXIT ANNOS XXX || H. S. E. — Romae. Oderic. p. 197, 24. cfr. ib. 23.

1) nota *Regium*, non *Rhegium*, alibi inverso ordine *Regium Lepidum*.

79. D. M || ATILIAE PRIMITIVAE || CONIVGI || INCONPARAB || HERMA AVGG 1) || VERNA DISP. REGION. PADAN || VERCELLENSIVM || RAVENNATIVM 2) || B. M. P. — Vicoaventiae (Voghenza) prope Ferraram. Passeri in *Nuova Raccolta del Calogerà* T. 22. p. 8.

1) fortasse M. Aurelii et L. Veri. Passerius. 2) triplicem interpretationem nacta sunt ista: 1. dispensator reddituum Principis ex possessionibus eius sitis inter Ravennam, caput regionis Cispadanae, et Vercellas, caput regionis Transpadanae. 2. dispensator reddituum tum ex Regionis Padanae, tum ex Vercellensibus, tum (tertio loco) ex Ravennatibus possessionibus. Utramque opinionem refutans Passerius contendit, memorari hic Vercellas Ravennates, vel si malis, Vercellum Ravennas, oppidum scriptoribus ignotum, in Regione Padana, i. e. inter Padi ostia situm, ac diversum a Vercellis Cisalpinis. Praecipuum eius argumentum eo innititur, quod in vicinia locorum, ubi repta est haec inscriptio, etiam nunc exstat vicus *Verznes*. cfr. mox *Pitinales Pisaurenses*, quorum similis est ratio.

80. C. FAESSELLIO C. F. AN || RVFIONI EQ. PVBL. || CVR. REIP. FORODR. 1) PATR. COL. ARIM || ITEMQVE CANORVRVM. 2) VICORVM VII || ET COLL. FABR. ET CENT. OPTIMO ET || RARISSIMO CIVI. QVOD LIBERALITATES || IN PATRIAM CIVESQ. A MAIORIBVS || SVIS TRIBVTAS EXEMPLIS SVIS SVPE || RAVERIT. DVM ET ANNONAE POPVLI || INTER CAETERA BENEFICIA SAEPE || SVBVENIT ET PRAETEREA SINGVLIS || VICIS MVNIFICENTIA SVA S-S. XX. N AD || EMPTIONEM POSSESSIONIS. CVIVS DE || REDITV DIE NATALIS SVI. SPORTVLAR || DIVISIO SEMPER CELEBRARETVR || LARGITVS SIT. OB CVIVS DEDICA-

TIONEM || S-S. N. III VICANIS DIVISIT. || VICANI VICI DIANENSIS || POSVERE. — Arimini. Grut. 1094, 2.

1) Foro Druentinarum; v. Cluver. *Ital.* p. 295. 2) Malatesta Garuffius in *Lucernis Lapidariis* Thes. *Ital.* T. VII. P. II. p. XI. ITEM QVI CANORVM, unde planissima exit: ITEMQ. VICANORVM. HAGENB. Mss. — Septem isti Vici, quorum unum Titiensem, (*Sichiano*) habet Reichardus, memorantur praeterea ap. Grut. 467, 1. 481, 9. 1093, 3. 1100, 6. „Septem fuerunt Vici in agro Ariminensi, societatis iure coniuncti, qui seorsim ab Arminensibus in Commune unum coalescerent: eorum nomina hactenus emergerunt haec: Vicus Germalus, Dianensis, Velatus, Aventinus, Titiensis.” v. Maffei A. C. L. p. 215.

81. C. TITIO C. F. CAM. VALENTINO. || AEDILI Q. II. VIR. QVI TESTAMEN||TO COLONIS COLONIAE IVL || FELIC. PISAVR. 1) DECIES CENTENA || MILLIA NVM. DEDIT. ITA VT PER SING || ANNOS EX SESTERTIORVM CCC || VSVRIS POPVLO EPVLVM DIE || NATALI TITI MAXIMI FILI EIVS || DIVIDERETVR. ET EX SESTERTIORVM || DC VSVRIS QVINTO QVOQVE AN||NO MVNVS GLADIATORIVM EDERETVR. 2) || PLEB. VRBANA. — Pisauri. *Marm. Pisaur.* p. 49. XLIII. Mur. 1114, 3.

1) ita Pisaurum appellatum a Iulio Caesare. (sic Grut. 1093, 8. Iulia Felix Classica Suessa. Fabr. 106, 251. Iulia Felix Lucoferonensis.) Ceterum *Pisaurum* municipium vocatur. *Marm. Pis.* p. 21. XLV. Mur. 1114, 6. (cui tamen suspecta est inscriptio modo laudata) ut notante Oliverio p. 143. Bovillae, Ortona, Suessa, Celeia, Hispellum, Casinum, quae coloniae proprie erant. cfr. Gell. 16, 13. 2) ex usura igitur unciaria quinquennii munus istud gladiatorium constabat HS. CCCLX. — HAG. Mss.

82. ABEIENAE C. F. || BALBINAЕ || FLAMINICAE || PISAVRI ET ARIMINI || PATRONAE MVNICIPI. || PITINATIVM PISAVRENSIVM. 1) || HVIC ANNO QVINQVENNAT. 2) PETINI APRI MARITI EIVS. || PLEPS (*sic*) VRBANA PISAVRENSIVM OB MERITA || EORVM . . . . . CVI || IMP<sup>3</sup>) . . . . . || . . . . . || IVS COMMVNE LIBERO || RVM<sup>4</sup>) CONCESSIT. || L. D. D. D. — Pisauri. Grut. 322, 8. correctius in *Marm. Pis.* p. 42, XXVIII.

1) Pitini Pisauensis situs ignoratur. Aliud fuit Pitinum Mergens (Grut. 417, 6.) prope Maceratam Feltriam. Plin. H. N. 3, 14. *Pitulani cognomine Pisuertes, et alii Mergentini.* Oliv. l. l. p. 66. leg. conii: *Pitulani*; *Pitinales cognomine Pisauenses, et alii Merg.* 2) *Quinquennialitatis.* Bimarđi typus: QQNAT. HAGENB. explic. censet: *Quinquennialitatis Titi.* 3) de Commodio cogitat Oliv. 4) Gothofred. ad L. 4. Cod. Theod. Heinicc. in Comment. ad l. Iuliam et Papiam. 2, 15, 8. vel explicandum, vel leg. censent: *Ius communium liberorum*; ex quo iis quoque, qui liberos non haberent, mutua testamenta condere licebat.

83. L. TITVLENVS L. L. TERTIVS ORIVNDVS || COLONIA IVLIA FANO || FORTVNAE. SEXVIR || L. TITVLENVS TITVLENI LIB || VRSIO ANNORVM XII. — Fani Fortunae. Grut. 475, 7.

84. *Figura Leonis, sub qua:* POLLIA. 1) CRES||CENS. FANO || FORTVNAE 2) VETER. EX LEG. XXI. || H. F. C. — Xanten: Fiedler. p. 137.

1) Pollianus. 2) Fano Fortunae, Umbriae oppido oriundus. Ridicule Fiedler l. l. lapidem hunc sepulcralem pro ara votiva Fortunae dicata habuit; leo, inquit, symbolum est amplissimae per orbem terrarum Fortunae dominationis; immo, puto, fortitudinis istius Veterani.

85. C. FVFICIO L. F. GENIALI VIII || VIR. AVG. FIRMI || ET FALERONE CARDANA P. F. || PROCVLA VXOR || POSVIT. — In



ruinis Falconis in Piceno. Mur. 1047, 2. v. Fabr. p. 402, 398. de VIII Viris Augustal. data opera agentem, quos agnoscere noluit Mur. 1047, 2. Falconem omiserunt Mannert in *Italia*, et Reichardus. *Falerione* habet Fabr. l. 1.

86. CN. AMPVDIO || CN. L. AVCTO || DYRACHINO || IIII VIR CING || ATRIENA L. L || SECVNDA FECIT. — Cinguli. Donati 2. p. 335, 3.

87. CAMVRENAE C. FIL || CELERINAE || MVNICIP. ET INCOLAE || TVFFICI.<sup>1)</sup> VTRIVSQVE SEXVS || OB MERITA EIVS || H. A. I. R.<sup>2)</sup> — (Loco mihi ignoto.) Spotorno *Trattato* 2. p. 198. ex Riccio (*Memorie d'Albano.*)

1) *Tuficum* Ptol. *Tuficani* Plin. 3. 14. hodie *Ficano* secundum Reichardum. 2) facilimas has notas (*Honore Accepto Impensam Remisit*) ridicule interpretatur Spotornus: *Hanc Aram Iusserunt Restitui.*

88. L. MVSETIO L. F. OVF || SABINO || EQVO PVBLICO || PATRON. MVNICIP. TVFFIC. ET MVNICIP || ATTIDIAT. ET CVPRENS || MONT. PONTIF. AVGVV || III VIR. IVRI DICVND || DECVRIONES ET PLEBS || EX EPVLIS SVIS. OB MER || EIVS. L. D. D. D. — Prope Allacinam Fabriani in Marchia Anconit. Donati 2. p. 350, 1.

89. IMP. CAESARI || DIVI HADRIANI || FILIO DIVI TRAIANI || PARTHICI NEPOTI || DIVI NERVAE PRONE || POTI T. AELIO HADRIANO ANTONINO. AVGVV || PIO. PONTIF. MAX. TRIB. || POT. XII. IMP. II. COS. III. <sup>1)</sup> || P. P. PVERI ET PVLLAE || . . ENT. RI<sup>2)</sup> || CVPRIENSES MONTAN. <sup>3)</sup> — Massatii. v. Mauri Sartii Epist. de hoc lap. in Calogerà *Raccolta* 39. p. 3.

1) p. Chr. 145. 2) lege: *Alimentarii.* 3) Cupra Montana, in Piceno, ubi nunc Massatium. Cupra Maritima circa Ripam Transonam. v. Sartium. Aliter Reichardus, qui Cupram Maritimam prope Vicum Marano, Cupram Montanam prope Ripam Transonam ponit; sed vide Zaccaria *Istituzione* p. 13., unde pro CVPRIENSES leg. CVPRENSES.

90. D. M || . . . VERSENI L. F. LEM || GRANIANI TRI. || COH. XXXII. VOLVN . . || TRIB. LEG. XVI. FLA. FIRM. <sup>1)</sup> || II. VIR. HISPELLATI || PATRONO MVNICIPI || ARNAT. <sup>2)</sup> VIXIT ANNIS || XXXII. FRATRI PISSIMO || VERSENVS APER. — Perusiae. Vermiglioli 2. p. 146.

1) Flaviae Firmae. 2) Arna, opp. Umbriae, hodie *Civitella d'Arno.* Reichard.

91. PHILEROS || QVI PRAEFVIT TEMPLO || ARNAE <sup>1)</sup> || STATIA CARITE || FORTVNAE D. D. — Reperta Arnae, nunc Perusiae. Mur. 478, 2. Maffei *Mus. Ver.* 360, 2., cui suspecta videbatur; correctius apud Vermiglioli *Iscriz. Per.* T. 2. p. 231.

1) Non est nomen Deae alicuius Etruscae, ut censebat Gorius, sed oppidi Arnae, hodie *Civitella d'Arna.*

92. FINCOL || HISPELL. <sup>1)</sup> — Arnae. Vermiglioli *Iscriz. Per.* T. 2. p. 282.

1) i. e. *fines Coloniae Hispellatis* vel *Hispellatium.*

93. AVGVSTA PERVSIA. — Grut. 164, 7.

94. COLONIA VIBIA<sup>1)</sup> || PERVSIA. AVGVSTA. — Perusiae. Vermiglioli *Iscr. Per.* T. 2. p. 276.

1) Ciattius deduxit a C. Vibio, primo Coloniae deductore, temporibus C. Iulii Caesaris, sed res est incerta.

95. C. VIBIO C. F. L. N̄. TRO || GALLO PROCVLEIANO || PATRONO PERVSINORVM || PATRONO ET CVRATORI R. P. VET || TONENSIUM.<sup>1)</sup> IVDICI DE V. DEC. AEDILI || PATRONO COLLEGI. CENTON || VIBIVS VELDVMIANVS || AVO KARISSIMO. OB CVIVS || DEDICATIONEM DEDIT DECVRIONIB. -X- II. PLEBI -X- I || L. D. D. D. — *In latere*: DEDIC. IDIBVS IVL || IMP. M. AVRELIO ANTONINO AVG PIO FEL. II || . . . . . COS.<sup>2)</sup> — Perusiae. Grut. 487, 2.

1) Fuerunt, qui legerent *Veronensium*, quos ex ἀντροπία refellit Maffei *Osserv. lett.* T. 5. p. 214. Est Vettona, hodie *Bettona*, vicus magnus, VIII. milliaria (Mannert XIV. mill.) a Perusia distans. v. Mannert *Ital.* 1. p. 420. 2) p. Chr. 205. Novis curis hunc titulum illustravit Vermigliolius *Iscriz. Per.* 2. p. 285. qui pro *De V. Dec.* habet *De V. D.* Inscriptionem vero lateris sic legit: DEDIC. IDIB. IVL. || IMP. M. AVRELIO ANTONINO AVG. PIO. FEL. II. || ET IMPSOCIO. \*) GETA. P. P. OPTIM. AMAN. . SSIMISQ. omisso COS.

\*) *Imperii Socio*; hoc ex literis fere evauidis prodire affirmat Vermigliolius. Dubito.

96. \*(*M. Iul. L. F. || Pol.*) CAND (*ido Curat.*) || IN ITALIA VOLSIENSIUM || PATRIAE SVAE. ITEM FERENT. || ET TIBVRTIVM. || ITEM COLON. ITALICENS || IN PROV. BAETICA || PRAETOR<sup>1)</sup> || ETRVR. XV. POPVLOR || SACERDOTI CAENINENSIUM || M. HELVIVS M. F. || CLEMENS ARNENSIS || DOMO CARTAGIN || PRAEF. EQ. || ALAE PRIMAE CANNVNEFATVM || PRAESIDI SANCTISS. ET KARISSIMO || CVR. AGENTE || L. ACONIO CALLISTO TR. MIL. || LEG. XIII GEM. SEV. — Apud Vulsinios. Grut. 385, 4. Secutus sum lectionem Masdèu *Opusc.* p. 198., cui etiam debentur supplementa; vides, in ipso lapide priorum versuum nihil superesse, nisi CAND. pro quo Grut. habet *L. Cannuleius*.

1) Grut. PRAET. Spectat lapis ad tempora Severi vel Caracallae. Mihi est suspectus.

97. C. BETVO C. F. TRO<sup>1)</sup> || CILONI MINVCIANO || VALENTI. ANTONIO || CELERI P. LIGVVIO || RVFINO LIGVVIANO<sup>2)</sup> AEDILI II VIR. QVINQ. SACERDOTI III LVCORVM. PR || CVRIAE.<sup>3)</sup> XV. POPVLORVM || PATRONO MVNICIPII || BETVA RESPECTILLA FILIA || PATRI PISSIMO L. D. D. D. — Perusiae. Grut. 375, 4. sed correctius ap. Gud. ἀυτόπτην 117, 4. et Murat. 682, 7. Pro spuria, sine causa, opinor, habet Maffei A. C. L. p. 326.

1) Tromentina tribu. 2) In exemplis multinominum adducit Betuum hunc nominum undecim (scil. numeratis et praenominibus duobus) Wessel. *Obs.* 2. p. 237. HAG. 3) Ita lapidem habere affirmat Gudius l. l. sed Grut. Murat. cet. VMBRIAE. nec profecto quid Praetor vel Praefectus CVRIAE sibi velit, potest exputari. Vmbriae autem quindecim populos nemo antiquorum memoravit, unde de fraude dubitandi ansa data est Maffeio. Vide omnino Vermiglioli *Iscriz. Per.* 2. p. 296., qui ipse quoque VMBRIAE defendit, et pro *Lucorum* habet LVCOR. Titulus nunc est deperditus. Ex hoc vero sequentem videtur confunxisse Lud. Iacobillus, Fulginas:

98. \*C. BETVO C. F. TRO. CILONI || XV POPVLORVM VMBRIE || PATRONO || AMERINI. ASSINATES. FORO FLAMINIEN. || FVLGINATES. HISPELLATES. IGVVINI || INTERAMNATES. MEVANATES. NARNIENSES || NV CERINI. OCRICVLANI. SPOLETINI || TRE-



BIATES. TVDERTINI. E. VETTONIENSES || B. M. P. — Fulginii apud Iacobillos. Spon *Misc.* p. 183. Gud. 117, 4. Murat. 1800, 1. Vermiglioli *Iscriz. Per.* 2. p. 300.

99. D. M. || C. COPONĪ CRESCENTIS || DEC. TVSCANENSIVM || QVAEST. R. P. VETER. AVG. LEG. XIII. GEMIN. SIGNIFER. || B. M. FECERVNT. C. CAVIVS PRISCVS FIL. || SCRIB. RESTITVTVS. V. A. L. — Tuscanellae. (olim Tuscana; v. Mannert *Ital.* 1. p. 384.) Mur. 1090, 7.

*Fragmentum:*

100. . . . . DECVRIONES || ARRETINORVM VETER. — Arretii. Gori *Etr.* 2. p. 211. Mur. 1029, 1. cfr. Plin. H. N. 3, 5. *De caetero Arretini veteres, Arretini Fidentes, Arretini Iulienses: — Clusini novi, Clusini veteres. — Fabraterni veteres, Fabraterni novi.* Admodum in controverso est; utrum cogitandum de tribus oppidis diversis, ut volunt Harduinus, ad Plin. l. l. Cluverius *Ital.* p. 571. Reichardus *Orb. ant.*, an de triplici divisione unius oppidi in Arretinos veteres, municipii iure utentes, et Arretinos Fidentes, ac Iulienses, colonos dumtaxat, in quam sententiam propendebant Holstenius ad *Cluv.* p. 72. Hagenbuch. *Mss. Gorius.* l. l. Mannert *Ital.* 1. p. 403. Spuriae sunt reliquae inscriptiones, in quibus Arretinorum veterum praeterea mentio fit. Mur. 723, 9. A. Moecenas P. F. Decur. Q. Arret. Vet. — et similes ap. Gor. *Etr.* 2, 274. — *Fabraternos novanos, pro quo Fabraternos novos* corrigebat ex Plinio l. l. Gorius *Etr.* 2. p. 212. non adsentiente Hagenbuchio, habes in seq. lap. Pighiano ap. Grut. 1095, 6.

101. IVLIAE Q. F. || CALVINAE || L. ALFIDĪ. HERENNIANI || CONSVLIS <sup>1)</sup> || FABRATERNI || NOVANI<sup>2)</sup> || D. D. — prope Fregellas.

1) secundum Almelov. *Fast.* p. 140. Consul fuit p. Chr. 171. 2) hodie Falvaterra. Reichard. Denique ap. Grut. 253, 6. habentur *Lanuvinii veteres*, et Grut. 1022; 12. *Ferentinates Novani* (ex analogia v. *Veteranus*), unde satis defenduntur *Fabraterni Novani*. Ceterum cfr. Cic. *Verr. Act.* 2. L. 2. C. 50. *Agrigentinarum duo genera sunt, unum veterum, alterum colonorum.* Hos mox *novos* appellat.

102. CVLTORES HERCVLIS || FABRATERNI VETERES || CVR. C. VETTIO CLEMENTE P || LOC. D. AB. C. TITIO. DECIMO. P. — Ceccano. *Giornale Arcad.* 1825. Dic. p. 349.

103. D. M || CLAVDIAE PRISCAE || CONIVGI. PISSIMAE || EVTYCHES CAES. N. SER. TRYPHONIANVS || DISP. VILL || MAMVRRANAE. <sup>1)</sup> — Marini. *Giornale Arcad.* 1825. Dic. p. 346.

1) Ex hoc nomine paullatim corrupto Amatius repetit hodie Marini nomen.

104. VAL. MAXIMA MATER || DOMNI. PREDIA. <sup>1)</sup> VAL || DVL-CISSIMA FILIA. QVE VIXIT. ANNIS. XXX. || VI. MENS. II. D. XII. IN PRE||DIIS SVIS MASSAE MAN||DELANE. SEPRETORVM || HERCVLES QVESQN. <sup>2)</sup> PACE. — Lapis repertus 1757. in loco, ubi fuit Mandela Horatii *Epist.* 1, 18, 105. Nibby *Viaggio* 1. p. 199. refert Mandelam sitam fuisse, ubi nunc *Cantalupo* vel *Bardela*, idque repetit Müller *Campagna di Roma* 1. p. 288. Reichard vero Mandelam refert ad *Colle Malta*.

1) cfr. *domnifunda* et *domnaedius* ap. Marini *Atti.* 2. p. 644. Sic *domnipraedia*

erit *domina praediorum*. 2) In his fortasse ab exscriptoribus corruptis latere videtur: *quiescit in pace*, ut sit lapis Christianus Horatium illustrans.

105. BASSI || ANICIO AVCHENIO || BASSO<sup>1)</sup> VC. PROCONS || CAMP. PROVISORI EIVS || DEM PROVIN CIAE RES || TITVTORI GENERIS || ANICIORVM OB MERITA || EIVS INLVSTRIA || ORDO POPVLVSQVE CIVITA || TIS PRAENESTINAE PON. CENS. — Praeneste, Foggini *Fasti* p. VIII.

1) Consul fuit p. Chr. 408.

106. C. SALLIO<sup>1)</sup> C. F. || QVIR. PROCVLO || SPLENDIDISSIMO || VIRO II. QQ. PATRONO DE || CVRIONVM ET POPVLI AMIT. SACERDOTI ET PON || TIFICI LANIVINORVM IN || MVNI. PATRONO DECVR. ET POP || AVEIAT.<sup>2)</sup> VESTINOR. SVMMO MA || GISTRO SEPTAQVIS. PATRONO || PELTVINATIVM. OB.<sup>3)</sup> PERPETVO. ET SIMPLICISSIMO. EIVS ERGA SE AMORE || PROVO CITI (*sic*) PATRONO DIGNISSIMO || PAGANI. — Castello di S. Vittorino s. Torre d'Amiterno. v. *Della città di Aveia ne' Vestini* — *dissert. di Vito Maria Giovenazzi. Roma 1775. 4. p. 2.*

1) Alium titulum eidem C. Sallio dicatum dabimus in Cap. de re municipali. Eidem denique dedicatum videtur fragm. apud Giovenazzi p. XIX. 2) Aveia sita erat, ubi nunc est pagus dictus *Fossa*. v. Giov. l. l. p. 39. In fragmento admodum mutilo apud eundem p. 135. est PRAEFECTURA AVEIAT. 3) Observa syntaxin barbaram: nam *ab* vix erit emendandum.

107. L. PVBLIVS SANTHVS VI VIR || AVGVSTALIS CVRIBVS SA || BINIS TESTAMENTO FIERI IVSSIT ARBITRATV GEMELLI || NERONIS CLAVDI CAESARIS AVG. || GERMANICIANI PRIMOGE NIANI || TABVLIS HEREDITATIVM ADIEC || TIS DE SVO HS. CCIDQ. — Curesii in agro Reatino, Grut. 149, 6. Mur. 482, 6. Zach. *Exc. lit.* p. 359.

108. CN. CAESIO ATHICTO<sup>1)</sup> || ADLECTO INTER C. VIR || OMNIB. HONORIB. EXORNATO || AVGVSTALES MVNICIPI || AVG. VEIENTIS EX AERE COLLATO H.<sup>2)</sup> C. — Veis. Nibby *Viaggio* 1. p. 51. Müller *Campagna* 1. p. 86.

1) circa a. p. Chr. 256., ut constat ex alia simili, quam dabimus in Capite de re municipali. 2) honore contento. v. N. 119. Nota *centumviros* Veientes.

109. VICTORIAE || AVGVST. SACRVM || RESTITVTAE POST ANTI || QVISSIMAM VETVSTA || TEM || ORDO VEIENTIVM. — *Latere sinistro*: DEDICATA III NON. IAN. || AEMILIANO II ET AQVILINO COS.<sup>1)</sup> || P. SERGIO MAXIMO || M. LOLLIO SABINIANO || II VIR Q. Q. || CVRA AGENTE || VEIENTIO<sup>2)</sup> IANVARIO. LIB. ARK. — Veis. Nibby *Viaggio* 1, p. 49.

1) p. Chr. 249. 2) Nota nomen lib. publici a Veis ductum.

110. M. HERENNIO || M. F. PICENTI COS<sup>1)</sup> || MVNICIPES. MVNICIPI || AVGVSTI VEIENTIS || INTRAMVRANI || PATRONO. — Veis. Nibby *Viaggio* 1. p. 48. *Memorie Romane* 1, 3. p. 54.

1) Consul suffectus anni u. c. 720. Ceterum Veiorum situm Nibbyus et Reichardus definiunt in locis hodie *Isola Farnese* et *Osteria del Fosso* dictis.

111. M. CONSIVS M. L. || CERINTHVS || ACCENSVS. VELA TVS || IMMVNIS. CVM. SIM || EX VOLVNTATE MEA || ET IM-



PENSA MEA || CLIVOM. STRAVI || LAPIDE AB IMO SVSVM || LONGVM. PEDES CCCXL || LATVM. CVM. MARGINIBVS || PEDES. VIII. FIT QVOD || STRAVI MILIA. PEDVM || ∞ ∞ ∞ LX || ITERVM. EVNDEM CLIVOM. AB IMO. LEVAVI || ET CLIVOM MEDIVM || FREGI ET DEPRESSI || IMPENSA MEA REGIONI || FICVLENSI PAGO VLMANO || ET. TRANSVLMANO || PELECIANO VSQVE || AD MARTIS ET VLTRA. — Cesarinae VII. Mill. Pass. ab Vrbe. *Kunstblatt* 1825. p. 87. Amati in *Giorn. Arcad. Ottobre* 1826. p. 99. Ficulenses etiam ap. Plin. Ficulneae incolae.

112. MAGNO ET || INVICTO IMP. GALLIENO PIO || FELICI AVGVS || TO SENATVS FID. || DEVOTI NVMINI MAIESTATI Q. EIVS || DICT. 1) C. PETR. PODALIRIO ET. T. AELIO OCTOBRE CV || RAG. 2) T. TER. OCTOBRE. — Fidenis. Nibby *Viaggio* 1. p. 84.

1) Nota senatum et binos Dictatores Fidenates sub Gallieno. 2) *curam agente*.

113. L. COELIO L. F. VICTORI || II. VIR. IVR. DIC. CVR || PECVN. PVBL. ET OPER || PVBLICOR || OB MERITA EIVS || SENAT. POPVLVSQ || TIBVRS. — Tibure. Grut. 1025, 12. *Ordo populusque Suessanus*. Grut. 1027, 3. Similia vide in Capite de re municipali.

114. L. APENTEIO || L. F. ZMARAGDO AROM || AT. QVI. VASCVL. DVLCIAR || CCC. IT. HS. LX. TESTAM || REL. C. STA. TILIO PRAGO || AROMAT. GENERO SVO VT || AEGR. INOP. COL. FEL. LOR. || PHARM. ET MVLS. S. PR. || EROG. 1) PLEBS. VRBANA. LOR. 2) || V. BENIGNISS. B. M. || F. E. D. D. || Q. L. E. F. 3) — Ceri. *Gazzetta di Milano* 1826. N. 5. et 16.

1) Aromatario, qui vascula dulciariorum CCC. item H-S. LX testamento reliquit C. Statilio Prago aromatario, genero suo, ut aegris inopibus Coloniae Felicis Lorii pharmaca et mulsum sine pretio erogaret. 2) Lorina, s. Lorinensis prope Caere. Alex. Borda V. Cl. cogitavit de Portu Lauretano. *Liv.* 30, 39. 3) Hae literae obscurae et evanidae visae sunt ipsi exscriptori. Bene Merenti Fecit. in ceteris latet L. D. D. D.

115. SEX. PACCIVS . . . . || ET SEX. PACCIVS M . . . II . . 1) || QVINQ. MVRVM VET 2) . . . . || CONSVNTVM (sic) A SOLO REST . . . || EX. P. P. 3) ANGITIAE. — Luco, ubi olim sita erat Angitia. (*nemus Angitiae* al. *Anguitiae*. Virg. *Aen.* 7, 759. ubi Heyn. scripturam *Anguitiae* firmari dicit lapide Gudiano p. 54, 9. (et Reines. p. 220, 236.), qui tamen exhibet *Angitiae* apud utrumque; confictus ceterum, ni fallor, a Ligorio :

116. \* ANGITIAE. ANGERONAE ET SOLI INVICTO || PACIFERO SACRVM. M. VIRIVS. M. F. ANTVL || LIVS PRAEFECTVS VIGIL. SIGN. III. D. D.) Nostrum dat Nibby *Viaggio* 1. p. 241.

1) Marci Filii II Viri. 2) vetustate. 3) Pecunia Publica.

117. T. FLAVIO || T. FIL. QVIR. || AELIANO || ORDO ET POPVLVS || GABINVS 1) || PATRO . . . . . || PVBL. 2) FIDE- LISSIMO. — Gabiis. Nibby *Viaggio* 1. p. 258.

1) „*Gabiorum vestigia accuratius nondum investigata videntur*” Reichard. *Orb. ant.* fol. 53, 2, 1. At celeberrima sunt monumenta Gabina in *Pantan de' Griffi*

(v. Nibby l. 1.) a Gavino Hamiltonio eruta et a Viscontio illustrata. 2) Patrono et Caratoli reipubl. Nibby.

148, D. M. || PARTHENIO ARCARIO || REI. PVBLICAE || LAVICANORVM QVINTANENSIVM. — la Colonna. Fabrett, *de Aquaeduct.*, Diss. 3, n. 31. Nibby *Viaggio* 1. p. 254.

149, C. DISSENIO || C. F. QVIR. FVSCO || HADRIANO || C. DISSENIVS. FVSCVS || PATER. HONORE || PVBLICE. OBLATAE || STATVAE. CONTENT. SVA || PEC. FEC. || C. DISSENIO. QVIR || FVSCO. PRAEF. FABR || CVRATORI. ET. PATRONO || ALBANI. LONGANI || BOVILLENSES. OBLATAE || STATVAE H. C. 1) || C. DISSENIO || C. F. QVIR FVSCO || SABINIANO || C. DISSENIVS, FVSCVS || PATER. HONORE || PVBLICE. OBLATAE || STATVAE. CONTENT. SVA || PEC. FEC. — Bovillis, hodie *alle Frattochie* in sinistra Appiae parte, *Gazzetta di Milano* 12, Giugno 1826., unde nunc constat de vero situ Boyillarum,

1) honore contento.

120, FLAVIAE KARAE || GENTIAE FLAMIN. || S. P. Q. A. 1) || EX. LEGATIS POPVLI || IN HONOREM FL. KARI PATRIS || EIVS. STATVAM || EI PONENDAM || CENSVERVNT. — Anagninae. Candidi - Dionigi *Viaggi* p. 22, 6,

1) Anagninus,

121, C. OPIIVS SP. F. COL || RVFVS PAGI MAGISTER || IDEM PRAEFECTVS VLVBRIS || IVRE DICVND. — Edidit primus P. Manut. ad Cic. *Epist. ad Div.* 7, 12. acceptum a Ioanne Turritiano, ita, ut de fraude Ligoriana vix cogitandum sit. E Manutio dedit Reines, p. 434, 72. E schedis (ut videtur, Aldi Manutii) Vaticanis Fabrett. p. 709, 308. loco non memorato, ubi erutum fuerit. Eum denique retulit quartus editor Gorjus in Donio suo p. 172, 46. *Sermonetae*; unde HAGENB. Mss. colligit, Oppium Rufum fuisse magistrum Pagi, in eodem ubi nunc Sermoneta, loco siti.

122, AEDEM RO . . . || AVGV 1) . . . || ORDO VLVBRA 2) . . . || SVO EX PECVN . . . || VETVSTATE DI . . . || A. FVNDAMENTI . . . || C. SERIO AVGVRI . . . || C. TREBIO SERGIAN 3) . . . — Cisternae prope Velitras. Cardinali *Iscriz. Velit.* p. 47.

1) Romae et Augusto. 2) *Vlubranus* malim, quam *Vlubrarum*, ut supplet Cardinali. Is in ipso illo pago, nunc *Cisterna* dicto, sitas fuisse *Vlubras* arbitratur. 3) non *Duumviris Vlubranis*, ut volebat *Amadutius*, sed *Coss. Romanis* p. Chr. 132, v. Cardinali.

123, D. M. || M. PETRONIME || COLMONTANI 1) || VETERANI || EX PRETOR. (sic) || AVG. || DECVR. II VIR || VLVBR || QVAESTORI || P. P. — Itidem Cisternae. Cardinali l. 1. p. 54.

1) id est: Petronii M. F. Collina Montani

124, DIVO ANTONINO AVG || SENATVS POPVLYSQUE. LAVRENS || QVOD PRIVILEGIA EORVM NON || MODO CVSTODIERIT. SED ETIAM || AMPLIAVERIT. CVRATORE || M. ANNIO SABINO LIBONE. C V. || CVRANTIBVS. TI. IVLIO NEPOTIANO || ET P.



AEMILIO EGNATIANO. PRAET<sup>1)</sup> || II. QQ. LAVRENTIVM.<sup>2)</sup> —  
Romae. Grut. 256, 7. correctius in quibusdam ap. Fabrett. 682, 67. nisi  
quod pro *Egnatiano* habet *Donatiano*; denique dat Nibby *Viaggio* 2,  
p. 264. ἀντόπης.

1) PRAEF. Grut. quod, etsi Nibbyus affirmat, lapidem habere PRAET., praeferendum iudico. Praefectos quinquennales omnes novimus, at Praetores eius generis inauditi sunt. 2) *Laurentium Lavinatium*. Grut. contra fidem lapidis.

125. . . . NIO P. F. ANI.<sup>1)</sup> VARO || . . EF. FABR. PRAEF.  
COHORT. GERMAN || . . EF EQVIT. TRIB. MIL. LEGIONIS V . . . ||  
P. F. ANI. VARO. Q. PR. PONTIF. PR. QVINQ || CAPITVLI HER-  
NICO<sup>2)</sup> || FIL. . . . ET SIBI FECIT. — In Via Praenestina. Mur.  
2049, 4. correctius ap. Zaccaria *Istituzione* p. 159.

1) Aniensi. 2) hodie Caspoli; v. Reichard.

126. M. AVLIO M. F || ALBINO. || PRAEF. COH. PRIM. ||  
BEVCOR.<sup>1)</sup> II. VIR QVINQ. QVAESTOR || CVRATORI REIP. ||  
CVBVLTERINORVM<sup>2)</sup> || PATRONO ET ALLIFIS II VIRO || QVINQ.  
Q. PATRONO || AVGVSTALES. || L. D. D. D. — In vico Latinae  
dioecesis Calatinae. Mur. 1010, 2.

1) l. *Breacor*. 2) „Vereor, ut ex hoc lap. libri, (qui Combulteriam et Computteriam exhibent (cfr. Mannert. *Ital.* 1, p. 784.) corrigendi sint. *Cubulterinorum* aequae *Beucor*. ruditati marmorarii potest tribui.” HAGENB. Mss. sed *Cubulterinos* agnoscit Plinius. Hodie S. Maria di Covultere. Reichard.

127. BENEVENTVM FELIX || M. FLAVIVS MARCELLVS || RV-  
TILIVS || PRO HONORE II VIRATVS || L. D. D. D. — Bene-  
venti. Pococke p. 71, 17. Mur. 2019, 3. De Vita p. XI, 1.

128. IVLIAE AVG. IMP. CAESARIS || SEPTIMI SEVERI PII  
PERTINACIS || AVG. ARAB. ADIAB. PART. MAX || MATRI AV-  
GVSTI<sup>1)</sup> . . . . . || ET CASTRORVM COLONIA IVLIA || CONCOR-  
DIA AVG. FELIX BENEVENTVM DEVOTA MAIESTATI AVGG . . .  
IN TERRITORIO SVO QVOD || CINGIT ETIAM CAVDINORVM ||  
CIVITATEM MVRO TENVS. — Arpadii ad Furcas Caudinas. De  
Vita p. 53. et Inscriptt. 17, 2. (Gud. 93, 4. Fabrett. C. 2. p. 105.)

1) Hic et infra Getae nomen erasum est.

129. T. POMPEIO FELICISSIMO MVNICIP. || DECVR. SVES-  
SVL.<sup>1)</sup> ET SACERD. M. D || X VIR<sup>2)</sup> IN VICO NOVANENSI.  
PATRI || L. POMPEI. FELICISSIMI. DECVR. II VIR || I. D. ET  
Q. ALIMENT. — (Loco mihi ignoto.) Ricolvi *sito d' Industria* p. 19.

1) Suessula, hodie *Castel di Sessola*. 2) nota Decemvirum Vici, nisi corruptela aut fraus subest.

Fragmentum erutum in ruinis Monasterii S. S. Salvatoris apud  
Allifas in Samnio; ap. Fogginium *Fasti* p. 103. quem vide:

130. BENEVENTANIS || NVCKERINIS || NVCKERINIS APVLIS<sup>1)</sup> ||  
SVESSANIS || CALENIS || SVESSVLANIS || SINVESSANIS || CA-  
LATINIS || ATINATIBVS || INTERAMNATIBVS || TELESINIS ||  
SEPINATIBVS || PVTEOLANIS || ATELLANIS || CVMANIS || NO-  
LANIS || ALLIFANIS || CEREAIS —

1) confirmat hoc saxum scripturam controversam *Nuceria Apula* pro *Luceria*. v. Mannert *Ital.* 2. p. 82. Reichard *Orb. Antiq.*, qui hoc fragm. ignorarunt.

131. FL. CLAVDIO SVLPICIANO C. V || PROCOS. PROV. ACHAIÆ DACIÆ || PRAET. QQ. II. PRAEF. VRBIS<sup>1)</sup> || VIAR. MIN. ET LAT. CVRAT. || CONSVLARI CAMPANIAE || VIAE APPIAE AVG. CONSVL || ABSQVE REIP. ET PAGANOR || IMPENSA RESTITVTORI || BENEVENTANI ET CAVDINI || PVBLICE D. D. — Reperta ad Fauces Caudinas. Donati 2. p. 250, 5.

1) v. Gorsini *Ser. Praef. Urb.* p. 100. Ceterum turbata quaedam hic videntur, siquidem iungendum certe: *Viae Appiae restitutori*. Consul fuit p. Chr. 193.

132. HIC EGO. QVI SINE VOCE LOQVOR. DE MARMORE CAESO  
NATVS IN EGREGIIS TRALLIBVS EX ASIA.  
OMNIA BAIARVM LVSTRAMI MOENIA SAEPE  
PROPTER AQVAS CALIDAS. DELICIASQVE MARIS.  
CVIVS HONORIFICAЕ VITAE NON IMMEMOR HERES  
QVINQVAGINTA MEIS MILLIBVS. VT VOLVI  
HANC AEDEM POSVIT. STRUXIDQVE (*sic*) NOVISSIMA  
TEMPLA  
MANIBVS ET CINERI. POSTERIIQVE MEIS.  
SET TE. QVILEGIS. HAEC TANTVM PRECOR. VT MIHI DICAS  
SIT TIBI TERRA LEVIS. SOCRATES ASTOMACHI.

— In valle di Decimo prope Ostiam. Nibby *Viaggio* 2. p. 284.

133. M. CAELI FLAVI PROCVLI || X VIRI STLITIBVS IVDI-  
CANDIS || TRIBVNI LATICLAVI. LEG. XXV. V. <sup>1)</sup> || VI VIR.  
TVRMAE EQVITVM ROMANOR || QVAESTORIS. TRIBVNI PLEBIS ||  
CANDIDATI. <sup>2)</sup> PRAETORIS. CANDIDATI || CVRATORIS REI PV-  
BLICAE AQVINATIVM. — Loco incerto. Donati 2. p. 248, 7. ex  
Passioneo.

1) lege LEG. XX. V. V. 2) deesse videtur Q. (*Quaestoris*) ante *Candidati*.

134. M. TVCCIO M. F. CERALI || EXORNATO EQ. PVB. A  
SACRATISSI||MO PRINCIPE HADRIANO AVG || PATRONO MV-  
NICIPI. IIII VIR || AED. ITEM AEDILI BRVNDISI || M. TVCCIVS  
AVGAZO || OPTIMO AC PISSIMO FILIO. OB CVIVS || MEMO-  
RIAM PROMISIT. MVNICIPI. <sup>1)</sup> (*sic*) RVDIN || HS. LXXX. N. VT  
EX REDITV EORVM DIE NATALIS || FILI. SVI OMNIBVS ANNIS  
VISCERATIONIS || NOMINE DIVIDATVR. DECVR. SING. HS.  
XX. N || AVGVSTALIBVS HS. XII. MERCVRIALIB. <sup>2)</sup> HS. X. N. ||  
ITEM POPVLO VIRITIM HS. VII. N. || L. D. D. D. — Rudiis,  
(quae fuit Ennii patria, hodie *Rotigliano* auctore Reichardo, inter Taren-  
tum et Brundisium.) Morcelli *Opp. Epigr.* T. V. p. X.

1) exspectabas Municipibus: et est fortasse typographicus error ap. Morcell. 2) nota *Mercuriales* haud nimis frequenter alias memoratos (v. c. Grut. 645, 7.) hic tanquam Ordinem proprium constituere, distinctum a Decurionib. Augustalib. et Populo; id quod tamen exemplo non caret. Vide Caput de Rebus sacris.

135. C. PEDVLIO VERRVCANO || FRVMENTO PP. <sup>1)</sup> COACTO ||  
ANNOA ITEM REPARATA || ORDO ET POP. PAEST. <sup>2)</sup> — Paesti.  
Romanelli *Topografia* T. 1. p. 335. *Viaggio* T. 2. p. 25.

1) *Pecuni: Publica.* 2) *Paestanus.*



136. IMP. CAESAR. T. AELIVS HADRIANVS ANTONINVS  
AVG. PIVS. PONTIF. MAXIM. TRIB. POTES. VI. COS. III || IMP.  
II. 1) P. P. COLONIAE MINERVIAE. NERVIAE AVG || SCOLACIO 2)  
AQVAM DAT. — Scyllacei. Donati 2. p. 349, 8.

1) p. Chr. 143. 2) Haec forma pro *Scyllaceo*, *Scyllacio* cet. alibi non reperitur, nec aliunde nota ἐπίθετα illa: *Col. Min. Nerv.* v. omnino Romanelli *Topografia* T. 1. p. 181. ubi TRIB. POTES. IV. COS. III. P. P. IMP. II. legitur.

137. L. VARILIO SANNAE || QVOD EIVS ARBITR. RITE RE-  
CTE || DE FINIBVS CVM VELIENS. ACTVM SIT || LIMITIBVS  
CONSTITVTIS || CIVI OPT || ORDO ET P. PETELINORVM. —  
Petiliae in Lucania. Romanelli *Topografia* T. 1. p. 348.

138. \* Q. FABIO BALBO V. P || IV VIRO I DIC || PATR. MV-  
NIC. TVSCVL || TRIBVN. MILITVM || LEG. II. AGRIP || CVRATORI  
VIAE || AVG. SALLENT || OB INSIG. IN VNIVERSOS || CONLATA  
BENEFICIA || AD MEMORIAM SEMPIT || LVPIENSES HYDREN ||  
ET NERITINI || PATRONO OPTIMO. 1) — Neriti. Mur. p. 1120.  
Romanelli *Topografia* T. 2. p. 50.

1) Spuria visa est Muratorio. Defendit Romanellius, eam potissimum ob causam, quod lecta videatur iam Galateo. Ego in Muratorii sententiam concedo. Offendo in *IV Viro* pro *III Viro*: in municipii Tusculani patrono, eodemque locis tan distantibus Quattuorviro Lupiensi; in Leg. II. Agrippinensi; in Via Augusta Sallentina; in nota INSIG.; in formula veteribus inaudita AD MEMORIAM SEMPITernam. Fraudulenta haec omnia. Quid? quod effectam eam esse manifesto apparet e Grut. 374, 5., quam dabimus in Capite de Ludis. Recte ibi legitur: PROC. AVGVSTI VIAE OST. cet. quod hic perverse effertur. CVRATORI VIAE AVGVSTAE SALLENT.

139. FL. VRANIO V. P. REC 1) || PROV. VINDICI LEGV || AC  
MODETORI 2) (sic) IVSTITIAE || ORDO SPLENDIDISSIMVS || CIVI-  
TATIS THEANENS || VNA CVM POPVLARIB || SVIS DIGNO PA-  
TRO || NO POSVERVNT. — Teani s. Theani Apulorum. Romanelli  
*Topografia* T. 2. p. 291.

1) Viro perfectissimo, Rectori. 2) moderatori.

140. L. PACIDEIO L. F. L. N. L. PRON || TER. CARPIANO  
SPL. 1) EQ. R || MVNITO SACERD. LANVIN 2) PAT. MVN. CAIAT. 3)  
ITEM COL || ALLIFANOR. PAT. ET. CVRAT. R. P. || ATINAT.  
ITEM SAEPINATIVM || PAT. TEANENSIVM APVLVM 4) || DOMITIA  
GALATIA VXOR ET || PACIDEII 5) MARCIA C. F. ET CAR || PIANI  
SEN. ET IVN. 6) FILII. — Calatiae s. Caiatiae, hodie Caiazzo. Roma-  
nelli *Topografia* T. 2. p. 433.

1) Splendido. 2) Mirum hoc. An leg.: *immuni Sacerd. Lanvin.*? 3) Caiatini.  
4) Distinguantur a Teanensibus Sidicinis. 5) An PACIDEIA? 6) senior et iunior.

141. IMP. CAESARI DIVI M. ANTONINI F || L. SEPTIMIO  
SEVERO PIO PERTINACI AVG. || ARAB. ADIABEN. PARTH. PONT.  
MAXIMO || TRIB. POTES. IX. IMP. XII. COS. III. 1) PROCOS.  
PP || MVNIFICENTISSIMO PROVIDENTISSIMOQVE PRINCIPI ||  
ORDO POPVLVSQVE MVRGANTIVS 2) || QVOD BASILICAM HANC  
SVA IMPENSA || CONSTRVENDAM CVRAVERIT. — Murgantiae.  
Romanelli *Topografia* T. 2. p. 481.

1) p. Chr. 202. 2) „Il sito di questa città finora incognito ci è stato mostrato da

questa iscrizione, che dobbiamo al sig. G. A. Cassitto, secondo il cui testimonio si è rinvenuta nella campagna prossima a *Baselice* (tra S. Bartolommeo in Galdo, e Foiano) ov' è la chiesa di S. Maria a MVRGARA. *Baselice* adunque è così detta da *Basilica*, come la nostra *Portici*, a *Porticu Herculis*, ch' eravi restato impiedi dopo le rovine di Ercolano." Rom. — Mannert *Italien* 1. p. 805. Murgantiae situm ignorare se fatetur, Reichardus eum sibi reperisse visus erat in S. Croce di Morcone. Neuter utilissimum, sed rariorem apud nos Romanellii librum videtur consuluisse.

142. DĪS MANIB. SAC || T. TIBIL T. F. POMP<sup>1)</sup> || PRIMITIVVS || VETER COH. VII. PRAETORIAE || PATRON. MVNICIP. LARINAT.<sup>2)</sup> D. S || FECIT SIBI SVISQVE || L. D. D. D. — Larini. Romanelli *Topografia* T. 3. p. 19.

1) Pompina. 2) municipii Larinatis, ut Cic. *pro Cluentio* C. 5.

143. M. BLAVIO Q. F. || IV V. I. D. AEDILI || CVRAT VIAR. VALERIAE CLAVDIAE || ET TRAIANAE FRENTANAE || INTERAMNATES HISTONIENSES || BVCANI || BEN. MER. || FVNVS. SE-PVLCHRVM MARMOREVM || ET MACERIAM DECREVERVNT. — In promontorio Penna prope Histonium, (hodie *Vasto*.) Romanelli *Topografia* T. 3. p. 41.

1) Buca igitur iudice Romanellio in ipso illo promontorio tribus miliaris Italicis ab Histonio distante sita erat. Ambigebat de vero huius oppidi situ etiam Reichardus.

144. . . SVLMONII PRIMVS ET FORTVNATVS || . ONDERARIVM PAGI INTERPROMINI<sup>1)</sup> || . . TERRAEMOTVS DILAPSVM || SVA PECVNIA RESTITVERVNT. — In ecclesia Casauriae s. monasterio S. Clementis alla Pescara. Romanelli *Topografia* T. 3. p. 117.

1) Hoc lapide usus Romanellius Interpromii situm retulit ad hodiernam Tabernam di S. Valentino. Supple: *ponderarium — vi terrae motus. Sulmonii* nomen est proprium libertorum publ., nec supplendum cum Roman. *Cives*, qui essent *Sulmonenses*.

145. Q. VARIO Q. F. || SER.<sup>1)</sup> GEMINO Q<sup>2)</sup> || PAGVS VECELLANVS. — Castelvechio Subequo prope Corfinium. Romanelli *Topografia* T. 3. p. 128.

1) Sergiâ. cfr. Cic. in *Vatin.* C. 37. 2) Quinquennali vel Quaestori.

146. Q. NOVIO Q. F. SER || SECVNDINO OMNI || BVS HONORIBVS || MARS. ANTINO<sup>1)</sup> || FVNCTO QVI || VICSIT ANNIS || XXIII. Q. NOVIVS || SECVNDINVS ET || AELIA RVFINA || FILIO PIENTISSIMO P. — Antinae. Romanelli *Topogr.* T. 3. p. 224.

1) *Marsorum Antino* pro *Antini* s. Antinae. Sic observante Romanellio in nummis huius regionis legitur AQVINO, CAIATINO, AISERNINO, CALENO, SVESSANO. Verum situm huius oppidi divinando assecutus est etiam Mannert *Italien* 1. p. 515. — POPVLI ANTINATIVM SERVVS ARCARIVS est apud Romanellium *Topogr.* 3. p. 230.

147. COLLEGIO || CENTONARIORVM || INTERAMNITIVM || PRAETVTIANORVM<sup>1)</sup> || IN. FRONT P. XXX. AGRO P. XL. — Teramo. Romanelli *Topografia* T. 3. p. 287.

1) cfr. Mannert *Italien* 1. p. 467.

148. C. CA . . . F. VE.<sup>1)</sup> VITALI DEC. COL || HAD.<sup>2)</sup> AED. III. PRAEF. CAST. NOV.<sup>3)</sup> II. VIRO || CVRATORI MVNER. PVBLIC. BIS OPTIMO ET || AMABILI VIRO MARCIA RVFINA || MARITO ET C. APIVS V. C. M. VITALIS || ET VITALIS AMPLIATVS RVFINVS FILI || ET ERED. PATRI PIENTISSIMO B. M. || FECE-RVNT. — Hadriae s. Adriae. Romanelli *Topografia* T. 3. p. 314.

1) Velina tribu. 2) Mire Romanellius: *Decano Collegii Hadrianensis*, quum sit



*Decurioni Coloniae (Aeliae) Hadriae.* 3) Praefectura igitur erat Castrum Novum, de quo vide Romanellium T. 3. p. 301. Mannert *Italien* T. 1. p. 467.

149. . . . DO DEC. ET PLEBS ARKARVM<sup>1)</sup> || PATRONO. — Arce. Romanelli *Topografia* T. 3. p. 375.

1) de oppido Arce vide etiam Mannert *Italien* T. 1. p. 676. Duumviros habebat. v. Inscr. apud Rom. 3. p. 376., quam dabimus in Diis immortalibus §. Ceres. Ceterum tunc demum nactus sum Romanellii *Topographiam historicam*, quum huc fere pervenissent typhothetarum operae; quocirca vel hoc loco inserendi, vel plane praetermittendi erant XIII. hi tituli geographicici (N. 137—149.) Illud tamen, ut opinor, praestabat.

150. EX AVCTORITATE || IMP. CAES. DIVI NERVAE FIL || NERVAE TRAIANI AVG. GERMA || NICI DACICI PARTHICI PONTIFI || CIS MAXIMI. TRIBVNIC. POTEST. V<sup>1)</sup> || COS. V. P. P. CVRAT. VIARVM || L. LICINIUS. C. F. SVRA IIII VIR. IT. || M. IVLIVS M. F. FRONTO IIII VIR. || T. LAELIVS Q. F. COCCEIANVS IIII VIR || SEX. FLAVIVS. L. F. FALTO. IIII VIR || CIPP. TERM. . . . || VIAM TRAIANAM. APP. PER BRVTTIOS || SALENTINOS. PEC. PVBL. CONTVLERE BRVTTIEL. SALENTINEI. OP- PIDATIM. NAPETINEI.<sup>2)</sup> HIPPONIAEI. MAMERTINEI || RHEGINEI. SCYLLACEI. CAVLONIATAI || LAOMETICEI.<sup>3)</sup> TERINAEI. TEMPSA || NAEI. LOCREN. . . THVRIAT . . . || . . . CVR. . . MILL. P. . . || . . CC. — Romae. Grut. 499, 4. Romanelli *Topografia* 1. p. 301.

1) numerus corruptus l. XIX. vel XX. et Cos. VI. Parthici enim cognomen incipit u. c. 869. v. Eckhel D. N. 6, 438. 2) Hinc explicandus *Ναπιτινος κόλιος* ap. Strab. 6, 1, 4. Tzsch. p. 221. 3) al. *Laometiciei*. Hinc, quod Mannert *Ital.* 2. p. 159. expedire non potuit, Lameticus sinus ap. Aristotelem. Hanc certe inscriptionem videtur ignorasse Mannert.

151. CONCORDIAE AGRIGENTI || NORVM SACRVM. RESPV- BLICA LILYBITANO || RVM DEDICANTIBVS. M. HATERIO CANDIDO PROCOS. || ET. L. CORNELIO MARCELLO Q. || PR. PR. <sup>1)</sup> — Agrigenti. Torremuzza p. 43, 30. Dorvillius *Sicul.* p. 95. pro spuria habuit; vindicat Torremuzza. Ceterum in insula Melita eam exstare dicit Zaccaria *Istituz.* p. 336.

1) *Quaestore primae provinciae* (Lilybetanae) Torrem., sed Marini *Atti* 2. p. 743. longe ine ius *Quaestore Propraetore*.

152. \* L. PETILIVS M. F. || COLONIAM DVXIT || NISSAE PO- PVLVS ET ORD. PATRONO MERENTI. — In Castro Pietrarossa prope Calatanisettam. Torremuzza p. 54, 30. Dorvill. in *Siculorum* Cap. 16. vocabulum hoc *Nissa* apud nullum veterem scriptorem auctoritatem habere dicit. Exstat tamen ap. Torremuzzam p. 4, 41. inscriptio itidem Calatanisettae reperta: *ΑΣΚΑΗΗΙΩ ΚΑΙ ΙΜΕΡ ΠΟΤΑΜ || Ο ΛΑΜΟΣ ΤΙΣ ΝΙΣΙΣ || ΣΟΤΗΡΣΙΝ.* (sic) — cfr. Thucyd. 3, 103., ubi pro *ἐπὶ Νῆσσαν* nunc editur *ἐπὶ Ἰνῆσσαν*. cfr. ib. 6, 94. et Poppo Thucyd. T. 2. p. 539. Mannertus huius Nissae duobus in lapp. memoratae non meminit, eandemque ignorat etiam Reichardus. Vtraque inscr. est suspectissima.

153. SEX. IVLIVS SEX. F. POL. RVFVS || EVOCATVS DIVI AVGVSTI PRAE || FECTVS I. COHORTIS CORSORVM || ET CIVI- TATVM BARBARIAE IN SARDINIÀ. — Praeneste. Don. p. 235, 39. Mur. 825, 4. Plin. H. N. 3, 13. *Celeberrimi in ea* (Sardinia) *populorum*,

*Ilienses, Balari, Corsi.* Civitates Barbariae in ea nemo agnoscit. cfr. Mannert *Ital.* 2, p. 479., unde Mur. coniecit h. l. leg. esse: *Civitatum Balariae.* (*Lalariae* error typogr. videtur.)

## §. 3. H I S P A N I A.

154. PINTAIVS PEDILICI || F. ASTVR. TRANS || MONTANVS. CASTELLO || INTERCATIA. SIGNIFER || CHO. V ASTVRVM || ANNO XXX. STIP. VII || H. EX. T F. C. — Bonnae. Philos. Transact. T. LIX. p. 195. corrupte teste Vekert *Geogr.* 3. p. 433. correctius, ut hic edita est, in Act. Acad. Theod. Pal. 3. p. 57. Pintaii effigies monumento insculpta admodum digna est, quae notetur, propter vestitum et arma Asturum fideliter expressa. Vide etiam Dorow *Denkmäler.* Stuttg. p. 54. Intercatia hodie Errigoytia. v. Reichard. fol. 23, 2. h.

155. C. VAL. ARABINO || FLAVIANI F. BERGIDOF <sup>1)</sup> || OMNIB. HON. IN R. P. || SVA FVNC. SACERDOTI || ROMAE ET AVG. P. H. C. <sup>2)</sup> || OB CVRAM TABVLARĪ || CENSVALIS FIDELITER || ADMINIST. STATVAM || INTER FLAMINALES || VIROS POSITAM. EX || ORNANDVM (*sic*) VNIVERS || CENSVER. — Tarracone. Grut. 478, 2.

1) Bergidum in Anton. Itin. ante Asturicam positum Surita notavit, Ptolemaeo *Φλάουιον* cognominari; unde optime Wesseling. ad *Ant. It.* p. 425. saxum nostrum accipit BERGIDO Flavio. Male ergo Cellarius O. A. T. 1. p. 150. ad Bergidum cis Iberum in Ilergetibus retulit. HAGENB. Mss. Bergidum s. Vergium hodie Berga. 2) Provinciae Hispaniae citerioris. Est haec praeterea ex Hispaniensibus iis, quae omni *νοθείας* suspicione carent, etsi ea de re dubitavit Maffei A. C. L. p. 342.; sed insignis illa nota BERGIDOF a nemine facile fingi poterat. Singulare quidem est nomen ARABINO. Cellarius l. l. habet ALBINO, quod placebat Hagenbuchio.

156. M. LICINIO CRASSO || L. CALPVRNIO PISONE COS. <sup>1)</sup> || III. KL. MAIAS || GENTILITAS DESONCORVM EX GENTE ZOELARVM <sup>2)</sup> || ET GENTILITAS TRIDIAVORVM EX GENTE IDEM || ZOELARVM HOSPITIVM VETVSTVM ANTIQVOM || RENOVAVERVNT. EIQVE OMNES ALISALIVM IN FI || DEM CLIENTELAMQVE SVAM SVORVMQVE RECEPERVNT. EGERVNT ARAVSABII CAENI ET TVRAIVS CLOVTI. DOCIVS FLAESI || MAGILO CLOVTI BODECIVS. BVRRAI FLAESVS CLVTAMI || PER ALIENVM PENTILI. MAGISTRATVM ZOELARVM. || ACTVM GVRVND. <sup>3)</sup> || GLABRIONE ET HOMVLLO COS. V. IDVS IVLIAS. <sup>4)</sup> || IDEM GENTILITAS DESONCORVM ET GENTILITAS || TRIADAVORVM IN EANDEM CLIENTELAM EADEM || FOEDERA RECEPERVNT EX GENTE AVOLGIGORVM || SEMPRONIVM PERPETVVM ORNIACVM. ET EX GENTE VISALIGORVM ANTONIVM ARQVIVM ET EX GENTE || GABRVAGENIGORVM FLAVIVM FRONTONEM. ZOELAS. || EGERVNT || L. DOMITIVS SILO ET || T. FLAVIVS SEVERVS || ASTVRICAE. <sup>5)</sup> — Romae in lam. aerea. Spon *Misc.* p. 278, 3. Mur. 330, 6.

1) p. Chr. 27. 2) Zoelae opp. Asturiae. 3) al. Gerunda, hodie Girona. 4) p. Chr. 152. Observa hic omnia nomina iam esse Latina. 5) Asturica Augusta hodie Astorga. Ceterum sine causa tabula haec suspecta erat Begero *Thes. Brandenb.* T. 3. p. 411. et Saxo *Miss.* 4. p. 76.



157. TITO MANILIO || SILONIS FIL. QVIR || PRAESENTI || TRITIENSI MEGALE<sup>1)</sup> || OMNIB. HONORIB || IN R. P. SVA FVNCTO || DECVRIALI ALLEC||TO ITALICAM.<sup>2)</sup> EXCV || SATO A DIVO PIO. FLAMINI P. H. C. || P. H. C.<sup>3)</sup> TARRACONE. — Grut. 434, 5. Mur. 717, 6.

1) Mur. Magalae. sed illud, si Megalensi explicetur, praefendum. Tritium Metallum (hodie Tricio; Reichard.) ex Ptol. 2, 6. Md. laudant Wess. ad Ant. Itin. p. 450. Vekert. 3, p. 457., quod Surita iam ad Ant. p. 394. *Τρίτιον Μέγαλον* vocavit. v. Hultmann *Misc. Epigr.* p. 107. 2) allecto in urbem Italicam, sed excusato cel. Hagenb. 3) Flamini Provinciae Hispaniae citerioris, Provinciae Hisp. citerioris (posuit) Idem. utrumque contra Muratorium.

158. T. FLAVIO. AVG || LIB. POLYCHIRYSO || PROC. MONTIS MARIANI<sup>1)</sup> || PRAESTANTISSIMO. CONFECTORES AERIS. — Hispali. Spon *Misc.* p. 191, 1.

1) In Hispania Tarraconensi. v. Hultmann. *Misc. Epigr.* p. 93. Hodie Sierra Morena. Reichard.

159. L. AELIVS EPAPHRO || DITVS ANDVRENSIS || ANN. XXII || PIVS IN SVIS H. S. E || S. T. T. L. — Martos in Hisp. olim Tucci. Mur. 1024, 2. *Andura* ignota etiam Vekerto et Reichardo. „*Andorra* nostri temporis *Andura* veterum fortasse fuit.” Mur.

160. L. CAESIVS M || AXIMIVS CEDRIPO || NENSIS. AN || XXI. HIC IN || TERFECTVS EST || SIT TIBI TERRA LEVIS. — Astapae (opp. Vandaliciae in Hisp.) Mur. 1037, 2. Cedripone locus Hispan. ignotus etiam Vekerto et Reichardo.

161. IMP. CAESARI DIVI NERVAE F. NERVAE || TRAIANO AVG. GERM. DACICO. PONTIF. MAX || TRIB. POTEST. VIII IMP. V. COS. V. P. P. — Alcantarae in ponte. In eodem fuere olim tabulae marmoreae quattuor, quarum superest una, digitis aeneis affixa, sic habens:

162. MVNICIPIA || PROVINCIAE || LVSITANIAE STIPE || CONLATA. QVAE OPVS PONTIS PERFECERVNT || ICAEDITANI || LANCIENSES OPPIDANI || TALORI || INTERANNIENSES || COLARNI || LANCIENSES TRASCVDANI || ARAVI || MEIDVBRIGENSES || ARABRIGENSES || BANIENSES || PAESVRES. — Grut. 162, 2. et 3. cfr. Gud. 89, 2. Hultmann *Misc. Epigr.* p. 200.

163. IMP. CAES. NERVAE || TRAIANO AVG. GER. || DACICO PONT. MAX. TRIB. POT. COS. V. P. P. || AQVIFLAVIENSES || PONTEM LAPIDEVM || DE SVO F. C. — Aquis Flaviis in Lusit. Grut. 162, 4. v. Vekert 3. p. 436.

164. M. EGNATIVS SILII LIB. VENVSIVS IIII VIR || HVIC ORDO M. M. F<sup>1)</sup> ARVENSIS || STATVAM ET ORNAMENTA DECVRIONATVS DECREVIT || M. EGNATIVS VENVSIVS IN LOCVM. QVEM || ORDO DECREVIT. STATVAM ET SCAMNA || MARMOREA ET AREAM MARMOR. . . || D. S. P. D. — In Conventu Iuridico Hispalensi. Maffei *Mus. Ver.* 422, 3.

1) Municipii Martii Flavii; v. Hultmann *Misc. Epigr.* p. 92. cfr. Grut. 476, 1.

165. M. COMINIVS L. F. POL. ASTA<sup>1)</sup> || MILES LEG. I || NA.<sup>2)</sup>  
AN. L. MIL || AN. XIII. H. S. E. || H. EX. T. F. C.<sup>3)</sup> — Bonnae.  
Dorow *Denkmäler*. Stuttg. p. 50.

1) Asta Regia oriundus; cfr. Vekert 3. p. 356. hodie Mesa de Asta. Reichard.  
2) natus. 3) *Hic situs est. Heres ex testamento faciendum curavit.*

166. RESPVBLICA OBEN || SIS<sup>1)</sup> E. . LO<sup>2)</sup> DATO || DEDI. . VIT  
CVRAT || LIBE. OR<sup>3)</sup> H. . REN || NIO<sup>4)</sup> RVSTICO H. M. || SINILO  
SESTITVTO<sup>5)</sup> II VIR. — Algezirae. Mur. 1065, 1.

1) ignota etiam Vekerto 3. p. 345. 2) *Epulo.* 3) *Curatoribus Liberorum?* Mur.  
4) *Herennio.* 5) f. *Restituto.* id.

Balearium Insularum inscriptiones septem e Grutero collegit Io.  
Christ. Wernsdorf. in *Exercit. de antiquitt. Balearicis*. Brunsw. 1760.  
p. 87. Nos sequentes inde excerptimus:

167. IMP. CAES. M || AVR. CARO PIO || FELICI INVICTO ||  
AVG. PONT. MAX || TRIB. POT. || P. P. COS. II. PROCOS.<sup>1)</sup>  
ORDO || EBVSII. D. N. M. E.<sup>2)</sup> — Ebusii. Grut. 277, 5.

1) Ita dedi ex Occone 4, 10. Grut. corrupte: *P. P. Procos. II. Cos.* p. Chr. 282.  
similis est Grut. 277, 6. Caro a Liconiensi Ordine positus titulus. 2) *devotus numini  
maiestati (que) eius.* Alia Ebusensis inscriptio Grut. 868, 11. admodum est suspecta.

168. CN. CAVIO CN || CAVI SEVERI FILIO || QVIR. AMETHY-  
STO || BALEARICO PALMENSI || ET GVIVNTANO || OMNIBVS  
HONORIBVS IN REB. PVBLIC. SVIS || FVNCTO. — Tarracone  
Grut. 387, 1.

169. Q. CORNELIO || Q. F. QVIRINA || SECVNDO || AEDILI I  
VIRO || MVNICIPI. MAGO || FLAM. DIVOR.<sup>1)</sup> ET AVG || L. COR-  
NELIVS SATVR || SOCERO || Q. CORNELIVS SATVR || AVO  
OPTIMO OB || PLVRIMA MERITA. — Magone (Port Mahon.)  
Grut. 1093, 4.

1) Imperatorum inter Divos relatorum.

170. L. FABIO L. F. || QVIR. FABVILLO || AED. II VIR III ||  
FLAMINI DIVOR. AVG. R. P. MAG || OB MVLTATA EIVS MERITA.  
— Magone. Wernsdorf l. l. ex Armstrongii *Descript. Minorcae* Ep. 16,  
p. 239.

#### §. 4. GERMANIA. GALLIA (excepta HELVETIA.) BRITANNIA.

Eum secuti sumus ordinem, ut a septemtrione orsi meridiem versus  
progredere mur.

171. DIS. MAN. || L. IVLIO VOGVSIO. || NATONE<sup>1)</sup> (*sic*)  
FRIS. || FECIT NAEVIA FORTVNIA. || COIVGI INCOMPARABILI ||  
CVM QVO VIX. AN. XIX. — Lugd. Bat. Oudendorp. p. 15. Maff.  
*Mus. Ver.* 450, 1.

1) natione; Maff.

172. D. M. || AVR. VERO EQ. SING. AVG || NAT. FRISEO.<sup>1)</sup>  
T.<sup>2)</sup> AEL. GEMINI || VIXIT ANN. XXX. || M L. ANN. XIII. || AVR.  
MOESICVS HER. || A. O. F. C.<sup>3)</sup> — Romae. Grut. 552, 6.

1) FRISIO. Gud. 2) Turinae. id. 3) Amico optimo fac. cur.



173. D. M. || T. FL. VERINO || NAT. FRISAEVONE<sup>1)</sup> || VIX.  
AN. XX. M. VII. || T. FL. VICTOR. EQ. SING. AVG. FRATRI ||  
DVLCISSIMO || F. C. — Romae. Grut. 532, 7. a.

1) nota hanc formam propter Ingaevones et Istaevones Tac. *Germ.* 2. Mox FRISAEO.

174. BASSVS NERONIS || CAESARIS CORPORE || CVSTOS.  
NATIONE || FRISIVS. <sup>1)</sup> VIXIT || AN. XL. — Romae. Grut. 600, 12.

1) Dignus est legi Fabrett. *Col. Tr.* p. 83. ubi pulcre de Nerone explicat Frisios in sui custodiam adsciscente. Gutherius *T.* 3. Sallengr. p. 452. de Tiberio acceperat. HAG.

175. HILARVS || NERONIS CAESARIS || CORPORE CVSTOS ||  
NATIONE FRISAEO. || VIX A. XXXIII. — Interamnae. Grut. 600, 13.

176. \*GENS || BATAVORVM || AMICI ET FRATRES || ROM.  
IMP. — In arce Britoburgo prope Catricum. Grut. 499, 13. Oudendorp.  
p. 6. cfr. similem sequentem:

177. \*FORTVNAE AVG. SAC || PRO SALVTE. ITV AC || REDITV  
DD. N. N || M. AVR. ANTONINI PII || AVG. ET P. SEPTIMII ||  
GETAE NOBILISS. CAES || CIV. BATAVI || FRATRES ET AMICI  
P. R. || V. S. L. M. — Sine loco certo, ex schedis Lud. Vivis. Grut.  
73, 9. Suspectus, nec sine causa, est hic titulus Maffei A. C. L. p. 283.  
Minime de eodem dubitavit Bertoli *A. d'A.* p. 76. Suspicionem auget  
Getae nomen haud erasum, monente iam Maffei. Exstabat superior ille  
in Museo Papenbroekiano: nec tamen minus caret suspicione.

178. IN. H. D. D. || GENIO COLLE || GĪ. PEHEGR. <sup>1)</sup> || (*sic*) VLP.  
DECEM || BER. ET VĪ . . . CVND. COR || NVTVS. D. D. — In Ha-  
driani foro s. pago Voorburg prope Hagam. Oudendorp. p. 54.

1) in honorem domus divinae. G. C. Peregrinorum. (institorum et mercatorum Roma-  
norum inter Batavos degentium.)

179. T. VARIO CLEMENTI || PROC. PROVINCIARVM || BEL-  
GICAE. GERMANIAE SVPERIORIS || GERMANIAE INFERIORIS.  
RAETIAE. — Paetovione, Norici oppido. Schoepflin *Alsat.* 1. p. 273.  
quem vide docentem, Galliae Belgicae iurisdictionem a iurisdictione dua-  
rum Germaniarum separatam fuisse, duasque Germanias non ab uno,  
sed duobus semper praesidibus fuisse rectas.

180. IN. H. D. D || DV. <sup>1)</sup> NYMPHIS || VICANI ALTIAIENSES ||  
ARAM POSVER || CVRA OCTONI <sup>2)</sup> LI || BERTI T. OSTONI || CASSI.  
X K. DEC || MAXIMO ET AELIANO C. <sup>3)</sup> — Altiaiae (Alzey) v.  
*Emele* p. 77.

1) Divis. 2) Nominis scriptura est incerta, quum literae O et C implexae sint  
inter se. *Emele*, quem, si lubet, de Altiaia disputantem consulas, legit OCTONI. sed  
probabilius est C. *Ostonii*, ut idem cum patrono nomen habeat, nec careat praenomine.  
3) p. Chr. 223.

181. IN H. D. D || GENIVM PLATEAE NOVI VI || CI <sup>1)</sup> CVM  
EDICVLA ET ARA || T. FL. SANCTIVS MIL. LEG. XXII. ||  
P. . . . <sup>2)</sup> P. F. IMM. COS. <sup>3)</sup> ET PER || PETVVS ET FELIX FRA-  
TRES C. || R. <sup>4)</sup> ET TAVNENSES EX ORIGI || NE PATRIS T. FL.  
MATERNI VE || TERANI COH. III. PRAET. PIAE || VINDICIS <sup>5)</sup> || ET  
AVRELIA AMMIAS MATER EORVM C. R. <sup>6)</sup> D. D. || AGRICOLA

ET CLEMENTINO COS. 7) — Heddernheim prope Francof. v. Lamey in Act. Acad. Theod. Pal. 3. p. 175.

1) locus ignotus. 2) Primigeniae. 3) Immunis Consulis. 4) Cives Romani. 5) Hic certe lapis clare demonstrat, notas Coh. Pr. III. P. V., nec *Piae Victricis*, nec tandem *Praetorii Urbis* cum Fabretto, explanandas esse. 6) Civis Romana: nota vero Cives Taunenses a Tauno monte. 7) p. Chr. 230.

182. CL. AELIO 1) || POLLIONI || LEG. AVG || PR. PR. G. S. 2) PRAESIDI || INTEGERRIMO || BB. FF. COS. 3) || G. S. 4) — Moguntiaci reperta 1825. *Schulzeitung* 1826. II. 22.

1) Lehne explicat *Claudio Aelio*. Videtur potius leg.: C. LAELIO. 2) Germaniae superioris. 3) beneficiarii consulis. 4) Rursus est Germaniae superioris: Beneficiarii Cos., quotquot ea in provincia tunc erant. Neutiquam vero: *Grati Submissi*, ut vult Lehne.

183. MARTI ET GENIO || TALLIATIVM || CLAVDIVS VERINVS || AD PERPET. TVTELAM || TALLIATIB. DEDI XCCL || QVAM AEDEM MARTIVS SIMILO || DE SVO POSVIT. — Dollendorf. Grut. 55, 8. Harzheim p. 22. cuius typum dedi. Idem observat, Dollendorf servare vestigia veteris nominis Talliatium. (*dedi denarios ccl.*)

De singulis iamiam memorandis cfr. *Notice de l'ancienne Gaule tirée des monumens Romains par M. d'Anville. Paris. 1760.* 4. et Reichardi *Orbem terr. antiq. Norimb. 1824.* fol.

184. . . LATINIO POMPT. || . . A. LATINI FIL. CATA || PANO AEDVO. SA || CERD. III PROVIN || CIARVM GALLIAR || OFFICIS ET HONO || RIBVS OMNIBVS || FVNCTO SEQ || ANI (*sic*) PVBLICE. — Moirant in Sequanis. Mur. 1020, 3. sed eadem ita lecta est a Bouhierio ap. Hagenb. *Mss. Helvet. T. 1.* p. 153.:

185. . . VIO POMP† || A LATINI FIL CAM || . ANO AEDVO SA || CERD. III PROVIN || . IARVM. GALLIAR || . . . CIS ET. HONO || . . S OMNIBVS || S — ICIS || . . TO SEQ || . VBLICE. — Antre en Franche - Comté.

186. I. O. M. ET GENIO LOCI || HVIVS. Q. CAECILIVS || SECVNDVS || LEG. C. SERENI PROCOS. GALLIAE || TRANSALPINAЕ || V. S. L. M. — Clivis. Grut. 9, 1. De hac Gallia Transalpina s. Narbonensi v. Bimard. Proleg. ad Mur. p. 164., secundum quem ad tempora vel Reip. vel Augusti referendus esset hic titulus.

187. AVG SACR DEAB 1) || ICAVNI. || T. TETRICIVS AFRICAN || D. S. D. D. — Auxerre. Caylus *Recueil. T. VII.* p. 291.

1) Augustis sacrum deabus Icauni, hodie *Yonne*. Caylus AVG. explicat *Augusto*. (*Icaunam*, non *Icaunum* agnoscit Reichard. fol. 36. 1. b.)

188. ARGIOTALVS || SMERTVLITANI F. NAMNIS 1) EQV || ALA INDIANA || STIP. X. ANNO || XXX. H. S. E || EREDES POSVE || RVNT. — Manhemii. Acta Acad. Theod. Pal. 1. p. 21.

1) Namnetes, s. Nannetes, ubi nunc *Nantes*.

189. CL. VARENILLAE. CL. VARENI COS. FILIAE || CIVITAS PICTONVM FVNVS. LOCVM. STATVAM || MONIMENTVM PVBLICVM. M. CENSOR. PAVIVS LEG. AVG. PR. PR 1) PRO || VINC. AQVITAN. COS. DESIG. MARIVS HONOR || E CONTENTVS SVA.



PEC. PONEND. CVRAVIT. — Limoni Pictonum s. Pictaviorum (Poitiers) Millin *Voyage* 4, 2. p. 744. Mabillon. *supplem. de Re diplom.* p. 414.

1) Proprætor. Ceterum et Claudius Varenus et M. Censorinus Pavius Consules in fastis non memorantur. Mabillon habet CLVARENILLIAE CLVARENI. nec M. agnoscit ante CENSOR.

190. M. VEREC. DIOGENES || IIIII VIR. COL. EBOR. ITEMQ. MORT. CIVES 1) BITVRIX CVBVS 2) || HAEC SIBI VIVVS FECIT. — Eboraci. Grut. 485, 1. et correctus ap. Gale. *Ant. Itin. Brit.* p. 24. Omittit tamen, ut vetustate evanida: *Diogenes IIIII Vir.*

1) sic lapis. 2) Gale l. l. Omiserunt, inquit, Camdenus alique (etiam Grut.) post v. *Biturix* literas CVBVS, quae tamen aequae, si non magis conspicuae sunt, ac reliquae. Eas sane interpretatus fueram *Clarissimus Vir Bene Vivens*, nisi sibi Vivus M. Verecundus hoc monumentum fecisset. Haec Gale, quem omnino defecit hic doctrina geographica. Quis nescit Bituriges duplices in Gallia fuisse, Vibiscos, et Cubos? v. Cell. O. A. T. 1. p. 193. HAGENB. Notanda insuper CIVITAS ista in lapp. Gallicanis saepe obvia, veluti in seqq. et infra. N. 276.

191. D. M || MERCATORI . . || SENILIS . . || FILIO CIVI BELLOVA 1) . . . || CALLISTVS . . || POMPEIA . . PATRONO. — Viennae Allobr. Chorier. *Antiq. Vien.* p. 495. 1. Alibi non invenit Hagenb.

1) Bellovaco. (*Beauvais.*)

192. ALBANO. VITALI || EQ. ALAE. DIANA 1) || TVR. BARBI 2) CIVI || TREVERO A. XXX. STP. X. || H. EX. T. F. C. — Woringen. Schannat *Eiflia* T. 1. p. 548.

1) lege INDIANA 2) Turma Barbii.

193. GENIO ARVERNORVM. || SEX. ORCIVS SVAVIS. || AEDVVS. — Ricomagi. Reines. p. 4009, 5. Lanceloto spuria videbatur. *Mém. Acad. des Inscr.* 9, p. 415. In schedis Langermanni ita se habet: GENIO AVER || NORVM || SEXTVS PROCIL. SV || AVIS AEDVVS. — De qua *διτρογοραφία* videsis Hagenb. *Epp. epigr.* p. 128.

194. D. M. || ET MEMORIAE AETERNAE || C. VLATTI MELEAGRI IIIII VIR. AVG. C. C. C. AVG. LVG. 1) PATRONO EIVSDEM || CORPORIS. ITEM PATRONO OMNIUM || CORPOR. LVG. LICITE COEVTIVM || MEMMIA CASSIANA CONIVNX || SARCOFAGO CONDIDIT ET S. A. D. 2) — Lugduni. Grut. 399, 4. correctus ap. Spon *Misc.* p. 170, 3.

1) Coloniae Claudiae Copiae Augustae Lugdunensis. Ita enim efferre praestat, quam *Lugduni.* cfr. Spon. p. 173, 2. Col. Iulia Philippensis — Col. Iul. Pariana cet. 2) sub ascia dedicavit.

195. De monumentis Lugdunensibus consulendus est liber: *Discours sur les médailles d'Auguste et de Tibère, par F. Artaud.* Lyon. 1820. 4. cfr. *Wiener Jahrbücher* 21. p. 157. seqq. ubi de Ara Lugdunensi Romae et Augusto, de alia Augusto soli dicata et Templo Augusti agitur. *Ibid.* habes accuratam repetitionem Arae Narbonensis. (*Wien. Jahrb.* l. l. p. 168.)

196. AVGVSTO SACRVM || ET GENIO CIVITATIS || BIT. VIV. 1) — Burdigalae. (Bordeaux) Grut. 227, 7. Millin *Voyage* 4, 2. p. 645.

1) Biturigum Vivischorum, populi, cuius caput erat Burdigala s. Burdegala. *Ibid.* (Millin. p. 650.) *Inderca Inder || cilli Fil.* quod, ut similia, notandum, propter nomina Gallica.

197. C. ALLIO. C. F. || VOLT. CELERI || III VIR. FLAM. || AVGV. COL. I. || APT. 1) EX. V. DEC. 2) || VORDENSES 3) || PAGANI PATRONO. — Aptae. Spon *Misc.* p. 164, 4.

1) Col. Iuliae Aptae. 2) ex vicinorum decreto. HAGENB. Mss. 3) Pagum Vordensium in territorio urbis *Apt en Provence* Geographis ignotum esse scribit Sponius. At quum inter Apt et Carpentras in finibus Aptensium sit vicus Gordes, Vordenses eo minus etiam latere possunt, quod G. et W. Celtis millies alternent. HAGENB. Mss. Idem sentit Reichardus.

198. L. ET. INNONI. B. OP. || IMPER. PONI. || NEMAVSENSES. — Ledemoni prope Nemausum. Reines. p. 1007, 2. Spon *Misc.* p. 80, 17. »Vide si sine mutatione ullius literulae possit ita legi: »Letinnonibus Oppidanis imperaverunt p. N.,» ob meritum nescio quod, ut Civi in inopia Astenses sustentanti Resp. Astensis lapidem ponit ap. Spon *Misc.* p. 159, 5. Lettinones autem fuerint incolae Ledemoni.» HAG. Hos ignorat Reichard.

199. C. SENNIUS C. F. VOL. SABINUS. PRAEF. FABR || BALINEVM. CAMPVM PORTICVS AC. AQVAS. IVSQVE || EARVM AQVARVM TVBO DVCNDARVM. ITA VT RECTE || PRAEFLVERE POSSINT. VICANIS ALBINNENSIBVS. D. S. D. — Alby in comitatu Genevensi. Maffei *Ant. Gall. sel.* p. 21. Mur. 485, 3.

200. MEMORIE AETERNALI || AEBVTI AGATHONI || IIII VIRO AVG. CORP COL. IVL. || PATER. AREL. 1) CVRAT. EIVS || DEM CORP. BIS. ITEM IIII VIRO COL. IVL. APTAE || NAVITAE ARARICO CVRATORI || PECVLII RP. GLANICO. 2) QVI || VIXIT ANNOS LXX || AEBVTIA EVTYCHIA PATRO || NO ERGA SE PIENTISSIMO. — Glani Livii, hodie Saint Remy. Caylus *Recueil* T. VII. p. 263.

1) Coloniae Iuliae Paternae Arelatensis. 2) Reip. Glanicorum.

201. SEXLMIVLIEICFPARENTIBVSSVEIS. 1) — Glani prope Saint-Remy; inscriptio Mausolei. Millin *Voyage* 3, p. 397.

1) i. e. Sextus, Lucius, Marcus Iulii, Caii filii — Huc titulum istum sepulcralem collocavimus, quia inter eruditos Gallos celebratur propter duodecim minimum interpretationes diversas, quos adhuc expertus est.

202. PAGANI PAGO LVCRETI 1) QVI SVNT || FINIBVS ARELATENSIVM LOCO GARGARIO || Q. COR. MARCELLI LIB. ZOZIMO IIII VIR || AVG. COL. IVL. PATERNA ARELATE OB || HONOREM EIVS. QVI NOTVM FECIT || INIVRIAM NOSTRAM OMNIVM SECVLORVM || SACRATISSIMO PRINCIPI T. AELIO ANTONINO || . . . . R. ROMAE MISIT. PER MVLTOS ANNOS || AD PRAESIDES PROVINCIAE PERSECVTVS EST || INIVRIAM NOSTRAM SVIS IMPENSIS OB HOC || DONAVIT NOBIS IMPENDIA QVAE FECIT || VT OMNIVM SECVLORVM SACRATISSIMI PRINCIPIS IMP. CAES. ANTONINI AVG. || PII BENEFICIA DVRARENT PERMANERENTQVE 2) || QVIBVS FRVEREMVR . . . S ET BALINEO GRATVITO QVOD || ABLATVM ERAT PAGANIS . . . QVOD VSI FVERANT || AMPLIVS ANNIS XXXX. — In pago Gemenos 4. Leucis ab Aquis Sextiis. Spon *Misc.* p. 165, 1. —

1) Pagus Lucretius Geographis ignotus situs erat prope locum *S. Jean de Garguies*, ubi reperiuntur lapides. 2) ita Spon *Voy.* T. 3. 1. p. 32. in *Misc.* habet: *permanerentque.*



203. Q. VIBIO SECVNDINO || QVI VIXIT AN. XII. M. VI. D. VIII || Q. VIBIVS Q. FIL. SALIN. CAPITO || FILIO SVpra MODVM AETATIS || PIENTISSIMO || SIBI POSTERISQVE SVIS FECIT. — In Provincia ad Varum. Spon *Misc.* p. 198, 4. Notandum patriam (SALINIensis, hodie *Castellane* Spon. s. potius *Seillans* D'Anville p. 563.) h. l. ante cognomen legi, quo loco alias tribus legi solet. Eundem usum in libertorum patria indicanda deprehendisse sibi visus est Gudius. Ind. C. XII. s. v. *Agor. et Thars.* Sed hoc prorsus incertum.

204. NVMINI AVGVSTI || SACRVM || SECVNDVS SEMBEDO || NIS FIL. NOMINE || VICANORVM AQVEN || SIVM. ET SVO FECIT. — Bagnères, apud antiquos vel Aquae vel Vicus Aquensis, ut vult Millin; sed illud praefero. Grut. 112, 7. Millin *Voyage* 4, 2. p. 490. In eodem oppido (ib. p. 491.):

205. NYMPHIS || PRO SALV || TE TVA SE || VER. SERA || NVS. V. S. L. M. — Ceterum Reichard. fol. 29, 1. b. Aquas Convenarum habet pro Bagnères. v. Millin.

206. D. R. S. <sup>1)</sup> || DVPL. N. EXPLOR <sup>2)</sup> || BREMEN. ARAM IN-STITVERVNT || N. <sup>3)</sup> EIVS. C. CAEP || CHARITINO TRIB || V. S. L. M. — Bremeni, unde Bremenienses vel Brementani, hodie Riechester. Mur. 111, 1.

1) Dianae Reginae Sacrum. Mur. An Deae Romae s. an Deae Respicienti i. e. Fortunae, an Deae Reginae ex Mur. 112, 9. (IN H. D. D. || DEAE REGINAE || VICANI SE || GORIGIENSES. — Infra Coloniam Agrippinam. Segorigium, Woringen. v. Reichard.) HAGENB. 2) *Duplarii Numeri Exploratorum.* 3) *numini eius* Mur. Malim *Nomine eius* scil. *Numeri, τάγματος.* HAGENB.

207. — — — DEC. COLONIAE GLEV <sup>1)</sup> || VIX. AN. . . . I. XXX QVI — — — Batoniae in Anglia. Grut. 498, 3.

1) Glevum, Glebon, hodie Gloucester, olim Caer - Glovi. Reichard.

208. GN. MVNATIVS. M. F. PAL || AVRELIVS BASSVS || PROC. AVG || PRAEF. FABR. PRAEF. COH. III. || SAGITTARIORVM. PRAEF. COH. ITERVM II. || ASTVRVM. CENSITOR CIVIVM || ROMANORVM COLONIAE VICTRI || CENSIS. QVAE EST IN BRIT-TANNIA || CAMALODVNI. <sup>1)</sup> CVRATOR || VIAE NOMENTANAE. PATR. EIVSDEM || MVNICIPI. FLAMEN PERPETVVS || DVVMVIRALI POTESTATE || AEDILIS DICTATOR. <sup>2)</sup> IIII. — Prope novum Nomentum. Grut. 439, 5. emendatius ap. Fabrett. p. 29, 129.

1) hodie Colchester. 2) Grut. DEDICATOR. Sed cfr. Cap. de Remun. Otto *Aedil.* p. 433. Marini *Atti* 1. p. 258. — *Censitor civium Romanorum* est etiam ap. Gud. 130, 9.

## §. 5. H E L V E T I A.

A. Lapides in Valle Poenina, (Grut. 376, 6.) sive Valesia (quo vocabulo usus est Simlerus nostras) (*Wallis*) reperti.

a) AGAVNI s. TARNAIAE, (*St. Maurice.*)

209. IMP. CAES || DIVI. F. AVGVST. || COS. XI. TRIBVN. POTEST <sup>1)</sup> || PONTIFICI MAXIMO || NANTVATES PATRONO. —

AVFIDIO CORESINO MARCEL. LEG. LEG. EIVSDEM. XVI. KAL. MAIAS || D. N. . . . . AVG || COS. — Dedekirchen prope Bonnam. Grut. 103, 11. *Septimia* de tribu explicat Gorius *not. ad. Don.* VI. 139. p. 263., quae tamen alias nusquam reperitur. Melius sane Scalig. in *Ind. geogr.* iunctim Septimiam Sisciam de patria accepit. Doleo Coss. nomina in saxo corrupta, ex quibus de tempore constaret, an forte Siscia fuerit ab Imp. Septimio Severo *Septimia* dicta. Ita quod apud Grut. 545, 9. est:

506. D. M || IVLIO IVLIANO || EVOK. AVG. DOMO || SEPTA-  
QVINCI EX PANNONIA. INFERIORE || IVLII SERENVVS ET IVLIA ||  
NVS FILII ET HEREDES || PATRI KARISSIM. B. M. F. C. — Romae. Scaliger *Ind.* X. accipit SEPTA QVINCI. Cellarius *N. O. A.* p. 568. iunctim legit *Septaquinçi*: nonne vero praestat dividere ita: SEPTimii AQVINCI? nam qui *Septaquinçi* meminerit, nemo est; nemo qui *Septae Quinci*. HAGENB. Mss. Similia prorsus ad haec saxa adnotavit Hultmann *Misc. Epigr.* p. 67. seqq.

1) Minerviae.

507. IMP. CAESARI. C. MESSIO QVINTO TRAIANO DECIO P. F. AVG. P. M. TR. POT. COS. IMP. P. P. RESP. ANDAVT. 1) D. D. — Stenevecz prope Agram. v. Andreae Blaskovich de Blaskovez *historia universalis Illyrici.* Zagrab. 1794. fol.

1) Blaskovich interpretatur *Andautonium*: nescio quam vere. Videndum ne sit *Anduetium* Ptolemaei.

508. IMP. CAES. FL. VAL. CONSTANTINVS || FELIX. MAXI-  
MVS || AQVAS. IASAS. 1) OLIM. VI. IGNIS. CONSVMTAS || CVM  
PORTICIBVS ET OMNIBVS ORNAMENTIS || AD PRISTINAM FA-  
CIEM RESTITVIT || PROVISIONE. ETIAM. PIETATIS SVAE ||  
NVNDINAS. DIE SOLIS. || PERPETI. ANNO 2) CONSTITVIT ||  
CVRANTE VAL. CATVLLINO. V. P. P. P. PP. SVPER. 3) — Warasdin in Croatia. Schoenwisner *Antiq. Sabar.* p. 397. Muchar 1. p. 397.

1) Iasos ad Dravum fl. habitantes memorat Plin. 3, 28. 2) id est: per totum annum. 3) Vir perfectissimus, Praepositus Pannoniae superioris.

509. \*I. O. M || ROMVLO PARENTI || MARTI AVXILIATORI ||  
FELICIBVS AVSPICIIS || CAESARIS DIVI NERVAE || TRAIANI  
AVGVSTI || CONDITA COLONIA || DACICA || SARMIZ. 1) || PER ||  
M. SCAVRIVM || EIVS PROPR. — Varhel in Transilv. Grut. 6, 3. Inscriptio admodum suspecta, immo manifesto spuria.

1) Sarmizegetusa.

510. D. M. ZIAI || TIATI FIL. DACAE. VXORI || PIEPORI RE-  
GIS || COISSTOBOCENSIS 1) || NATOPORVS ET DRIGISA AVIAE ||  
CARISS. B. M. FECERVNT. — Romae. Mur. 1039, 3.

1) Capitol. in *Anton. Philos.* C. 22. iungit Alanos, Peucinos, *Costobocos*. Ammian. Marc. 22, 8, 42. *Costobocae*. fortasse iidem qui *Cistobocae* in Moldavia. Mannert. p. 269.

511. IMP. CAESAR || T. AELIVS HADRI || ANVS ANTONINVS  
AVG. PIVS. COS. III. TRIB. POT. II. P. P. AQVAEDVC || TVM IN



NOVIS ATHENIS COEPTVM || A DIVO HADRIANO PATRE SVO ||  
 CONSUMMAVIT DEDICAVITQVE. — Grut. 177. 4. ex Apiano p. 29.  
 ad Mediolanum hunc lapidem referente, unde Salmas. ad Spart. C. 20.  
 p. 185. H. Cluverius in *Ital. Antiq.* f. 242. mire argutati sunt de Medio-  
 lano ob literarum studia ibi florentia ab Hadriano Novarum Athenarum  
 nomine insignito. Verius ea de re Scaliger ad *Euseb.* p. 215. *Ed.* 1658. At  
 nemo animadvertit Apianum ipsum errorem suum correxisse, p. 499.  
 eâdem inscript. repetitâ cum epigraphe: „Athenis ad fauces aquaeductus  
 extra civitatem ad mille passus.” Confirmavit postea Spon *Voyage* T. 2.  
 p. 171. *Misc.* p. 345. Pocock. p. 55, 56. Itaque egregie isthoc titulo  
 illustratur Spartiani locus l.: *multas civitates Adrianopolis appellavit, ut  
 ipsam Carthaginem et Athenarum partem. Aquarum etiam ductus infinitos  
 hoc nomine nuncupavit.* Athenarum tamen partem illam non tam Adria-  
 nopolin quam Νέας Ἀθήνας Ἀδριανῶς appellasse videtur, ut, teste Ste-  
 phano Byz., Olympium in insula Delo. Quanti referat vera marmorum  
 loca sciri, vel hoc exemplo illustri docemur. HAGENB.

## §. 8. ASIA MINOR. AEGYPTVS. AFRICA.

512. DIVI IVLĪ FLAMINI || C. ANTONIO M. F. || VOLT. RVFO.  
 FLAMIN || DIVI AVG. COL. CL. APRENS. || ET COL. IVL. PHI-  
 LIPPENSIS || EORVNDĒM ET PRINCIPI. 1) ITEM || COL. IVL.  
 PARIANAĒ. 2) TRIB || MILIT. COH XXXII VOLVN||TARIOR. TRIB.  
 MIL. LEG. XIII || GEM. PRAEF. EQVIT. ALAE. I || SCVBVLO-  
 RVM. || VIC. VII. — Inter rudera Troiae. Spon *Misc.* p. 173, 2.  
 Mur. 1101, 1. Pocock. p. 41, 1.

1) Principali ac Primario eiusdem urbis. Mur. 466, 4. Sic: *Princeps Nicopolita-  
 norum.* Grut. 472, 4. *Habitans primas.* Camden *Britt.* p. 662. 2) Parium, hodie  
 Kemares s. Kimere. Reichard.

513. . . . . ES 1) ORBIS ET PROPAGATORES GENERIS HV-  
 MANI D. D. N. N || DIOCLETIANVS . . . . . SSIMI IMPP. ET CON-  
 STANTIVS ET MAXIMIANVS || NOBB. CAES. CASTRA FELICI-  
 TER CONDIDERVNT || . . . . . NTES OSSIANO HIEROCLETE V.  
 P. 2) || PRAEF. PROVINCIAE D. N. M. Q. 3) EORVM. — Palmyrae.  
*Philos. Transactions* 1695. p. 101. Mur. 257, 4.

1) Exstat titulus in zophoro aedificii, cuius imaginem descripserunt Editores *Ruina-  
 rum Palmyrae* in *Marmor. Palmyr.* p. 27., ad quod fragmentum simul adnotarunt,  
 voc. *Castrorum* non respicere ad munimenta Cercensii, ut existimarunt nonnulli, sed ad  
 ipsam Palmyram, quam Stephanus φρούριον appellaverit. Evanida sic restituenda:  
*Rector* ES. — *Diocletianus et Maximianus sancti* SSIMI. — *curante* SOSSIANO. v.  
 Saxii *Miss.* 4. p. 31. 2) Viro perfectissimo. 3) devoto numini maiestatique.

514. IMP. CAESARI DIVI T . . . || PAR . . CI F. DIVI NER . . . ||  
 A. N. HADRIANO AV . . . || PONTI. MAX. TRIB. PO . . || COS. III.  
 P. P || COL. IVL. AVG. FEL. BE . . . 1) — Prope Berytum. Donati 2.  
 p. 464, 9.

1) *Berytus.*

515. D. M || TI. CLAVDĪ. APOLLINA||RIS V̄. VICT 1) || NAT.  
 ARADEVVS 2) || VIX. AN. XXXXIII || MIL. AN. XXVI || SACCIDIA

ANTIOCHIS CONI. B. M. P. C. — Ad Classem. Donati 2. p. 288, 5.

1) Quinqueremi Victoria. 2) pro *Aradius*, ex Insula Arado.

516. C. CAMVRIO C. F. || LEM. CLEMENTI PRAEF. FABR. III. 1) PRAEF. I. D. IMPER || CAES. TRAIANI AVG. PRAEF. COH || VII RAET. EQVIT. 2) TRIB. MIL. COH || VLPIAE PETREOR. MILLIAR || EQVITI. 3) PRAEF. ALAE PETRIANAE 4) || MILLIAR C. R. BIS TORQVATAE 5) || PROC. AVG. AD MINICIAM || PROC. AVG. EPISTRATEGIAE || SEPTEM. NOMOR. ET ARSINOITAE 6) TREIENSES 7) PATRON || OB MERITA EIVS DECR. DEC || PVBLICE || L. D. D. D. — In agro Attidii. Mur. 686, 6. et iterum 1096, 3.

1) nota Praef. Fabrum quartum. nam ita potius iungendum erit, quam: Quartum Praef. Iuri Dicundo. 2) De cohortibus quoque, non alis tantum, equitatis egit post Schelium, Fabr. *Col. Trai.* p. 207. cfr. Grut. 547, 3. H. 3) l. EQVITatae. Ceterum Petrei, qui fuerint, incertum, nisi intelligendi *Πετροίτοι* Arabes, in Chron. Alex. apud Scal. in *Euseb.* p. 268. HAGENB. 4) Non ausim PRAETOR. et PRAETORIANAE cum Murat. admittere. In Grut. 572, 3. est EMeritus ALae PETR. HAGENB. 5) In Fabrett. p. 140, 149. *Praef. Alae Moesicae Felicis Torquatae.* quae epitheta notat ibi Fabr. esse rarissima. Nostra Ala etiam *bis torquata*, unde colligo *Alas torquatas* videri dictas, quae ob eximiam virtutem integrae *torque* fuerint donatae, quod nostrae bis contigerit. HAGENB. 6) Inferior superioris Aegypti pars fuit septem Nomorum, inde Heptanomis dicta, quorum septem nomorum unus a metropoli sua Arsinoe dictus est Arsinoites. Sed nomos ille sub septem iam est comprehensus. Fuerunt et aliae *Arsinoe* dictae urbes; placet de Arsinoe ad Arabicum sinum. Iuvat egregie Plinius H. N. L. 5, 9. *Arsinoitae duo sunt* (nomi) cet. Ab Aegypti Babylone ad Heroopolin vel Arsinoen ad sinum Arabicum ducta erat fossa Traiani, sub quo Imp. noster facile praefuerit septem nomis et Arsinoitico nomo praeterea ad Arabicum sinum. HAGENB. 7) *Treienses* Piceni populus. Mur. 1096, 3. Contra 686, 6. TREIENSES, unde parum probabiliter coniecit Mur. ATTIDIENSES.

Inscriptiones statuae Memnonis praecipuae:

517. A. INSTVLEIVS TENAX PRIMIPILARIS LEG. XII || FVLMINAT. ET VALERIVS PRISCVS A 1) LEG. XXII || ET L. OVINTIVS 2) VIATOR. DECVRIO. AVDIMVS MEMNONEM. ANNO XI NERONIS IMP. 3) XVIII. KAL. APRIL. — *Description de l'Égypte. Paris 1821. T. 2. p. 220. correctius in Letronne Recherches pour servir à l'histoire de l'Égypte p. 355. et 472.*

1) centurio. 2) f. QVINTIVS Letronne. 3) nota vulgarem Aegyptiorum per annos Imp. numerandi usum, in Inscriptt. Latinis alias non inveniendum. v. Eckhel *D. N.* 5, p. 456. Raoul-Rochette in *Journal des savans Avril 1824.*

518. M. VLPIVS PRIMIANVS. PRAEF. AEG. || VI. KAL. MARTIAS. D. N. IMP. SEVERO AVG. COS. ITERVM. 1) HORA || DIEI SECVNDA, AVDIVI MEMNONEM. EGI GRATIAS. — *ibid. v. Description de Thèbes p. 115. (227.) Letronne. l. l. p. 264.*

1) p. Chr. 194.

519. S. MITHRIDATICVS TRIBVNVS || LEG. XXII. DEIOT. XIII. K. IVL. || MEMNONEM AVDIVI H. I. — *Description de l'Égypte Paris 1821. 8. T. 2. p. 223.*

520. FVNIS VENNA VERTVILLA || C. CETTI AFRICANI PRAE. AEG. || VXOR AVDIVI MEMNONEM || PRIDIE FEBR. 1) HORA



Ī. S || ANNO I. IMP. DOMITIANI AVG. || CVM IAM TERTIO VENISSEM. — *Ib.* p. 215.

1) nota omiss. *Kal.* Eadem ex alia lectione: IVNIA SILVANA VE . . . || GLELIA AFRICANI || VXOR AVDI. MEMNONEM PRID. FEBR. HORA II. || ANNO I. IMP. DOMITIANI AVG. || CVM IAM TERTIO VENISSEM. — *Pococke.* p. 81. 3. (Hora 1 S. i. e. prima semis.)

521. SEX. LICINIVS PVDENS LEGIONIS XXII. || XI. K. IANVARIAS. ANNO IIII D. N. 1) || || DOMITIANI CAESARIS AVGVSTI || GERMANICI AVDI MEMNONEM. — *Description* p. 220.

1) Domini nostri titulo primus usus est Domitianus.

522. ANNO V. HADRIANI || IMP. T. HATER. . . || NEPOS PRAEF. AEG AVDIT MEMNONEM || XII. K. MART. HORA I-S. — *Ibid.* p. 215.

523. PETRONIVS PRAEF. AEG. 1) || HORAM CVM PRIMAM CVMQVE || HORAM SOLE SECVNDAM . . . E || PROLATO OCEANO LVMINAT || ALMA DIES || VOX AVDITA MIHI EST TER || BENE MEMNONIA. — *Ib.* p. 221.

1) De Praefectis Aegypti ordinandis praeclare meritis est *Labus di un' epigrafe Latina* p. 49. seqq.

524. CLAVDIVS MAXIMVS || LEG. XXII. AVDIVI MEMNONEM || HORA I SEMIS. C. AEMILIVS || HORA PRIMA SEMIS AVDIVI VOCEM MEMNONIS. — *Ex Nordenio Langlès in Millin Mag. Encycl.* 1796. 3. p. 334.

525. D. M. || MEMORIS || FILI || AVRELI || CANARTHAE || PRINCIPIS GENTIVM || BAQVATIVM 1) || QVI VIXIT || ANN. XVI. — *Romae. Marini Iscriz. Alb.* p. 101. v. *Fabrett.* C. V. N. XXXII.

1) *Populus Mauritaniae Tingitanae.*

526. C. IVLIO REGINO. DECVRION || KARTHAG. AED. II VIR QVINQVENNALICIO. GENTIS SEVERI || . . . . . || . . . . CVRATOR || SPLENDIDISSIMAE REIPUBLICAE. || THIMIDENSIVM REGIORVM. 1) ORD || DECVRIONVM EX SPORTVLIS SVIS || OB MERITA D. D. — *Nunc Florentiae. Marini Atti.* 2. p. 400. correctius, quam ap. *Murat.* 1059, 1.

1) v. *Marini Atti* p. 424. Ceterum de Africae veteris situ et oppidis in primis consulendus est *Morcellius in Africa christiana.* Vol. I.

527. D. M. S. || SILICIANA || MGIDDE - DO || MOAFFRIKA. 1) EXIMIA PIETATE || FILIVM SECVTA || HIC SITA EST || VIXIT AN. LXV. CR. IANVARIIVS FIL. POSVIT. — *Courseult. Mur.* 1278, 9.

1) Ingeniose haec ita dilucidat *Hultmann Misc. Epigr.* p. 88. *Silicia* NATA Municipio GIDDE (alias *Gitti*: *Itin. Ant.* ed. *Wessel.* p. 60.) domo Africa, ut alibi, notante *HAGENB., Domo Cilix, Domo Siculus.* Nec minus probabiliter in alius feminae *Afrae* titulo sepulchrali versatus est idem *Hultmannus* p. 97.:

528. VICTORIA DE REGIONE MADMEDERE || NSIVM 1) QVAE BIXIT ANN. XXXVI. QVE FECIT CVM MARITVM ANN. XIII. ET || MESES V ET DIES X. REMISIT FILIOS V. TÈ IN PACE. — *Romae. Mur.* 1056, 2.

1) legens *de regionem* (ead. constr., qua mox *eum maritum*) *Admederensium* in

Africa. cfr. Marini *Atti* 2. p. 405. Ita *Procurator regionis Thevestinae*. Maffei *Mus. Ver.* 272, 10. Omnino magnum libri Hultmanniani meritum in eo spectatur, quod erudite geographicas inscriptionum difficultates permultas solvit.

Complura saxa Africana, eius regionis geographiae illustrandae perquam utilia reperies in Maffei *Mus. Ver.* p. 455. seqq. v. c. 463, 1. v. c. de Colonia Auziensi, Taciti *Auzea*:

529. Q. GARGILIO Q. F . . . || PRAEF. COH . . . BRITAN ||  
 TRIB. COH. MAVR. CAE . . . || PRAEF. COH. SING. ET VEX <sup>1)</sup> ||  
 EQQ. MAVROR. IN TERRITORIO || AVZIENSI PRETENDENTIVM <sup>2)</sup> ||  
 DEC. DVARVM COLL. <sup>3)</sup> AVZIEN||SIS ET RVSCVNIENSIS ET PAT. ||  
 PROV <sup>4)</sup> OB INSIGNEM IN CIVES AMOREM ET SINGV||LAREM  
 ERGA PATRIAM ADFEC||TIONEM. ET QVOD EIVS VIR||TVTE AC  
 VIGILANTIA FA||RAXEN <sup>5)</sup> REBELLIS CVM SA||TELLITIBVS SVIS  
 FVERIT || CAPTVS ET INTERFECTVS || ORDO COL. AVZIENSIS ||  
 INSIDIIS BAVARVM <sup>6)</sup> DE||CEPTO . . . — in urbe Sour.

1) *Singularium et Vexillationum.* 2) cfr. Grut. 1096, 6. *Praeposito numerorum tendentium in Ponto.* It. 457, 6. 467, 1. Maff. 3) *Coloniaram.* cfr. Morcellii *Afric. Christ.* T. 1. p. 89. et 264. (*Auzuagenses* et *Rusconienses* is vocat.) 4) *Patroni* Provinciarum vix alias reperiuntur. 5) Eiusmodi plane nomina permulta leguntur in Corippi Iohanneide. v. c. *Antufiden*, *Bitipten* cet. 6) Docte Ptolemaei *Vabar* adductum a Maffeo. v. Cellar. *O. A. T.* 2. P. 2. p. 192. HAGENB. Ceterum ex Shawio *Voyage* 1. p. 104. dat etiam Donatus. T. 2. p. 287. initio habet *Praef. Coh . . .* *Britaniae. Trib. Co . . . MAVRCAE.* in fine post *decepto* addit: P. P. F. D. D. VIII. KAL. FEBR. PR. CCXXI. — Quae ultima, nisi immanis subest corruptela, animadversione sunt dignissima, si quidem modum annos enumerandi continent alias vix occurrentem. Provinciae, i. e. ex quo Numidia in provinciam redacta est, anni CCXXI. Id autem evenerat temporibus C. Iulii Caesaris. a. 46. ante Christum. v. Hirtius *Bell. Afric.* in fine. Appiani *Bell. Civ.* 4, 53. Itaque, nisi erramus, inscriptio haec referenda erit ad a. p. Chr. 176.

530. PONTI || C. HELVIO C. F || ARN. HONORATO || AEDIL.  
 II VIR. II. VIR. QQ . . || . . CVRAT. ALIMENT. DISTRIB || OB  
 INSIGNES LIBERALITA||TES IN REMPVB. ET CIV <sup>1)</sup> || AMOREM  
 VIRO BONO || COL. FVL. <sup>2)</sup> CVRVBIS DD. PP. <sup>3)</sup> — Gurbae. ib. 463, 3.

1) cives. 2) „Id est, *Colonia Fulminatrix*, ut ego quidem legendum puto, cognomine a legione accepto, quam illuc M. Aurelius Aug. deducendam curaverit.” Morcelli *Africae Christianae* T. 1. p. 149. 3) Decurionum Decreto Publice Posuerunt.

531. ALTISSIMO. <sup>1)</sup> SAECVLO DDD. NNN <sup>2)</sup> || ORB . . . TORI . . . <sup>3)</sup>  
 INDVLTATA PACE || CIVI. <sup>4)</sup> THIGNICENSIS PROC. <sup>5)</sup> — Thignicae  
 (nunc *Thigiba*) Donati 2. p. 344, 1. cfr. 343, 7.

1) fuitne: BEATISSIMO? 2) trium dominorum nostrorum. 3) Orbi terrarum? 4) civitas. 5) Procuravit.

532. . . . REIPVBLICAE SPLENDI||DISSIMAE COTVZAE SA-  
 CRAE || VALERIVS IANVARIVS . . . — Cotuzae, hodie *Al Aleah*.  
 Donati 2. p. 335, 9. ex Shawio.

533. IMP. CAES. P. LICINIO. || VALERIANO. PIO. FELICI ||  
 INVICTO. AVG. P. MAX. TRIB. POT. V. || COS. III. P. P. PROCOS. ||  
 ORDO DECVRIONVM TAB. . . || DENSIVM. <sup>1)</sup> FECERVNT. — Goletta,  
 in ipsis Carthaginis ruderibus. Muenteri *symbolae ad interpr. Ev. Ioannis*.  
 Havniae 1826. p. 14.

1) Tabuda, quae et Thapsus Byzacensis.



## CAPVT II.

## MONVMENTA HISTORICA.

## §. 1. ELOGIA.

Elogia historica, quae sequuntur, omnia fere Maffieio A. C. L. p. 126. novitatis nomine suspecta erant, quum iam ante Muratorius de plerisque dubitasset. Sed sincera esse antiquitatis monumenta ea saltem, quae hic exhibebuntur, demonstravit Morcellius *St. T. 1. p. 256.* egregie simul de eorundem usu atque origine disputans. Accedit nunc ad Florentina et Arretina eius generis saxa insigne Pompeianum, Romuli res gestas referens, quod novo documento nobis erit, antiquos tales titulos virorum clarorum statuis vel clypeis subscribere consuesse. Quaecunque eius generis mihi innotuerunt, ea hic exhibeo \*).

534. ROMVLVS MARTIS || FLIVS VRBEM ROMAM || condidIT  
ET REGNAVIT ANNOS || QUADRAGINTA ISQVE ACRONE DVCE  
HOSTIVM REGE CAENINENSIVM || INTERFECTO SPOLIA OPIMA ||  
IOVI FERETRIO CONSECRAVIT || RECEPVSQVE IN DEORVM ||  
NVMERVM QVIRINI NOMINE || APPELLATUS EST. — Pompeiis in basi  
statuae. (Romuli?) Millin *Annual. encycl. 1818. 1. p. 324.* von Goro p. 131.  
Quae inclinatis literis excudi fecimus, supplementa sunt partim Romanelli, partim Feac. Reliqui auctores quum Romuli regno tribuant vel 35. vel 37. (Cic. *de Rep. 2, 10.*) vel denique 39. annos, Romanellius suppleverat P. M., plus minus quadraginta; sed, notante Fea, haec for-

\*) Il Morcelli sospettò, che questi elogi fossero copia dei titoli sottoposti alle statue fatte innalzare da Augusto nel foro Romano, in onore de' più insigni repubblicani; e parve inchinato a credere che venissero dettati da Augusto stesso. Queste opinioni furono a lungo esposte non ha guari dal ch. Bartolommeo Borghesi, (*Giornale Arcadico 1819. Vol. 1. p. 60.*) il quale aggiunse essere da sospettare che le vite degli uomini illustri, che vanno sotto nome di Aurelio Vittore (se ne ignora però il vero autore) siano una antica *collettanea* dei titoli, che ornavano la basilica, o il foro di una qualche città. — Questa opinione del ch. Borghesi merita più ragionate ricerche prima di essere abbracciata; non essendo questo il luogo opportuno, ne tacerò per ora; aggiugnendo solo come io sia di parere che questi elogi fosser dettati da Capitone; il quale a dire di Plinio (*Lib. 1. Ep. 17.*) onorando religiosamente i grandi uomini soleva scrivere sotto le immagini di essi la memoria delle gesta, e delle virtù onde ebbero fama. — Cardinali *Iscriz. Velit. p. 78.*

mula serioris aevi est, neque exstat in lapidibus ante titulum *Rhodonis*, Domitiae Augustae servi, ap. Grut. 590, 2.

535. M. VALERIUS || VOLVSI F. || MAXIMUS. || DICTATOR. AVGV. PRIMVS 1) QVAM VLLVM MAGISTRATVM GERERET || DICTATOR DICTVS EST. TRIVMPHAVIT || DE SABINIS ET MEDVLLINIS. PLEBEM || DE SACRO MONTE DEDVXIT. GRATIAM || CVM PATRIBVS RECONCILIAVIT. FOENORE 2) GRAVI POPVLVM SENATVS HOC || EIVS REI AVCTORE LIBERAVIT. SELLAE || CVRVLIS LOCVS IPSI POSTERISQVE || AD MVRCIAE SPECTANDI CAVSSA DATVS || EST. PRINCEPS IN SENATVM SEMEL || LECTVS EST. — Arretii. Gori *Etr.* 2. p. 235. Morelli 1. p. 261., qui in his omnibus semper conferendi sunt.

1) Fuitne PRIVS? 2) pro *fenore*, suspicionem inovert.

536. . . . VEIOS POST VRBEM || CAPTAM COMMIGRA || RIPASSVS NON EST || ETRVSCIS AD SVTRIVM DEVICTIS. AEQVIS ET || VOLSCIS SVBACTIS || TERTIVM TRIVMPHAVIT. QVART . . . . SE || VELITERN . . . . — Florentiae. Gori *Etr.* 1. p. 96. Hoc elogii fragmentum ad Camillum pertinet.

537. . . . ADERENT. 1) CAPITOLIV . . . . || . . . STALES. CAERE. DEDVXIT . . || . . QVE: RITVS. SOLLEMNES. NE || . . . RENTVR. 2) CVRAI. SIBI. HABVIT || . . ERATA. 3) SACRA. ET. VIRGINES || . . . XII. — Romae in Pantheo fuisse dicitur. Aldi *Orthogr.* in v. *sollemne*, Fabrett. p. 751, 584. cuius typum do. Mur. 172, 4; et 491, 1 cum *διπτογραφίας*.

1) VIDERENT Mur. 1. . . RNI CAPITOLINI. Mur. 2. 2) An *violarentur*? 3) VENERATA. Mur. 1. . . DERATA. Mur. 2. Sermo est de Flamine Quirinali, qui, antequam Galli Urbem occupassent, Vestales in oppidum Caere deduxit. Liv. 5, 40.

Incertius est sequens:

538. . . . CONSILII PVBLICIS COS. ANIVM EXPLETVRVS APPI CLAVDII. MORTEM EIVS IVSTITIO PER CONSILIVM OMNES LVXERVNT || CENSVRAM INSIGNIBVS DECORATAM QVAM . . . || — Romae. Apianus p. 231, 1. minus integrum ap. Grut. 495, 2.

539. APPIVS CLAVDIVS || C. F. CAECVS || CENSOR COS. BIS. DICT. INTERREX III. PR. II. AED. CVR. II. Q. TR. MIL. III. COMPLVRA OPPIDA DE SAMNITIBVS CEPIT. || SABINORVM ET TVSCORVM. EXERCITVM FVDIT. PACEM FIERI CVM PYRRHO || REGE PROHIBVIT. IN CENSURA VIAM || APPIAM STRAVIT. ET AQVAM IN || VRBEM ADDVXIT. AEDEM BELLONAE || FECIT. — Arretii. Gori *Etr.* 2. p. 237. Morelli *St.* 1. p. 263.

540. . . . BELLO SAMNITIVM || CVM AVSPICII REPERTENDI CAVSSA ROMAM || REDISSET. ATQVE INTEPRIM. Q. FABIVS AMBVSTVS || MAXIMVS. MAGISTER || EQVITVM. INVSSV || EIVS PROELIO CONFLIXISSET . . . . || — Romae.



Grut. 298. 4. v. Borghesi *Nuovi Fasti Cap. 2. p. 12.* Pertinet ad L. Papirium Cursorem dictatorem a. u. c. 429.

541. (Q. Fabius) Q. F. MAXIMVS. || DICTATOR BIS. COS. V. CEN||SOR. INTERREX. II. AED. CVR || Q. II. TR. MIL. II. PONTIFEX. AVGVV || PRIMO CONSVLATV LIGVRES SVBELLIGIT. EX IIS TRIVMPHAVIT. TERTIO ET || QVARTO HANNIBALEM COMPLVRIBVS VICTORIS FEROCEM SVBSEQUENDO COERCIVIT. DICTATOR MAGISTRO || EQVITVM MINVCIO. QVOIVS POPVLLVS IMPERIVM CVM DICTATORIS || IMPERIO AEQVAVERAT. ET EXERCITV || PROFLIGATO SVBVENIT. ET EO NOMINE AB EXERCITV MINVCIANO. PATER APPELLATIVS EST. CONSVL QVINTVM TARENTVM CEPIT. TRIVMPHAVIT. DVX AETATIS SVAE CAVTISSIMVS ET REI MILITARIS PERITISSIMVS || HABITVS EST. PRINCEPS IN SENATVM || DVOBVS LVSTRIS LECTVS EST. — Arretii. Gori *Etr. 2. p. 241.* Morcelli *St. 1. p. 265.*

542. L. AEMILIVS L. F. PAVLLVS || COS. II. CENS. INTERREX. PR. AED || CVR. Q. TR. MIL. TERTIO. AVG. || LIGVRIBVS DOMITIS PRIORE || CONSVLATV TRIVMPHAVIT || ITERVM COS. VT CVM REGE || . . . SE BELLVM GERERET AP || . . . CTVS EST. COPIAS REG || . . . . VS. QVIBVS . . . AC || . . . . DE I . . . . || . . . . S. CEI . . . . || — Arretii. Gori *Etr. 2. p. 244.*

543. C. MARIVS C. F. COS. VII. PR || TR. PL. Q. AVG. TR. MILITVM. EXTRA SORTEM BELLVM CVM IVGVRTIA REGE NVMDIAE. COS. GESSIT || EVM CEPIT. ET TRIVMPHANS IN || SECVNDO CONSVLATV ANTE CVRIVM SVVM DVCI IVSSIT. TERTIVM || COS. APSENS CREATVS. ET III COS. || TEVTONORVM EXERCITVM DELEVIT || V COS. CIMBROS FVDIT. EX IIS ET || TEVTONIS ITERVM TRIVMPHAVIT || REMPVBLIC. TVRBATAM SEDITIONIBVS. TR. TR. PL. ET PRAETOR. QVI || ARMATI CAPITOLIVM OCCVPAVERANT || VI COS. VINDICAVIT. POST LXX ANNV || PATRIA PER ARMA CIVILIA EXPVLSVS || ARMIS RESTITVTVS VII COS. FACTVS || EST. DE MANVBIBVS CIMBRICIS ET TEVTONICIS || AEDEM HONORI ET VIRTVTI VICTOR FECIT. VESTE TRIVMPHALI CALCEIS || PATRICIIS <sup>1)</sup> . . . . — Arretii. Gori *Etr. 2. p. 248.* Morcelli l. 1. p. 266.

1) Hic ex alio saxo apud Gor. adhaesit MVLTATIVS M. F. vel potius M. VLTATIVS M. F. v. Gori l. 1. p. 264. Aliam in Marii honorem inscriptionem, quae si sincera est, olim probabiliter in eiusdem Tropaeis in Via Flaminia Reg. IX. legabatur, videsis ap. Nardini 3. p. 138. *Ἐπέζω.*

544. M. LIVIVS M. F. C. N. DRVSVS PONTIFEX. TR. || MIL. XVVIR <sup>1)</sup> STLIT. IVDIC. TR. PL. X. VIR. A. D. A. <sup>2)</sup> LEGE SVA || ET EOD. ANNO XVIR. A. D. A. || LEGE SAVFELIA. <sup>3)</sup> IN MAGISTRATV OCCISVS EST. <sup>4)</sup> — Romae. Reines. p. 423, 58., qui

multa incassum molitur. Cfr. Rein. *ad Rup.* p. 406. *Rup. ad Rein.* p. 326, et p. 375.

1) Lege XVir., ut et alibi erratum. HAG. 2) Agris dandis adsignandis. 3) *Servilia* volebat *Rup.* fortasse: *Saufeia*. 4) u. c. 662. Ceterum lapis est Piccartianus, ideoque suspectus.

545. L. LICINIVS L. F. || LVCVLLVS COS. PR. AED. CVR. Q || TR. MILITVM. AVG. || TRIVMPHAVIT DE REGE || PONTI MITRIDATE || ET DE REGE ARMENIAE TI||GRANE. MAGNIS VTRIVSQVE || REGIS COPIIS || COMPLVRIBVS PROELIIS. TERRA || MARIQVE SVPERATIS || COLLEGAM SVVM PVLSVM A || REGE MITRIDATE || CVM SE IS CALCHADONA CON||TVLISSET. OBSIDIONE LI||BERAVIT . . . — Arretii. Gori *Etr.* 2. p. 255. Morcelli l. l. p. 268.

546. Inter manifesto commenticia eiusmodi elogia refero, quicquid contra dicit Morcellius, titulum L. Caecili Metelli, Grut. 377, 4., quem longe etiam corruptiorem exhibet Mazochius: 19, 1. sibi, quod probe notandum, non visum, et a nescio quo exscriptum ex Plinii *H. N.* 7, 45. Item L. Siccii Dentati ap. Reines. p. 448. confictum ex Gellio *L.* 2, 41. Simili denique fraudi debemus sequentem: P. DECIVS DECI. F. || PRIMVM COS. || DE SAMNITIBVS || TRIVMPHANS || SPOLIA EX IEIS || CERERI CONSECRAVIT || ITERVM ET TERTIVM || CONSVL . . . — Romae. ex Mazochio. Grut. 26, 41. Aldi *Orthogr.* p. 757, 5. habet, ut Mazoch. *primo-tertio*. Sed lapidem esse spurium demonstravit Hagenb. *de Diptycho Br.* p. V. „quid praefert Decianus lapis? ipsum Aurelii Victoris *de viris illustr.* initium Cap. XXVII. —”

## §. 2. MONVMENTA HISTORICA A P. VALERIO POPLICVLA VSQVE AD C. IVLIVM CAESAREM, HVIVSQVE AEQVALES.

547. P. VALESIVS VOLESII F. || POPLICVLA || IOVI. IVNONI || SAC. || P. PETRON. RESTITVIT. — Romae. Grut. 6, 5. Hic nequam suspectus esse debet, quum sit titulus, ut habemus nummos, restitutionis. Verum hunc quoque defendit Borghesius *Nuovi Fasti Cap.* 1. p. 46.:

548. \* P. VALESIVS || VOLVSI F. || POPLICOLA || IGNIFERVVM CAMPVM || DITI PATRI. AETER||NAIQ. PROSERPINAI || CONSECRAVIT. LVDOS || Q. EISDEM DIEIS || POPVLI ROMANI || SALVTIS ERGO FECIT. — Romae. Grut. 97, 2. — Quid multa? infeliciter admodum est conversus ex Graecis Zosimi *Lib.* 2, 3. Πόπλιος Βαλέριος Ποπλικόλας τὸ πῦρ Ἀρείου πεδίου Ἄδη καὶ Περσεφόνη καθιέρωσα, καὶ θεωρίας, ἤγαγον Ἄδη καὶ Περσεφόνη ὑπὲρ τῆς Ῥωμαίων ἐλευθερίας. Cfr. *Spon Misc.* p. 3.

549. (C. Duilius. M. F. M. N. *Consol adversum Poenos en Siceli ad Secest*) ANO(s socios Rom. obsidioned crave)D EXEMET LECIONES R(*efecet dumque Poenei m*)AXIMOSQVE MACISTRATOS L(*ecionumque*



duccis ex n)OVEM GASTREIS EXFOCIVNT MACEL(am opidom opp)VGNANDOD CEPET ENQVE EODEM MAC(istratod bene r)EM NAVEBOS MARID CONSOL PRIMOS C(eset socios) CLASESQVE NAVALES PRIMOS ORNAVET PA(ravetque) CVMQVE EIS NAVEBOS CLASEIS POENICAS OM(neis et max) SVMAS COPIAS CARTACINIENSIS PRAESESTE(d sumod) DICTATORED OL(or)OM IN ALTOD MARID PVCN(ad vicet) XXXQVE NAVI(s cepe)T CVM SOCIIS SEPTEM (milibos quinresm)OSQVE TRIRESMOSQVE NAVEIS (XIV. merset. tonc aur)OM CAPTOM NVMEI φφφ DC . . . (pondod arcen)TOM CAPTOM PRAEDA NVMEI cccIccc (pondod crave)CAPTOM AES cccIccc cccIccc cccIccc cccIccc cccIccc cccIccc cccIccc cccIccc cccIccc cccIccc . . . . . (is qu)OQVE NVALED PRAEDAD POPLOM (rom. deitavet atque) CARTACINI(ens)IS (ince) NVOS D(uxet triumphod cum XXX rostr)EIS (clasis) CARTA(ciniensis captai quorum erco S. P. Q. R. hanc colomnam eei P.) — Inscriptio Columnae rostratae Duilii. v. Ciaccou. in *Col. Rostr. Inscr. in Graev. Ant. R. T. IV. p. 1811.* Nos Grotefendii lectionem ac supplementa exhibuimus. (*Lat. Grammatik. 2. p. 292.*) Alia habet Lanzi *Saggio. 1. p. 148.* Supplementa uncis sunt inclusa.



Inscriptiones omnes Monumenti Scipionum extra Portam Capenam detecti a. 1780. et a Viscontio illustrati:

550. CORNELIVS LVCIVS SCIPIO. BARBATVS. 1) GNAIVOD 2) PATRE || PROGNAVVS. FORTIS VIR SAPIENSQVE. QVOIVS FORMA VIRTVTEI 3) PARISVMA || FVIT. CONSOL 4) CENSOR AIDILIS. QVEI FVIT APVD VOS. TAVRASIA. CISAVNA || SAMNIO 5) CEPIT. SVBIGIT OMNE LOVCANA. 6) OPSIDESQVE ABDOVCIT. — *Mónum. degli Scip. Tav. 3. p. 8.* Versus sunt Saturnii. Cfr. Niebuhr *Röm. Geschichte, zweite Ausg. 1. p. 263. et 657.*

1) Proavus Scip. Afric. maioris. 2) *Gnaeo* cum digamma aeol. 3) ita in Tabula aeri incisa. p. 10. *virtute.* 4) u. c. 456. 5) Taurasiam, Cisaunam in Samnio, u. c. 459., ut videtur. 6) omnem Lucaniam.

Supra legitur:

551. AVLLA CORNELIA GN. FILIA HISPALLI. — i. e. Cneii Cornelii filia, Hispali uxor.

552. HONC OINO PLOIRVME COSENTIONT R . . . || DVO-NORO OPTVMO FVISE VIRO || LVCIOM. SCIPIONE. FILIOS BARBATI || CONSOL CENSOR. AIDILIS. 1) HIC FVET . A . . || HEC CEPIT CORSICA. ALERIAQVE VRBE || DEDET TEMPESTATIBVS AIDE MERITO — *Ibid. Tav. V. p. 14.*

1) Versus sunt Saturnii. Hunc unum plurimi consentiunt Romae (potius quam: Romani) honorum optimum fuisse virum, Lucium Scipionem. Filius Barbati — hic fuit apud vos. Consul fuit u. c. 494. Censor 495. Aedilis 466.

Titulus rubricatus eiusdem:

553. L. CORNELIO L. F. SCIPIO || AIDILES. COSOL. CENSOR. — v. *Ib. p. 16.*

554. CN. CORNELIVS CN. F. SCIPIO HISPANVS ¶ PR. AID. CVR. Q. TR. MIL. II. XVII SL. IVDIK ¶ X. VIR SAC. FAG. VIRTUTES GENERIS MIEIS MORIBVS ACCVMVLAVI PROGENIEM GENVI. FACTA PATRIS PETIEL. MAIORVM OPTENVI LAVDEM. VT SIBEI ME ESSE CREATVM LAETENTVR. STIRPEM NOBILITAVIT HONOR.

Ibid. p. 17. Videtur fuisse filius Cn. Scipionis Hispani, Consulis u. c. 578. Alter eiusdem, ni fallimur, filius hunc habet titulum:

555. L. CORNELIVS CN. F. CN. N. SCIPIO. MAGNA SAPIENTIA ¶ MVLTASQVE VIRTUTES AETATE QVOM PARVA ¶ POSIDET HOC SAXSVM. QVOIEI VITA DEFECIT. NON ¶ HONOS. HONORE IS HIC SITVS. QVEI NVNQVAM ¶ VICTVS EST VIRTUTEI. ANNOS GNATVS XX IS ¶ L . . . . .<sup>1)</sup> MANDATVS. NE QVAIRATIS HONORE ¶ QVEI MINVS SIT M . . . . . — Ib. p. 18. Versus sunt Saturnii.

1) *laudi est censeo supplendum, ut laus honori opponatur. Viscontius nimis antiquae supplevit lausis, i. e. lessui, lugubri lamentationi. v. Plant. Trucul. 4, 2, 18. Varro ap. Non. 1, 124. Sed vox ista, modo sit Latina, quartae debet esse declinationis, unde Grotefendius (Lat. Gramm. 2. p. 196, quem omnino consule de his inscript.) praelulit lausibus. Sed nostrum facilius est.*

556. L. CORNELI L. F. P. N. ¶ SCIPIO QVAIST.<sup>1)</sup> ¶ TR. MIL. ANNOS . GNATVS XXXIII ¶ MORTVOS. PATER<sup>2)</sup> ¶ REGEM ANTIOCO ¶ SVBEGIT. — Ib. p. 19.

1) u. c. 588. 2) Scipio Asiaticus.

557. (Co)RNELIVS L. F. L. N. ¶ (Sci)PIO ASIAGENVS ¶ COMATVS. ANNORV. ¶ GNATVS XVI. — Ib. p. 20. Filius est praecedentis.

558. QVEI APICEM INSIGNE DIALIS FLAMINIS GESSISTEI ¶ MORS PERFECIT (t)VA. VT ESSENT OMNIA ¶ BREVIA. HONOS FAMA VIRTVSQVE GLORIA ATQVE INGENIVM. QVIBVS SEI ¶ IN LONGA LICVISSET TIBE VTIER VITA ¶ FACILE SVPERASES GLORIAM ¶ MAIORVM. QVARE LVBENS TE IN GREMIV. SCIPIO RECIPIT TERRA. PVBLI ¶ PROGNAVTVM PVBLIO. CORNELI. — Ib. p. 20. Versus sunt Saturnii. Filius est Africani maioris, pater adoptivus minoris, sive Aemiliani.

[In eodem monumento reperti sunt etiam hi tituli inter XXI alios tum libertorum, maximam partem Corneliorum, tum militum, feminarumque nulla cognatione ad Scipiones pertinentium, ac fragmenta IX:

559. CORNELIA GAETVLICI F ¶ GAETVLICA. — Ibid. p. 21. Viscontio est filia Cn. Cornelii Cossi Lentuli Cos. u. c. 752., et amita sequentis adolescentuli:

560. M. IVNIVS SILANVS ¶ D. SILANI F. GAETVLICI ¶ NEPOS. COSSI PRON. LVTATIVS CATVLVS X VIR ¶ STLTIB. IVDIC. SALIVS COLLIN. VIXIT ¶ ANNIS XX. MENSIBVS VIII. — Ib. p. 21, et Marini Atti. 1. p. 86. De Cornelia Gaetulica cfr. Marini Atti. T. 1. p. 66.



561. (Corne)LIO TACITO . . . . || ANNIS DVOBVS || . . SIBVS X. DIEBVS || II. HORIS X. FECIT LVCRETIA TACITA || MATER FILIO B. M. || ET SIBI ET SVIS. POSTERISQVE EORVM. — Ib. p. 22. Viscontius suspicatur, fuisse hunc Taciti historici fratrem, de quo Plin. *H. N.* 7, 16. Sed hoc prorsus incertum.]

562. M. FVLVIVS. M. F. || SER N. NEPOS. || AETOLIA. CEPIT. — Tusculi. Nibby *Viaggio* 2, p. 38. Est M. Fulvius Nobilior Cos. u. c. 565.

563. L. MVMMI. L. F. COS. DVCT. || AVSPICIO. IMPERIOQVE || EIVS. ACHAIA. CAPT. CORINTO || DELETO. ROMAM. REDIEIT || TRIUMPHANS. OB. HASCE || RES. BENE. GESTAS. QVOD || IN. BELLO. VOVERAT. || HANC. AEDEM. ET. SIGNV || HERCVLIS. VICTORIS || IMPERATOR. DEDICAT. — Romae. Marini *Atti* 1. p. 30. Versus sunt Saturnii.

564. In basi duarum statuarum, Corintho, ut videtur asportatarum: ap. Fabr. p. 400. 293. L. MVMMIVS. COS. || VICO. — (Scil. Trebulae Mutuescae. Strabo 8, 23. p. 278. Tzschuck. *σχεδὸν δέ τι τὰ τῶν ἄλλων ἀναθημάτων ἐν Ῥώμῃ τὰ πλεῖστα καὶ ἄριστα ἐντεῦθεν (ἐκ Κορίνθου) ἀγίγκται. τινὰ δὲ καὶ αἱ κύκλῳ τῆς Ῥώμης πόλεις ἔσχον.* Plutarch. *Mar.* 1. *Γαῖου Μαρίου τρίτον οὐκ ἔχομεν ἐπιεῖν ὄνομα, καθάπερ οὐδὲ Κοῖντου Σεργίου, — οὐδὲ Λευκίου Μομμίου.*)

565. \* Q. SERVIL. CN. F || CAEPIONI. COS<sup>1)</sup> || CENS. TRIUMPH. PATRIAE. || LIB. DECVR. || VERONEN || OB IVDICIA RESTITVTA || S. M. — Veronae. Grut. 468, 5. e Panvinio. Maffei *Mus. Ver.* 175. v. eund. *Art. crit. lap.* p. 190. Iamdudum haec inscriptio inter spurias relata est a Viris doctis, neque ego utpote in re manifesta, ullam eius rationem habuissem, nisi magna cum admiratione eruditissimum Klenze *Fragm. Leg. Servil.* p. XV. ab ea denuo deceptum vidissem.

1) u. c. 648.

566. C. QVINCTIVS C. F. VALG. PATRON. MVNIC || M. MAGI. MIN.<sup>1)</sup> F. SVRVS. A. PATLACIVS Q. F. || III. VIR. D. S. S.<sup>2)</sup> PORTAS TVRREIS MOIROS || TVRREISQVE AEQVAS QVM (sic) MOIRO || FACIVNDVM COIRAVERVNT — Acclani s. Aeculani. Romanelli *Viaggio a Pompei* T. 1. p. 208.

1) M. Magius Minatius Cassitto et Romanellio idem videtur cum cognomine atavo Velleii Patereuli, strenuo Italici belli duce, cuius ille honorificam mentionem fecit *Hist.* 2, 16., nec repugnat antiquior sermo. 2) *de senatus sententia.*

567. L. CORNELIO L. F. || SVLLAE FELICI || DICTATORI || VICVS LACI FVND.<sup>1)</sup> — Romae. Grut. 398, 5. cfr. Murat. 694, 5. Lips. habet *αὐτόπτης Auctarii sui* p. 17. 1. Alioqui suspectam habuissem, utpote quae a Fulvio Ursino primum edita sit!

568. \* IOVI || QVOD. PERICVLVM || FELICITER. EVASERIT || L. SVLLA || V. S. L. M. — Inter Atinam et Soram, in rupe. Gori

*Etr.* 2, 406. *Mur.* 7, 4. Mihi, ut Muratorio, fictitia, vel admodum certe suspecta videtur, etsi defendit Saxius *Miss.* 1. p. 30.

569. . . . . || Q. III. VIR. A. A. A. F. F. AED. CVR. IVDEX. VENEFICIS. PR || REPETVNDIS. CVRATOR. VIS. STERNVNDIS. COS. || CVM. M. PERPENA.<sup>1)</sup> — Romae. Fabrett. C. X. n. 553, correctius apud Marini *Atti* 1. p. 186., qui defendit a dubitatione Maffei A. C. L. p. 463. refertque ad Claudium Pulchrum, consulem anni u. c. 624. Sed longe melius Borghesius in *Giornale Arcadico*, Nov. 1825 p. 228. primum versum ita supplet: C. Claudius. Ap. F. C. N. Pulcher, atque ad consulem a. u. c. 662. spectare docet.

1) Nota hanc scripturam pro *Perperna*. V. omnino Garatonium ad *Cic. pro Roscio Com.* p. 264.

570. M. TERENTIUS M. F. || VARRO LVCVL<sup>1)</sup> || PRO. PR. TERMINOS<sup>2)</sup> RESTITVENDOS || EX S. C. COERAVIT || QVA P. LICINIUS<sup>3)</sup> || AP. CLAVDIVS<sup>4)</sup> C. GRACCVS<sup>5)</sup> III. VIR. || A. D. A. || <sup>6)</sup> STATVERVNT. — Monte Giovio *prope Fanum*. *Marm. Pis.* p. 5, XIII. *Murat.* 486, 4.

1) Consul u. c. 681. 2) regionis Pisauensis. 3) P. Licinius Crassus Mucianus Cos. 623. 4) Cos. u. c. 611. 5) tribunus pl. notissimus, 6) agris dandis adsignandis iudicandis. Circa 621. Vide de hoc lapide Giovenazzi *Aveia*. p. 90.

Ciceronum monumenta nuper inventa in *Arcano*, Ciceronis villa; (*v. ad Att* 10, 2. et *ad Q. Fr.* 3, 1. hodie *Arce*.)

571. Q. ET. M. TVLLIS Q. ET. M. FF. || CICERONIBVS || III VIREIS. AED. POT. MVNICIPI. || ARPINATIVM D. D.

572. M. TVLLIO M. F. M. N. M. PN. COR.<sup>1)</sup> || CICERONI COS.<sup>2)</sup> || PRO. COS. PROV. ASIAE, LEG. IMP. || CAES. AVG. IN SIRIA. || PATRONO.

1) Marci fil. Marci nepotis, Marci pronepotis, Cornelia tribu. 2) Consul suffectus fuit M. T. Cicero Oratoris filius u. c. 724. ex Idibus Sept. v. *Almelov.* p. 104. et *Piranesi Fast.* p. 32. ad. u. 723. *Candidi - Dionigi Viaggi.* p. 45., penes quam sit horum lapidum fides.

573. M. T. CICERONE CONSVLE. . . — Herculanei. *Pococke* p. 72, 5.

574. (P)OMPEIO G. N. || MAGN. IMP. CONS. TER(t.) || PATRONO PVBLICE. — Auximi. *Zachariae Excurs.* p. 275. cfr. *A. Goll. N. A.* 10, 1. Hic enim lapis suspectus non videtur. Ceterum vix ulla iam Pompeii exstant monumenta praeter hoc et Graecum recens in Troade repertum: Ο ΔΗΜΟC || ΙΝΑΙΟΝ ΛΟΜΗΗΙΟΝ ΙΝΑΙΟΡ ΤΙΟΝ || ΤΟ ΤΡΙΤΟΝ ΑΡΤΟΚΡΑΤΟΡΑ. — v. *Borghesi Giornale Arcad.* 1825. p. 86.

575. CN. POMPEIVS POMPEIAE CN. || MAGNI F. LIB. || ISOCHRYSVS SIBI ET || POMPEIAE MAXIMAE CONLIBERTAE || SVAE. FEMINAE IVCVNDISSIMAE. EX QVA || NIHIL VNQVAM DOLVI. NISI CVM DECESSIT || ET LIBERTIS LIBERTABVSQVE SVIS. || H. M. H. N. S. — Romae. (de additamento ap. Fabrett.



p. 275. IVSSV IMP. CAESARIS || AVGVSTI || GERVLIS PED. III S. v. Don. p. 92, 84.)

576. POMPEIA CN. F. || MAGNA. || *ΠΟΜΠΕΙΑ ΜΑΓΝΑ*. — Smyrnae. De his saxis, propter quae acres contentiones exstiterunt inter Bimardum et Bouhierium, vide omnino Hagenb. *Epist. epigr.* p. 76. seqq. In priore quoque formula illa *ex qua -- decessit* satis arguit, sermonem non esse de liberta aliqua filiae Cn. Pompeii Magni, Caesaris inimici, sed longe posterioris alicuius ex eadem familia.

577. CAECILIAE. || Q. CRETICI F. || METELLAE || CRASSI. 1) — Romae. Grut. 377, 7. Immerito commenticia visa est Murat. 1799, 3. v. Maffei *Mus. Ver.* p. 289, 7. Saxii *Miss.* 1. p. 8.

1) Crassi divitis uxoris.

578. P. CLAVDIVS. 1) P. F. || AP. N. AP. PRON. 2) || PVL-CHER. Q. QVAESITOR. || PR. AVGV — Exstat in Villa Borghesia. Winkelmann *Werke.* 3. p. 127. Marini *Atti* 1. p. 63.

1) P. Clodii Trib. pl. Ciceronis inimici filius. 2) Appii nepos, Appii pronepos. Vide omnino Borghesium in *Giornale Arcad. Nov.* 1825. p. 232.

579. CLODIAE. VIR. VEST || APP. CLODI. F. PISS || C. CLO-DIVS C. F. 1) — Romae. Fabrett. 50, 138.

1) Est filius C. Clodii praetoris a. u. c. 698. fratris P. Clodii trib. pl. memoratus cum altero fratre Asconio in argumento Miloniana. Vide Borghesi in *Giornale Arcad. Nov.* 1825. p. 236.

C. Iulii Caesaris paucissima exstant monumenta fide digna, eaque nullius fere pretii, veluti ap. Piranesi *Antichità.* II. T. LVII. Romae: 580. C. IVLI CAESARIS || L. APPAES.

581. \* C. IVLIO CAESARI || PONT. MAX. || PATRI PATRIAE. — Brundisii. Mur. 249, 3. Suspecta, quia in nummis *Parens*, non vero Pater patriae dicitur. Nihilominus Suet. *Caes.* 76. — *cognomen Patris patriae.* Cfr. 85.

582. . . . IO CAESARI IMP || . . . DICTAT. ITERVM || . . . FICI MAX . . . || PATRONO MVN . . . || D. C. — Boviani. Romanelli *Topografia* T. 2. p. 442. Haec minime suspecta mihi videtur.

583. \* CAL. IVL. CAESAR HANC. VIAM. INVIAM. ROTABI-LEM. FECIT. — In monte supra mercatum Mauthen. — Ediderunt diversi, quorum nunc non recordor. Do ex Muchar 1. p. 250., qui hanc inscriptionem plerisque commenticiam visam vindicat testimonio episcopi Hohenwarth, *αὐτόππου*. Potuit tamen Seculo XVI. saxo incidi. Mihi etiamnunc suspecta est.

584. \* C. IVLIO C. F. CAESARI || IMP. TRIVMVIRO R. P. C. 1) || PATRONO D. D. — In S. Agathae, vulgo *de 'Goti*; reperta in atrio Cathedralis. Donati. 2. p. 457, 8. Romanelli *Topografia*, T. 2. p. 412.

1) Rei publicae constituendae. Ego vero de hoc quoque titulo dubito, qui Matth. Aegyptii (*Egizio*) nititur auctoritate.

585. GENIO DEIVI IVLĪ || PARENTIS PATRIAE<sup>1)</sup> || QVEM  
SENATVS || POPVLVSQVE || ROMANVS IN || DEORVM NVME-  
RVM || RETTVLIT. — Aeserniae. Romanelli *Topografia* T. 2. p. 470.

1) Hic recte *Parens Patriae* appellatur; quocirca hanc inscr. sinceram reputo.

586. DIVO IVLIO IVSSV || POPVLI ROMANI || STATVTVM  
EST LEGE RVFRENA.<sup>1)</sup> — Romae in basi marmorea. Marini  
*Atti* 1. p. 39.

1) Lex ignota. Ceterum nota, Divum Iulium receptum non fuisse in Templum Divo-  
rum in Palatio ab Augusto exstructum, neque unquam eius mentionem fieri in Actis  
Fratrum Arvalium. v. Marini p. 387.

587. CASSIVS LONGINVS<sup>1)</sup> || PRO. COS. || TEMPE MVNI-  
VIT. — In valle Tempe. — Pouqueville *Voyage* 3. p. 55.

1) Pouqueville refert ad Cassium Longinum Caesaris legatum. v. Caes. *de Bello*  
*Civ.* 3, 36. cet.

588. L. CAECILIO L. F. RVFO || Q. TR. PL. PR.<sup>1)</sup> || PROCOS.  
*ab altero latere*: DĪS MANIBVS. || SACRVM. || L. CAECILĪ. RVFI. —  
In agro Nomentano. Reines. p. 401, 16.

1) Praetor n. c. 697. Reines. male habet P. v. Ruperti *Ep. ad Rein.* XLI.  
p. 351. HAGENB.

589. A. HIRTIVS. A. F. M. LOLLIVS C. F. CES.<sup>1)</sup> FVNDAM-  
ENTA MVROSQVE E SOLO FACIVNDA. COERÁVER. EIDEM-  
QVE PROBAVERE IN TERRAM FVNDAMENTVM EST PEDES  
LATVM XXXIII. IN TERRAM. AD IDEM EXEMPLVM. QVOD  
SVpra TERRAM SILICI. — In arce Ferentina. Candidi-Dionigi  
*Viaggi*. p. 14. (cfr. Gruter. 166, 1.)

1) COS. Grut. 166, 1. sed 165, 3. CES. quod magnas turbas excitavit. Cfr. Fast.  
Almelov. ad a. 711. et 733. u. c. sed Dionigia recte *Ces.* explicavit Censores, ut  
supra habuimus *Cesor.* Typos alios v. ap. Grut. 165, 3. et Mur. 477, 1. e Bol-  
detto p. 445.

590. L. MVNAT. L. F. L. N. L. PRON || PLANCVS COS.  
CENS. IMP. ITER. VII. VIR || EPVL. TRIYMPH. EX RAETIS.  
AEDem SATVRNI || FECIT. DE MANVB. AGROS DIVISIT IN  
ITALIA || BENEVENTI. IN GALLIA COLONIAS DEDVXIT ||  
LVGDVNVM ET RAVRICAM. — Ap. Gaëtam. Grut. 459. 8. Vi-  
sconti *Iconogr. Rom.* 1. p. 216. Mil. (In numismate (ib. p. 218.):  
PLANCVS COS. — S. P. Q. R. OB CIVES SERVATOS. cum co-  
rona civica.) Ceterum Maffei A. C. L. p. 339. sine causa celeberrimam  
illam inscript. suspectam habuit.

591. L. PLANCVS || L. F. COS.<sup>1)</sup> || IMP. ITER. || DE MA-  
NIB.<sup>2)</sup> — Romae in lamina aerea. Caylus *Recueil*. T. III. p. 251.

1) u. c. 712. 2) de manubiis. Inscriptio ipsa, iam Ursino visa, sincera videtur  
Borghesio (*Giornale Arcad.* 1825. p. 361.), sed lamina Caylusii a falsario confecta.  
Est dedicatio aedis Saturni u. c. 737.



## §. 3. AVGVSTVS. SCRIBONIA. LIVIA.

592. . . CAESAR | C. OCTAVIVS. C. F. C. N. C. PR.  
 . . I | PATER AVGVSTI  
 . . IC. Q. PR | TR. MIL BISQ.<sup>1)</sup> AED. PL. CVM  
 . . COS. IN. ASIA. | C. TORANIO IVLEX QVAESTIONVM  
 PR. PRO. COS. IMPERATOR APPELLÁTVS  
 EX PROVINCIA MACEDONIA.

Romae. Grut. 225, 7. Cardinali *Iscriz. Velit.* p. 74.

1) Nonne leg. *Tribunus MILitum BIS. Quaestor AEDilis PLEbis?* HAGENB. Ita Morcellius quoque, qui inter elogia retulit hunc titulum *St. T.* 1. p. 268.

593. \* C. IVLIO. C. F. || FAB. SCAPT.<sup>1)</sup> || CAESARI AVGVSTO. — Brixiae. Grut. 226, 3.

1) v. Suet. *Octav.* 40. *Fabianis et Scaptiensibus tribulibus suis*, ibique interpret. Sed manifesto spuria est haec inscriptio. v. *Zaccaria Istituz.* p. 505.

594. M. ANTONIVS. || IMP. CAESAR. III. VIR. R. P. C.<sup>1)</sup> EX A. D. V. KAL. DEC. AD PR. KAL. IAN. SEXT.<sup>2)</sup> — Romae. Pars marmoris Collotiani Grut. 298. 4. Antonii nomen erasum.

1) Reipubl. constituendae. 2) ex ante diem V. Kal. Dec. u. c. 711. ad pridie Kal. Ian. sextas. i. e. u. c. 716. De hoc numerandi modo quibusdam parum intellecto (Kal. Ianuar. primae, secundae cet.) v. *Marini Atti.* 1. p. 275.

595. \* IMP. CAESAR. COS. DESIG. || TERT. III. VIR. R. P. C. ITERVM || MVROS TVRRESQ. FECIT. — Tergeste olim, sed translatum Venetias. Grut. 166, 6. Reines. p. 297. Commenticium visum est quum Scaligero, tum Maffeo A. C. L. p. 244. Defendit Eckhel D. N. 8. p. 330. Notae in se spectatae, ad annum u. c. 717. vel 718. pertinentes, sane probae sunt, et nummis confirmatae; fieri tamen potuit, ut inscriptio ipsa e nummis, quales habet Eckhel T. 6. p. 75., effingeretur; neque id semel tentatum esse ab hominibus fraudulentis, infra in Caligulae monumentis videbimus.

596. SENATVS POPVLVSQVE ROMANVS || IMP. CAESARI. DIVI IVLI F. COS. QVINCT. || COS. DESIGN. SEX. IMP. SEPT.<sup>1)</sup> || REPUBLICA CONSERVATA. — Romae. Grut. 226, 5.

1) u. c. 725.

597. IMP. CAESARI || DIVI F. AVGVSTO || COS. XI. IMP. VIII.<sup>1)</sup> || TRIBVNIC. POTES. III. || P. RVBRIVS M. F. MAELARBA. — In Monte Casino. Mur. 220, 8.

1) Referendum ad u. c. 733. unicum hoc monumentum, cuius ope Eckhel definire potuit dignitatem Augusti Imp. VIII. v. *Doctr. Num.* 6. p. 142.

598. IMP. CAESAR. DIVI F. AVGVSTVS || PONTIFEX MAXIMVS || IMP. XIII. COS. XI. TRIB. POTES. XV || EX STIPE. QVAM POPVLVS ROMANVS || ANNO NOVO. APSENTI CONTVLIT || NERONE CLAVDIO DRVSO || T. QVINCTIO CRISPINO COS.<sup>1)</sup> || VOLCANO. — Romae. Grut. 64, 1.

1) u. c. 745. cfr. Suet. *Aug.* 57. et 89.

599. TI. CLAVDIVS TI. F. NERO || PONTIFEX. COS. ITERVM<sup>1)</sup> || IMP. ITERVM. || LVDOS VOTIVOS PRO REDITV || IMP.

CAESARIS DIVI F. AVGVSTI || PONTIFICIS MAXIMI || IOVI OPTIMO MAXIMO FECIT. EX S. C. — Romae. Grut. 11, 1.

1) u. c. 747. v. Eckhel D. N. 6. p. 111. Altera basis dimidiata iuxta hanc re-  
perta: (Grut. 11, 2.) (P. Quintilius S)EX F. VARVS. COS (ludos votivos pr)O  
REDITV (Imp. Caesaris Div)I F. AVGVSTI (Iovi opt. m)AXIMO FECIT (cum Ti.  
Claudio Ner)ONE CONLEGA (Ex S) G. pertinet ad ludos anni 741. v. Eckhel.  
l. 1. p. 103.

600. IMP. CAESAR || DIVI F. AVG. PONTIF. || MAXVMVS  
COS. XII. COS. DESIGNAT. XIII. IMP. XIII. TRIBVNICIA ||  
POTESTATE XX. — Nemausi. Mur. 220, 10. Indicatur annus 751.  
u. c. v. Eckhel D. N. 6, p. 144. Ceterum est iam ap. Reines.  
p. 249, 1. et Maffei *Ant. Gall. sel.* p. 33., qui observat in cippis Au-  
gusti milliaribus numerum milliarium nullum legi. HAGENB. Legitur  
praeterea ap. Murat. 442, 2. 2005, 4.

601. \*DEO INVICTO MARTI || SACRVM || PRO SALVTE D. N.  
|| IMP. AVGVSTI DIVI || IVLII. FIL || PONT. MAX. TRIB. POT. ||  
VII. COS. III. IMP. . . . || P. P. FELICI FVNDAT || PACIS || RE-  
PVB. CONSERVAT || S. P. Q. R || STATVAM EX AERE ||  
. . OCAI . . . — Romae. Grut. 58, 1. Valde suspectus titulus tum  
quia numeri non congruunt, (oportebat enim *Trib. Pot. XXVII. Cos.*  
*XIII. Imp. XIV.* i. e. u. c. 757. Masson. in *Add. Holth.*) tum propter  
titulum *Domini nostri*; quamvis Marinius *Atti.* p. 668. contendat, eo  
utique usum esse iam Augustum. Nihil tamen dubitavit Fogginius *Fasti.*  
p. 119.

602. Fani Fortunae in porta antiqua: *In suprema arcus fascia:*  
DIVO. AVGVSTO . . PIO . PATRI DOMINORVM. 1)

*In media arcus fascia:*

IMP. CAES. DIVI F. AVGVSTVS PONTIFEX MAXIMVS. COS  
XIII. TRIBVNICIA POTEST. XXXII. IMP. XVI. 2) PATER PA-  
TRIAE MVRVM DEDIT.

*In infima fascia:*

603. CVRANTE L. TVRCIO SECVNDO. APRONIANI. PRAEF.  
VRB. FIL. ASTERIO CORR. FLAM. PICENI. 3) — Grut. 165, 2.  
cfr. Maffei *Osserv. lett.* T. V. p. 489.

1) Haec manca sunt, et ad *Constantinum* referuntur; cuius nomen olim in hoc  
versu legebatur. 2) Grut. male XXVI. Male quoque Gud. emendat: XXI. Recte  
Panvinus *Fast.* p. 187. habet. XVI. *Add. Holth.* a. u. c. 762. 3) Postrema haec  
pertinent ad annum p. Chr. circiter 370.

604. IMP. CAESAR. DIVI F. AVGVSTVS PONTIF. MAXIM  
COS || XIII. IMP. XX. TRIBVNIC. POTEST. XXXVII. P. P. 1)

*In altero latere:*

TI. CAESAR. DIVI AVGVSTI F. DIVI IVLII N. AVGVST. || PON-  
TIF. MAXIM. COS. IIII. IMP. VIII. TRIB. POTEST. XXII. 2) || DE-  
DERE. — Inscriptio pontis Ariminensis. Grut. 160, 2. Mur. 223, 4.

1) Ita dedi ex *ἀντροπία* Norisii; *Cen. Pis.* p. 240. ap. Grut. numeri sunt cor-  
rupti; Cos. XIII. — Trib. Pot. XXXVIII. Pro Imp. XX. Bosius leg. XXI. u. c.



767. p. Chr. 14. 2) notas has confirmat Eckhel D. N. 6. p. 191. u. c. 774. p. Chr: 21. Gruteri typum correxi ex Maffei *Osserv. lett.* 4, 356. Mur. 2006, 1. 2.

605. IMP. CAESAR. DIVI F. AVG. || PARENS COLONIAE 1) MVRVM || ET TVRRIS DEDIT.

T. IVLIVS OPTAVS TVRRIS VETVSTATE || CONSVMPITAS INPENZA SVA RESTITVIT. — Iaderae olim, nunc Veronae. Maffei *Mus. Ver.* p. 95, 1.

1) Iaderae.

606. ROMAE ET AVGVSTO. CAESARI DIVI F. || PATRI PATRIAE. — Polae. Pocock. *descript. Orient.* T. 3. §. 425.

607. AVGVSTO || LVCVS || SACER. — Perusiae. Mur. 103, 3. Vermiglioli *Iscriz. Per.* 2. p. 247.

608. AVGVSTO SACR. || PERVSIA RESTITVTA. — Perusiae., quae ap. Grut. 164, 7. Augusta Perusia. Grut. 164, 8. Mur. 103, 4. In saxis Augusto dicatis praeterea reperiuntur; NVMINI AVGVSTI SACR. — TVTELAE AVG. Notandum etiam sequens:

609. DEO AVG || T LAPPONI || DOMITIA CASSIA || V S L M || L D D D — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 95, 3.

610. DIVO IVLIO || AVGVSTALES.

DIVO AVGVSTO || AVGVSTALES. — Herculani. Maffei *Tre Lettere* p. 27. 4. et 2.

611. Celebratissimum Monumentum Ancyranum vide tum ap. Gruterum p. 230., tum in Wollii *Suetonio* atque Oberlini *Tacito*: neque negligenda nobilis illa Tabula Capuae reperta, rem quoque municipalem illustrans, apud Grut. 299. Don. Cl. V. 4. Mur. 294, 1. Donati p. 155. cuius typum tamen ceteris praefendum esse Pighianum in *Annal. Rom.* ad a. u. c. 719. T. 3. p. 494. censet Saxius *Miss.* 4. p. 46.

612. EX DOMO || SCRIBONIAE CAESAR. 1) LIBERTOR || LIBERTARVMQ. ET QVI IN HOC MONVM || CONTVLERVNT. — Romae. Grut. 954. 2. (cum hac inscriptione aliae duae eiusd. lap. coniungendae Grut. 994, 5. et 985. 9. v. Mazoch. 51. 1, 2, 4. Gorii *Xen.* p. 130.)

1) Caesaris Augusti scil. Vxor. Ad eandem pertinet Fabr. p. 43, 259.: LIBERTORVM ET || FAMILIAE SCRIBONIAE CAESAR. || ET CORNELI MARCELL || F. EIVS. — Ex Schedis Barberinis, in quibus Ligoriana plurima sunt. Cfr. Murat. 1018, 7.

613. LIVIAE DRVSI F || AVGVSTAE || MATRI CAESARIS ET || DRVSI GERMANICI || SVPERAEQVANI PVBLICE. — Superacqui. Romanelli *Topografia* T. 3. p. 134.

614. LIVIAE AVGVSTI || DEAE || MVNICIPIVM. — In oppido S. Marci in Sicilia. Torremuzza p. 28, 4. Fabrett. p. 57, 324.

615. IVLIAE DIVI || AVGVSTI F. AVGVSTAE || MATRI TI. CAESARIS || DIVI AVGVSTI F. || AVGVST. ET NERONIS || CLAVD. DRVSI. — Velleiae. Lama p. 56. De Liviae consecratione v. Marini *Atti.* 1. p. 78. Cfr. lap. Gorii *Etr.* 1. p. 306.

616. IVLIAE AVG. || DIVI F. MATRI || TI. CAESARIS AVG. PRINCIPIS ET CONSERVATORIS || ET DRVSI GERMANICI || M. CORNELIVS PROCVLVS || PONTIFEX CAESARVM. — In Hispaniis. Grut. 234, 2. cfr. Grut. 101, 1. Eckhel D. N. 6. p. 150. saxum quod dedimus inter Deos imm. PIETATI AVGVSTAE. Eadem auctior:

617. IVLIAE AVG. DIVI<sup>1)</sup> FILIAE || MATRI T. CAESARIS || AVG. PRINCIPIS ET CONSERVATORIS. ET DRVSI GERMANICI GENI . . . IS ORBIS<sup>2)</sup> || M. CORNELIVS PROCVLVS || PONTIFEX CAESARVM. — Antiquariae in Hisp. Mur. 222, 4.

1) Sic Grut. Mur. *Drusi*, quae est praepostera scioli alicuius correctio. 2) GENI . . . IS ORBIS non habet Grut. Debet esse *Genitricis* vel *Genitrici Orbis* v. Eckhel D. N. 6. p. 154.

618. CERERI IVLIAE AVGVSTAE || DIVI AVGVSTI. MATRI || TI. CAESARIS AVGVSTI || LVTATIA C. F. SACERDOS AVGVSTAL. || M. LIVI M. F. QVIR. OPTATI FLAMINIS GENTIS || IVLIAE AVGVSTI IMP. PERPET . . .<sup>1)</sup> VXOR CVM . . . || LIBERIS S . . . CONSACRAVIT. — In insula Gauulo. Lupi *Lett. fil.* Arezzo 1753. p. 60. Murat. 222, 3. Correctius ap. Torremuzzam p. 27, 3.

1) *perpetui iunge cum flaminis.*

#### §. 4. MONVMENTA QVAEDAM HISTORICA, AD AVGVSTI TEMPORA SPECTANTIA.

Ad Augusti tempora pertinet hoc Fastorum Triumphalium fragmentum, a Marinio *Atti* 2., p. 607. primum editum:

619. L. MARCIVS CENSORINVS. EX MACEDONIA KA. IAN PALMAM DEDIT . . . C. ASINIVS. EX PARTHINIS A. D. VIII. KAL. NOV. TRIVMPHAVIT. PALMAM. . . P. VENTIDIIVS EX TAVRO MONTE ET PARTHIS. V. K. DEC. TRIVMPHAVIT PAL . . . CN. DOMITIVS CALVINVS EX HISPAN. XVI. K. SEXT TRIVMP. PALMAM DEDIT. IMP. CAESAR EX SICILIA. EID. NOV. TRIVMPHAVIT. (*sic*) PALMAM DEDIT. — T. STATILIVS TAVRVS EX AFRICA PRID. K. IVL TRIVMP. PALMAM DEDIT C. COSSIIVS EX IVDAEA . . . — Romae.

620. . . CLVSO || IANI TEMPLO.<sup>1)</sup> — Fragm. inscr. Aquis Sextiis repertae. Millin *Magaz. encycl.* 1812., 6, p. 280.

1) vel sub Augusto vel sub Nerone.

1293. IVNO LANVMVINA. — Romae in Capitolio. *Fabrett.* p. 698, 202.

1294. P. SERVILIO. L. ANTONIO COS.<sup>1)</sup> || A. D. IIII. K. SEXT. || LOCAVIT Q. PEDIVS Q. VRB. || MVRVM IVNONI LVCI-NAE. || HS. cccIxxx. cccIxxx. cccIxxx. Ixxx ccIxx. ccIxx. ccIxx.<sup>2)</sup> || EIDEMQVE PROBAVIT. — Romae sub Esquiliis, ubi lucus erat

Iunonis Lucinae. (Ovid. *Fast.* 2, 435.) Marini *Iscriz. Alb.* p. 1. Morcelli *St.* 1. p. 255.

1) u. c. 713. 2) Sestert. num. 380,000.

1295. \*IVNONI LVCINAI || PRO FILIA PARTV<sup>1)</sup> LABORANTE. || SVSCEPTO VOTO || STATILIA D. D. — Albae Iuliae. Fabrett. p. 697, 194. Ex schedis Barberinis. Mur. 15, 5. Spuria mihi videtur.

1) *parva* Fabrett.

1296. IVNONI LVCINAE || LVCILLA HON. LVP || S.<sup>1)</sup> — In gemma Remis reperta. Saxii *Miss.* 1. p. 46.

1) *Honorata Lubens Solvit.* SAXIVS.

1297. BASSA VITELLI<sup>1)</sup> || PRO Q. VITELLIO Q. F. FILIO SVO || IVNONI LVCINAE. V. S. L. M. — Romae. Grut. 24, 16.

1) scil. coniux.

1298. LVCINAE || SACR || L. SOTER || ET || STAFILE. — Romae. Grut. 1010, 1. cfr. 1009, 12. *Iunoni Lucinae.*

1299. IVNONI MONETAE REGIN. || SACRVM || ANTONIVS L. L. ELEVThERVVS || ET ANTONIA DIONYSIA || VOT. SOL. — Romae. Spon *Misc.* p. 83, XXIV.

1300. \*IVNONI PATVLCIAE SISPIAE || T. FABATIVS TABVLARIVS || OST. ET PROCVRATOR FISCII || PATRONVS COLLEG. LENVCVL || III VIR. QVINQVENN. || D. D. — Ostiae. Spon *Misc.* p. 81. Suspecta est inscriptio.

1301. IVNONI PLACIDAE || CONSERVATRICE AVGVSTAE || CLAVDIA SABBATIS BVLLAM D. D. || ADDIDIT ET SCYPHVM ET || TRIPODEM FORTVNAE AVG. — Romae. Grut. 25, 2.

1302. \*SIL. PETRONILLA. M. AN. IANVARIII || COIVX GRAVISS. EX TT. SS. HH.<sup>1)</sup> || VT IVNONI PRONVB. SVAE VIRG. || EREPTAE PRIM. AEDES MAR<sup>2)</sup> || CONSTRVATVR. IMP.<sup>3)</sup> — Puteolis. Grut. 25, 5. Ludicra haec est fraus.

1) ex testamento, superscriptis heredibus (?) 2) marmorea. 3) imperavit (?) Reliqua Iunonis epitheta ap. Grut. haec fere sunt praecipua: Iunoni Augustae. ib. 12. — Gaviae (Gaviniae) Albanae. ib. 13. IVG. Iugali vel Iugae. ib. 15. — Piae 25, 1.

1303. VIAM AVGVSTAM || A PORTA CIMINA VSQVE AD ANNIAM || ET VIAM SACRAM || A CHALCIDICO AD LVCVM IVNONIS CVRITIS<sup>1)</sup> || VETVSTATE CONSVMPITAS || A NOVO RESTITVERVNT EX HS. C. M. N. || DVO PVBLII NIGRINI MARTIALIS PATER || ET DEXTER FILIVS OB HONORES ET || IMMVNITATES OMNES IN SE CONSTITVTAS. || D. D. — Prope Tibur. Don. p. 72, 26. Capagnani inter Urbem et Sutrium. Mur. 480, 3.

1) Minime est opus cum Gorio legere *Curetis* (ut sit eadem cum Cybele.) Meminit Iunonis Quiritis, quae eadem cum Curite, Grut. 308, 1., ubi v. Gud. et v. Lingen *teutsche Schriften* 2. p. 9. De cultu Iunonis Tibure v. Serv. ad *Aen.* 1, 17.

1304. MAMMIAE C. F. || IVSTAE || Q. TVLLIVS Q. F. HORAT. (P.) CINCIVS PRISCVS. || PONTIFIX (*sic*) SACRARIVS || IVNONIS || QVIRITIS. PATRONVS MVNICIPII. || TESTAMENTO PONI IVSSIT. — In civ. Castellana, Faliscorum oppido. Grut. 308, 1.



1305. \*IVNONEI. QVIRITEI SACRA || C. FALCIDIVS. L. F. CONSOL || DEDICAVIT. — Beneventi. de Vita 1, 8. (Polcastro p. 7.) Inscriptio admodum suspecta; non enim datur nisi ex Verusii cuiusdam schedis; neque Falcius Consul in Fastis reperitur.

1306. IVNONI REG. POP. <sup>1)</sup> || C. NVMSIVS C. L. MENSAR ET || VLRIA <sup>2)</sup> AMABILIS VOT. LIB. SOL. — Aeserniae. Mur. 16, 5.

1) f. propitiae. Mur. *Populoniae Sax. Miss.* 1. p. 47. 2) f. Viria. Mur. *Vlpiæ Sax.* Nota praeterea *mensarium*.

1307. IVNONI REGINAE || MINERVAE || NEPTVNO || LIBERO PATRI || DIANAЕ || CETERISQ. DIBVS || L. ANTON. SABINIANVS || CORNEL. <sup>1)</sup> LEG. LEG. I. AD. <sup>2)</sup> || P. S. <sup>3)</sup> TEMPLVM VETVS || CONLAPSVM. EXCLVDVM <sup>4)</sup> || CVR. CVM AVRELIANO CON. — Propter Iaurinum Hungariae. Grut. 24, 6.

1) nota tribus nomen positum post cognomen contra morem. HAGENB. 2) Adiutricis. 3) Pecunia sua. 4) i. e. excludendum. HAGENB. Fort. EXCOLENDVM. uti N. 1336. Ligoriana plane est alia IVNONI REGINAE dicata ap. Mur. 308, 1.

1308. D. M. S. || OSSA MECILLAE BALBILLAE LANVVII || SAC. QVAE IN AEDE IVNONIS S M R || SCVTVLVM ET CLYP. ET HAST. ET CALC. <sup>1)</sup> || RITE NOVAVIT VOTO. — In oppido Civitatis Laviniae. Memorie Romane 1, 4. p. 224.

1) Iunonis Sospitae Magnae Reginae — clypeum — hastam — calceos, vel calceos, ut est apud Cic. *Nat. Deor.* 1, 29. cfr. Eckhel *D. N.* 5. p. 294.

1309. MEMORIAE AETERNAE. || M. THORI. M. F. PRIMIGENI. SACERDOTIS || IVNONI REGINAE SISPITAE ET || THORIAE BALBILLAE FILIIS PISSIMIS FECIT || SEX. THORIVS L. F. BALVVS. IN FRONTE || PED. XIV. IN AGR. PED. XVII. — In oppido Civitatis Laviniae. Mur. 157, 6. Gud. 104, 3. Est Ligoriana, sed tamen videtur sincera, firmaturque a praecedente.

1310. \*IVNONI STYGIAE || CRESCENTINA || MATRILIA CVM || FIL. SV. V. S. L. M. — Beneventi. Spon *Misc.* p. 80, XVIII. Reines. 1, 34. p. 61. De Vita 1, 6. Est suspectissima.

1311. IVNONI VERIDICAE . . . — Prope Beneventum. De Vita p. 68. *Inscr.* 1. 7. *ἀντόπτης*.

1312. . . ASILVM <sup>1)</sup> || IVNONI. — Fragmentum repertum Interamniae Praetutiae. Romanelli *Topografia* T. 3. p. 300.

1) Rarissima fit mentio in lapp. asyloꝝ, quae sub Christianismi incrementa, ae prius fortasse, ad arcendam scelerum impunitatem videntur esse sublata.

IVNONI statim subiungimus FERONIAM, cum illa confusam a Servio ad *Aen.* 7, 798. *Iuno virgo, quae Feronia dicebatur.* Sed observat Borghesius (*Giornale Arcad.* 1825. p. 386.) in lap. nostro n. 1315. utramque satis clare distingui, et alterum IVNONI FERONIAE interpretandum esse *Genio Feroniae* (genitiv.)?

#### F E R O N I A.

1313. Q. PESCENN . . . || COLOMNAS III. || DE SVO DAT || FERONEAE || ET CREPIDINEM || ANTE COLOMNAS || EX LAPIDE. — Fabrett. p. 455. 68. Exstabat haec inscr. in Templo Feroniae apud Trebulam Mutuescam in Sabinis. (Liv. 1, 30.)

1314. IVNONI FERON. || BARDIA L. F. SECVN || AEDEM. SIGNVM. PORTI||CVS D. P. S. D. — S. l. Fabrett. p. 451, 65. cfr. Bertoli *Antich. d'Aquileia* p. 19.

1315. IVNONI REG. || ET. FERONIAE. — S. l. Reines. Cl. 1, 31. Fabrett. p. 454. P. La Cerda apud Terracinense Feroniae templum repertum fuisse hunc lapidem ait:

1316. \*BENEMERITI SERVI || SEDEANT || SVRGENT LIBERI. — Sed desumptus est ex Serv. ad *Aen.* 8, 564.

1317. FERONIAE SAC. || IN MEMORIAM || MINEI. PRISCI. FIL. || T. KANIVS IANVAR. || SAC. GRATVITVS ANNO XXXX. || D. D. — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* p. 80, 3. ibid. 2. *Iunoni Feroniae.*

1318. HEDONE || M. CRASSI ANCILLA || FERONIAE V. S. L. M. — Florentiae. Gor. *Etr.* 3. p. 8. cfr. p. 13. Ceterum FLORAE FERONIAE cet. Gud. 60, 4. et Mur. 92, 6., etsi agnovit Saxius *Miss.* 2. p. 258., fictitium est.

IVNO ET IVNONES, GENII FEMINARVM ET DEARVM.

1319. DIIS MANIBVS. IVNONI || AEMYLIAE HERACLIAE || FECIT AEMYLIA PYRALIS || ET VERNA. 1) CONIVGI SVAE || BENEMERENTI. — Romae. Grut. 1150, 2.

1) h. l. nomen proprium. De Iunonibus etiam mortuarum v. Fabrett. p. 74. Vsus iste voc. *Iuno* etiam in sepulchralibus, parum a quibusdam cognitus, erroribus passim ansam praebuit: veluti quum ap. Fabrett. p. 74, 74. sincera haec legatur inscriptio:

1320. IVNONI || DORCADIS || IVLIAE AVGVSTAE L. || VERNAE CAPRENSIS ORNATRICIS || LYCASTVS CONLIBERTVS || ROGATOR. CONIVGI CARISSIMAE SIBI. — Ad Salariam. — eandem corruptissimam ita exhibet Torremuzza p. 3. VII. Catanæ: IVNONI || DORCADI S || IVLIA EVGV || IAEVERNAECA — atque adnotat: „*Δορκάς* Gr. idem est ac Lat. Capra; hinc Iunonem Dorcadem eandem esse ac Iunonem Sispitam, Ammoniam et Caprotinam existimo.” quae auctoritas rursus imposuit Eckhelio D. N. 5, 294. v. Marini *Atti* 1. p. LXXXI.

1321. IVNONI. IVSTA || N<sup>1)</sup> || VOTO SVSCEPTO || PRO SALVTE EIVS || CLEANTHVS L. PRIXVS HELLE<sup>2)</sup> || LAR. <sup>3)</sup> D. D. — Lunae. Gor. *Etr.* 2. p. 51, 56. Mur. 14, 2. Saxum multis controversiis agitatum. v. Act. Erud. *Lips.* 1740. p. 483. C. H. A. in *Misc. observ.* 1742, 4. p. 191. Saxii *Miss.* 1. p. 43. Marini *Atti* 1. p. 96.

1) leg. *Iustae nostrae* sc. patronae. (Iunoni i. e. Genio.) 2) Cleanthus Phrixus Libertus et Helle. vel potius: Cleanthus Libertus, Phrixus et Helle Servi. 3) *Laribus*. nisi leg. SER. vel etiam L.(iberti) ARam. (LARarium vult Saxius.)

1322. IVNONIBVS SACRVM || M. MAGIVS. M. L. AMARANTVS || IIII VIR ET || MAGIA M. F. VERA. MAGIA M. L. ILIAS || AEDEM SIGNA. III. PORTICVM. MACERIS <sup>1)</sup> II. || CVLINA. ET LOCVM IN QVO EA SVNT. || VOTVM SOLVERVNT || LOCO



PRIVATO. — Aquileiae. Grut. 24, 2. Bertoli *Ant. d'Aquileia*. p. 106., cuius typum correctiorem praetuli.

1) intellige, quasi scriptum esset *porticum cum macerils*. Ad Iunones, mulierum genios, pertinet etiam Grut. 25, 11. IVNONIBVS IVLIAE || ET SEXTILIAE. (genitiv.) — Burdegalae. v. Graev. Praef. ad T. V. Th. A. R. p. V. Hag. Mss.

1323. IVNONIBVS || SACR L. VITRIVVS<sup>1)</sup> || EVTHETVS || V. S. L. M. — Codigoro, nunc Ferrariae. Marini *Atti* 2. p. 369.

1) i. e. Vitruvius. Similes inscriptt. Mediolanenses Iunonibus dicatas exhibet Labus *Dissert.* p. 111.

1324. IVNONIB || MONTAN<sup>1)</sup> || CINNAMIS || V. S. — Nemausi. Donati 4. p. 13, 5.

1) Iunones Montanae eadem fere esse videntur, quae Matres, Matronae, Campestris, Suleviae apud Gallos et Germanos. cfr. infra. Eiusdemque generis Iuno videtur sequens:

1325. IVNONI || PAGI || FORTVNENSIS. — Bergomi. Gud. 13, 10. e Ligorio. Mur. 15, 6. et omnino rem conficit haec:

1326. IVNONIB || MATRON || EX VISV || C. VIR. MAX. et ab utroque latere: IVN || C. V. M. — Novi-Comi apud Iovios, communicata mecum a Io. Labus V. Cl.

1327. IVNONI HISTORIAE<sup>1)</sup> || TELEPHVS ET PRISCVS L. D. I. . . . — Castronovo, nunc in Museo Vaticano. Visconti *Museo Pio-Clem.* 4. p. 117. Marini *Atti* 2. p. 369. et 414. b.

1) i. e. Genio Historiae s. Musae Cliās. Alii tamen probabilius *Historiae* feminae alicuius nomen proprium censuerunt, cuius liberti Telephus et Priscus titulum posuerint. — Ceterum Cfr. *Iunoni Deae Diae* in *Actis Frat. Arv. Tab. 32. Isidi(s) Victricis Iunoni.* ap. Marini l. l. p. 369.

Difficilis est huius quoque interpretatio:

1328. IVNONI || TYCHES IVLIAE || AVGVSTAE || VENER. — Pompeiis. Romanelli *Viaggio a Pompej* T. 4. p. 56., qui pessime explicat: *A Giunone Tiche* (quasi *Tyches* esset nominativus) *Venerea di Giulia Augusta: Veneream* significare arbitratus *voluptatum ministram*. Sed vera explicatio procul dubio haec est: *Iunoni* i. e. Genio *Tyches*, servae s. libertae quae fuit *Iuliae Augustae Veneris*. Ita in nummo apud Eckhel D. N. 6. p. 148. *IOYAIAN AΦPOΛIΘHΝ XAPINOS*. Caput Iuliae, Augusti filiae. Sic tamen dubius haereo, utrum sermo sit de hac ipsa, an de Livia, Augusti uxore, quae Iulia Augusta, *Iuno* quidem et *Ceres* dicitur in lapp. et nummis, nunquam vero *Venus*.

### §. 3. NEPTVNVS.

1329. NEPTV || SACR. || MOLIN. — Guntiae. v. Raiser *Guntia* p. 9. Is explicat *molinariis*, quod Latinum non est, vel *molendinariis*, quod nimis recedit a MOLIN. Esset saltem numerus pluralis!

1330. \*NEPTVNO || SACRVM || C. ALLIVS || NEPTVNIALIS.<sup>1)</sup> V. S. — Interamnae. Reines. p. 130, 97. Mur. 54, 7. „Perquam rarae sunt inscriptiones Neptuno dicatae.” Mur., qui p. 54 — 56. duodecim Latinas habet.

1) NEPTVNI DIALIS Reines. Suspecta est inscr.

1331. \* D. NEPTVNO || AQVARVM || POTENTI || INDVCTVM EI<sup>1)</sup> TRAGISA<sup>2)</sup> || FLVM. || MVR. EIVS || A.<sup>3)</sup> V. P. || L. L. M. — Hippolytopoli. in *Duelii Excerpt. geneal. hist.* p. 310. Mur. 56, 2. Dubiae auctoritatis videbatur Saxio *Miss.* 2. p. 214. attamen vetus aliquis possessor lapidem nota anni 1483. signavit.

1) Incerta est scriptura. 2) hodie *die Traysen*. 3) *Duelius* explicat: *muris eius accolae*; nisi potius in his latet nomen aliquod proprium.

1332. NEPTVNO || ET NYMPHIS<sup>1)</sup> || PRO SALVTE IMP || CAES. M. AVREL. AVG. ANTONIVS IVLIANVS || PRAEF. COH. VL. V. GE<sup>2)</sup> || POSVIT. — Crumeri s. Neudorf. Sestini *Viaggio* p. 200.

1) Sic: NEPTVNO ET OMN. NYMPH. D. D. Rein. p. 138, 100. Mur. 55, 3. in lap. suspecto. 2) *Vlpiæ quintae Germanorum*. Sestini. Potius: *Victricis Geminae*.

1333. IN H. D. D. || D. NEPTVNO || CONTVBERNIO || NAVTARVM || CORNELIVS ALIQVANDVS || D. S. D. — Etlingen in Marchionatu Badensi. Grut. 62, 4. Schoepflin *Alsat.* 1. p. 490. et apud Hagenb. ex Beckii *ἀποψίς*, ita ut cogitandum non sit cum Barthio de emendando nomine *Aliquandus* in *Alienandus*. Tum nota *Contubernium* pro sodalicio s. collegio.

1334. NEPTVNO || ADIVTORI || SACRVM || M. AEMILIVS || FLACCVS Q. — Romae. Oderic. p. 183.

1335. NEPTVNO ET || DĪS AQVATILIBVS || PRO SALVTE ET || INCOLVMIT . . . SIM || . . . QVART. SECVNDIN. — Mediolani. Mur. 1981, 15. (Reines. p. 129, 96.)

1336. NEPTVNO DEISQ. AVG. || T. ABIDIVS<sup>1)</sup> VERVS POST<sup>2)</sup> || SVBPRAEFECTVS CLASS. RAVEN || TEMPLO RESTITVTO. MOLIBVS<sup>3)</sup> || EXTRVCT. DOMO EXCVLTA. IN AREA || D. D. CONCESSA SIBI || DICAVIT. — Parentii. Mur. p. 54, 6. Accuratius ap. Donati 1, 32, 5. et Stancovich *Pola.* p. 115. V. omnino Saxii *Miss.* 2. p. 210.

1) *Abudius* alii. 2) *Postumus* explicat Sax. 3) MOENIBVS alii typi prob. Sax.

1337. NEPTVNO DIAN || PROPTMAI<sup>1)</sup> || L. CINCIVS || TROPHIM || EX VISO P. || QVOD ALIS<sup>2)</sup> || VIDIT. — Aeonae in Dalmatia, nunc Venetiis. — Donati 1. p. 32, 4.

1) *propter mare* parum probabiliter *Passioneus*. 2) Videtur nomen proprium oppidi vel vici.

1338. . EPTVNO ET MINERVAE || TEMPLVM || . . O<sup>1)</sup> SALVTE DO. DIVINAE || AVCTORITA CLAVD || . . GIDVNI<sup>2)</sup> R.<sup>3)</sup> LEG. AVG. IN. BRIT || . . . GIVM FABROR. QVI IN EO<sup>4)</sup> || . . . D. S. D. || DONANTE AREAM || . . DENTE<sup>5)</sup> PVDENTINI FIL. — Chichester. *Philosophical Transactions* T. 31. n. 379. Saxii *Miss.* 2. p. 212.

1) pro. 2) *Ti. Claudii Cogidubni* supplet R. Gale. 3) *Regis* explicabat R. Gale; fortasse *Rationalis*. Saxius. Idem postea *Act. Soc. Trai.* T. 3. p. 103. ipse quoque de Cogiduno Rege cogitabat, Tacito *Agric.* 14. memorato. 4) Supplendum, *qui in eo loco consistunt*, vel simile quid. 5) *Pudente* Gale.

1339. ARA TRANQVILLITATIS. — Romae. Mur. 148, 5.



1340. ARA NEPTVNI. *In postica parte:* ARA VENTORVM. — Ibid. Mur. 148, 4.

## §. 4. MARS.

1341. MARTI AMICO || ET CONSENTIENTI<sup>1)</sup> || SACRVM. || HERMIAS DEDICAV. || IDEMQ. VOVIT. — Carlsburgii. Maffei *Mus. Ver.* 237, 7.

1) De Diis Consentibus h. l. haud cogitandum: *consentiens* est benevolus, fautor.

1342. MARTI AVGVSTO. || Q. PETRONIVS METELLVS. || M. PETRONIVS MAGNVS || VNA CVM MILITIBVS NILIACIS.<sup>1)</sup> V. S. O.<sup>2)</sup> M. — Antre (Franche-comté.) Reines. 83. 1. p. 121. Mur. 43, 8. Hagenb. *Helvet. Mss.* 1. p. 151.

1) Hoc corruptum videtur. 2) omnes s. optimo. nisi leg. L.

1343. MARTI AVG.<sup>1)</sup> L. PORCIVS. QVIR. || VICTOR. || CARTIMITAN. || TESTAMENTO PONI IVSSIT. || HVIC DONO HERES XX<sup>2)</sup> NON || DEDVXIT EPVLO. || D. D. — Cartamae in Hispan. Mur. 1037, 1. item 15, 1.

1) ubi I. AVG. habet. et: L. Calpurnius. 2) vicesimam heredit. cfr. Fabreit. p. 35, 172. De hac formula videsis erudite disputantem Hultmann *Misc. epigr.* p. 111. seqq.

1344. MARTI AVG || CONSERVATORI || CORPORIS SVI<sup>1)</sup> || MERCVRIALIS AVG. || N. V.<sup>2)</sup> EX IVSSV || NVMINIS IPSIVS || SIGILLVM MARMOREVM || POSVIT. — Apud Isaram fluv. am Konterweg. Grut. 57, 4.

1) v. Graev. *Praefat. ad T. V. Thes. A. R.* p. 317. ed. Fabric. i. e. corporis Mercurialis ipsius. 2) Augusti nostri verna. (cfr. Grut. 1042, 5.)

1345. MAVORTI || CVSTODI || CONSERVATORI || L. VIBIVS M. F. POP. VVLSIVS || TR. MIL. LEG. V || MACEDONICAE. V. S. L. M. — Anxani in Frentanis. Mur. 44, 9.

1346. \*MARTI SIVE NVMITERNO<sup>1)</sup> || ACHILLES ET VLPIA NICE. || EIVS<sup>2)</sup> D. D. D. — Atinae. Don. 1, 45. p. 12. Mur. 42, 5.

1) deus fortasse municipalis cum Marte confusus. 2) sc. uxor, quod interdum omititur. Ceterum suspecta est inscriptio, quum a Muratorio petita sit e Bonaventurae Tauleri *Memorie storiche dell' antica Città d'Atina* Napoli 1702. 4. non optimae fidei auctore, ut ex aliis quoque perspexi.

1347. MARTI PATR. || CONSERVATORI ET BONAE || VICTORIAE. L. AEL. RVFINVS PRO SE ET SVOS. (*sic*) || V. L. P. — Carlsburgii. Maffei *Mus. Ver.* 238, 3.

1348. MAVORTIO PATRI || CONSERVATORI || SACRVM || PRO SALVTE C. TERENTII || C. F. SEVERI C. TERENTIVS || INGENVVS FILIVS. || V. S. L. M. — Romae. Gorii *Symb. Dec.* II. vol. 9. p. 229.

1349. MAVORTI VLTORI || Q. NINIVS Q. F. QVIR. PAETVS || II VIR. COLON. ORTONAE || AVG. ET VI VIR. AVGVSTAL<sup>1)</sup> || QVINQVENN. II. SACRVM. — Ortonae. Romanelli *Topografia* T. 3 p. 66.

1) vide in Cap. de Re municipali §. Seviri Augustales. ubi similes dantur Augusta.

simul et Seviri Augustales. Ceterum Spon *Misc.* p. 174. e schedis dumtaxat Barberinis dat hanc inscriptionem; unde cum aliqua probabilitatis specie haec et alia Ortonensis ibidem exhibita spuriae visae sunt Mannerto *Italien* 1. p. 807.

1350. MARSPITER. — In colle Palatino repertum. Fabrett. p. 697, 195.

1351. IN H. DD. GENIO MARTIS || GNAIVS VINOONIVS MES-  
SOR. || V. S. L. L. M. — Diedeshemii. Reines. p. 122, 85. Sic in Schotti *Physica curiosa*. Herbipoli 1667. p. 1331.:

1352. GENIO MARTIS VRSVS CONDOLLI<sup>1)</sup> V. S. L. M. — Neostadii ad tiliam.<sup>2)</sup>


1) Scil. filius. 2) Hinc Muratorio 1979, 8. *Apollinis Granni* saxum ridiculo errore dicitur exstare *Tiliae*, quem locum diu quaesivit Hagenbuchius, donec ipsius Schotti libri compos fieret. Vtraque inscriptio sincera videtur; itaque defenduntur his saltem *Genii Deorum* Maffeo et Zaccariae suspecti.

1353. PACI||FERO MARTI || ELEGAVR||BA POS||VIT EX  
VO||TO. — Salisburyhall in Lancashire. Camden-Gibson. T. 2. p. 149.

1354. MARTI ET FORTVNAE || C. ALFIDIVS<sup>1)</sup> SECVNDVS ||  
MILES COH. XVII. || D. D. — Romae. Grut. 55, 7. Donat. 1. p. 25, 4.

1) *Alefidius* Donat.

1355. MARTI || MINERVAE || CAMPESTRIBVS HEROI<sup>1)</sup> ||  
EPONAE. VICTORIAE || M. COCCEL. || FIRMVS || D<sup>2)</sup> LEG. II. AVG.  
— Graham's Dyke in Britannia. Archaeologia T. 3. p. 149.

1) ita ut *i* inclusum sit literae *o*:  unde fort. leg. Herculi. 2) Centurio.

1356. MARTI BRITOVIO (Nemausi) Grut. 57, 10. — CAMPESTRIBVS  
ib. 12. — CIRADINO (Malacae) fortasse: GRADIVO. ib. 13. — DOMINO  
(Setabi Hisp.) ib. 14. — I.EVCETIO. (Frauenstein prope Moguntiam)  
ib. 58, 3. — MILITARIS. (Bonnae) ib. 4. — SEGOMONI (Lugduni)  
ib. 5. — VICTORI. (Dordraci) ib. 6. — VINCIO (Venciae in Pro-  
vincia) ib. 8. Quaedam ex his ad Gallica pertinere vides, ubi similia  
damus. Ceterum in his Grut. 58, 4., quod hic e Schannatii typo (*Eifelia*  
T. 1. p. 548.) accuratius damus:

IN. H. DD.<sup>1)</sup> || PRO SALVTE IMPP || DIOCLETIANI ET  
MAXIMI||ANI. AVGG. CONSTANTĪ || ET MAXIMIANI. NOBB ||  
CAESS. TEMPLVM MARTIS || MILITARIS. VETVSTATE CO||  
LLAPSVM. AVR. SINTVS PRAE||FEC. IMP. S.<sup>2)</sup> A SOLO RESTI||  
TVIT. DIE. XIII. M. OC.<sup>3)</sup> || TVSCO. ET ANVLINO. COSS.<sup>4)</sup> —  
Bonnae vel Blankenheimii.

1) *In honorem Dei Deorum* ridicule Baersch, pro: *in honorem Domus divinae*.  
2) Praefectus, impensa sua. 3) Mensis Octobris. Notanda haec dierum numerandorum  
ratio. 4) p. Chr. 295. — Hoc, inquam, suspectum erat Maffeo A. C. L. p. 280., sed  
satis defenditur inscriptione paterae repertae Wetlingae prope Aquas Helveticas: apud  
nos N. 458. DEO MARTI MIL. Hagenb. *Helvet. Mss.* T. 4. p. 321. et Calendario  
Venusino ad IV. Idus Iun. MARTI MILIT., ubi male Fogginius explicat MILITI, recte  
Lupulus MILITari.

1357. DEO || MARTI || BRACIACAE || OSITTIVS || CAECILIAN ||  
PRAEFECT TRO . . . || V. S. — Haddonhouse in Derbyshire. Cam-  
den-Gibson T. 1. p. 445.



## §. 5. VENVS. LIBITINA. ADONIS.

1358. \*VENERI || COLL. VASCVLARIOR. || SIG. CORINTHIVM || D. D || CVR. L. TAMVDIVS L. F. SER || CALVINVS. C. CRESCENTIVS C. F. CRV. 1) LENTINVS || VOTINIVS II VIR. QQ. || A. FORRIVS A. F. SCAP. || ANTONIANVS || SACERD. D. VEN. GENITRIC. \* LXXX COL. 2) || STIPAVIT. — Romae. *Spon Misc.* p. 66, 2.

1) Crustumina. 2) Denarios octoginta Collegium stipavit, e stipe collegit. Non omni suspitione caret haec inscriptio.

1359. FEDIMVS CONDITOR. SACRARI VENERIS || CHENDIES CVM PORTICVM ET COCINATORIVM COST. ITVIT EN. TEDONAVI. — Oxoniae. *Marm. Oxon. Chandl.* p. 131, 13. Corrupti hic aliquid latet.

1360. VENERI AVG. || POPILIA L. F. || MARCELLINA || ATTIA MATER || ORNAMENT. EIVS. EXORNAVIT. — Aquileiae. *Bartoli Lettera in Calogera N. Raccolta 2.* p. 508.

1361. VENERI CAELESTI || AVGVSTAE SACR. || NVMMIA C. F. DORCAS || S. P. F. C. || EADEMQVE DEDICAVIT. || L. D. D. D. — Saepini in Umbria. *Grut.* 59, 3. Boviani ponit Romanelli *Topografia* T. 2. p. 442., qui habet DORCHAS.

1362. VENERI CONCILIATRICI. — S. Giovanni in Venere. Romanelli *Topografia* T. 3. p. 52., quem consule de hoc templo et vico Veneris.

1363. \*VENERI || ERYCINAE || VICTRICI || L. CORNELIVS SVLLA || SPOLIA DE HOSTIB || VOTO DICAVIT. — Lauretini in Via Appia reperta dicitur anno 1733. *Calogera Raccolta* Vol. 19. p. 125. *Mur.* 58, 10. *Saggi di Dissert. dell' Acc. Etr. di Cortona* T. 2. p. 177. Mihi videtur commenticia; etsi nihil suspicatus est Ambrosius Balbus, qui operose eandem illustravit in *Dissertazioni risguardanti il culto di Venere Ericina* Torino. 1824. p. 59 — 90. — Pertinet huc inscriptio lateris coctilis apud Marini *Atti* p. 418.:

1364. VENERVS. HERVC. — *Venerus* antiqua est genitivi terminatio, ut *Cererus* ap. *Fabrett.* p. 626, 225. p. 635, 298. *Kastorus* pro *Castoris* *Grut.* 499, 12. HERVC. i. q. Erycinae.

1365. \* D. M. || VENERI || SS. || FELICI CONSERVAT. VICTRICI || CVPIDINI CAELEST. GENITRICI || MATRIQVE DEVM || C. || CAES. — In amuleto. *Fabrett.* p. 564, 105. Est suspecta.

1366. VENERI FELICI SACRVM. || SALLVSTIA. HELPIDVS D. D. — Romae. *Visconti Museo Pio - Clem.* 2. p. 343. Cfr. *Maff. Mus. Ver.* 271, 11.

1367. VENERI GABINAE || ET ALBANAE SANCTAE || PRO SALVTE L. || IVNI PRIMIGENI. || ET SECVNDINO (sic) FIL. || L. IVNIVS FELIX. PATR. CVPEDINIS || II. AER. 1) PRO SALVTE POSVIT. — Sagarolae Gabiorum. *Grut.* 1069, 1. *Mur.* 58, 3.

1) L. Iunius Felix pater, Cupedines duos aereos.

1568. VENERI. VERAЕ. FELICI. GABINAE || A. PLVTIVS EPAPHRODITVS. ACCENS. VEL. AT. 1) NEGOTIATOR SERICARIVS. TEMPLVM CVM || SIGNO AEREO. EFFIGIE VENERIS, ITEM SIGNIS AEREIS N. IIII. DISPOSITIS. IN ZOTECIS ET || BALBIS 2) AEREIS. ET ARAM AEREAM. ET OMNI CVLTV A SOLO. SVA PECVNIA FECIT. CVIVS OB || DEDICATIONEM DIVISIT DECVRIONIBVS SING. .X. 3) V. ITEM VI. VIR. AVG. SING. .X. III. ITEM TABERNARIS INTRA MVRVM NEGOTIANTIBVS. .X. II. ET HS. X. M. N. REL. PVBL. GABINOR. INTVLIT. ITA VT EX || VSVRIS EIVSDEM SVMMAE. QVOD. ANNIS III. K. OCTOBR. DIE. NATALIS PLVTIAE VERAЕ || FILIAE SVAE. DECVR. ET VI. VIR. AVG. PVBLICE IN TRICLINIS SVIS EPVLENTVR. QVOD SI || FACERE NEGLEXSERINT. TVNC AD MVNICIPIVM TVSCVLANOR HS. X. M. N. PERTINEANT. || QVAE CONFESTIM EXIGANTVR. LOCO DATO DECRETO DECVR. || DEDICATA IDIBVS MAIS. L. VENVLEIO APRONIANO II. L. SERGIO PAVLO II. COS. 4) — Gabiis. *Bibliothek der alten Literatur und Kunst*. Fasc. X. p. 4.

1) *velatus*. 2) *valvis*. 3) *denarios*. 4) p. Chr. 169.

1569. VENERI || HORTORVM SALLVSTIANORVM || C. SALLVSTIVS DRVTVS || AEDITVVS D. D. — Romae. Don. p. 14, 52. Mur. 177, 5. cfr. Grut. 39, 4.

1570. IMPERIO VENERIS FISICAE || I. O. M. || ANTISTIA METHE. ANTISTI || PRIMIGENI. EX. 1) D. D. — Pompeiis. Ex Capacio Reinesius p. 42, 18., quam equidem pro spuria facile habuissem, nisi idoneus auctor, Romanellius (*Viaggio a Pompej* 1. p. 15.) affirmaret, eundem lapidem iterum nuper effossum esse. Is habet PHYSICAE.

1) *Ex decurionum decreto* h. l. vix significare posse rati, Reines. *VXor*. Hagenb. E. . D. D. i. e. e *denariis quingentis donavit*, vel EX. V. D. (*voto*.) suspicati sunt. Sed nihil omnino impedit, quo minus consueta illa formula hic quoque retineatur. Titulum scil. ut ponere liceret Antistiae, Decurionum decreto opus erat. Ut igitur admittamus Venerem istam Physicam, magis dubia est Holsteniana, immo Ligoriana *Venus Pelagia*, etsi Pontiam, Euploeamque probe novi.

1571. \* VENERI PELAG || P. LVCILIVS RVSTICVS V. C. || PRAEFECTVS VRBI || COS. PROCOS. LIBY. PROCVRA||TOR LVDI MATVTINI || PROCVRATOR LVDI MAGNI || PROCVRATOR XX. HEREDITAT || FLAMEN MART. || S. P. SIGN. RESTIT. 1) — Caietae. Reines. p. 127, 93.

1) Defendit quidem saxum istud Corsinius in *Serie Praefect. Urbis*. p. 79.; sed alia quoque insunt fraudis vestigia, velut procurationes tres tam dispaes; nec notus aliunde P. Lucilius Rusticus Praefectus Vrbi et Consul, effictus fortasse a Ligorio ex Q. Iuniis Rusticis Coss. u. c. 872. et 915.

1572. \* VENERI || PLACIDAE || CVM SIGN || CVPIDIN || ET BASI SV || MARMOR. IVNIA TY||CHE FEL. V. S. — Spoleti. Mur. 58, 6. Est suspectissima.

1573. VENERI PROBAE SANCTISS. SACR || TI CLAVDIVS MARCION. || SALVE MILLE ANIMARVM INLVSTRI CENARE



OPVS. SALVE || (p)VLCHRI ONERIS PORTATRIX. IN. EXVPERABILE (sic) DONVM || RERVH HVMANARVM DIVINARVMQVE MAGISTRA || (M)ATRIX. SERVATRIX AMATRIX. SACRIFICATRIX || SALVE MILLE ANIMARVM INLVSTRI CENARE OPVS. SALVE. — Herculanei. Martorelli p. 372. Donati 1. p. 33, 9.

1374. VENERI || VESTINAE. || L. IVLIVS KARICVS || CVM VOLVNTILLA || SEVERA VXORE. — Apud Neptunium ex parietinis Antii. Grut. 1069, 3.

1375. VENERI VICTRICI || L. ARRONIVS AMANDVS. || IV. 1) VIR AVG. || SOLO PRIVATO 2) S. P. F. 3) — Tiferi in Vmbria. Grut. 59, 40.

1) VI Vir. Ms. Smetii recte. 2) opponitur hoc notissimo L. D. D. D. 3) sua pecunia fecit.

1376. DEAE VENERI || C. ENETRI C. L. || SACRVM. — Beneventi. De Vita p. 66. et *Inscriptt.* p. 4, 24., qui interpretatur *Veneri a C. Enetrio Caii Liberto* privatim cultae. Sed, nisi obstaret aliquatenus eius ἀντροψία, suspicarer: GENETRICI. cuius, quod mirere, paucissima omnino supersunt monumenta, veluti:

1377. . . . . || . . . IO COS || QVA DIE SPECVLAR || A SACERD. VENERIS || GENITRIC. 1) ET GENI REIP || DEDIC. — Lupatiae. Romanelli *Topografia* T. 2. p. 185.

1) Nisi admodum fallor, cultus Veneris Genitricis post Caesarum familiam extinctam vel casu obsolevit, vel consulto est in oblivionem adductus. Duo haec verba: VENERI GENETRICI Telesiae quoque reperta esse perhibet Romanelli *Topogr.* T. 2. p. 423.

1378. AB LVCO LIBITINA 1) || Q. CORVNCANI STATI || Q. 2) Q. L. EROS || CORVNCANIA Q. L. CRESTE || IN FR. P. XIII. IN A. P. XIII. — Romae. Grut. 974, 8.

1) *Libitinae* Voss. de *Anal.* Lib. 1. C. 25. p. 480. 2) i. e. Quintus Coruncanius Eros, Quinti Coruncanii Libertus. HAGENB. Mss.

1379. D . . || ADONI SIG. || EX VOTO M. VLPIVS || ET AVR. ŠABINA. P. L. T. — Iustinopoli. Mur. 2099, 2. Carli *Antichità di Capodistria* in Calogerà *Racc.* 28. p. 272. habet P. L. I.

## §. 6. VOLCANVS. STATA MATER. VESTA.

1380. VOLCANO || EX AERE PVBLICO || IN VIA RECTA || CIV. TAR. || PONTIFICVM IVSSV || STATVIT. || P. CORNIFICIVS. — Tarenti. Mur. 59, 5.

1381. DEO PATRIO. || CN. TVRPILIVS || CN. F. TVRPILIANVS AEDIL. ET PR SAC VOLK FAC 1) || SIGILL. VOLKANI || EX VOTO POSVIT. ARG. P. XV. SCRIP 2) IX. — Ostiae. Marini *Att.* 2. p. 357.

1) i. e. Aedilis et praetor sacris Volcanalibus faciendis; praetor h. l. significatu plane singulari is dicitur, qui praeest sacrificiis. 2) scripulatorum.

1382. VOLK. MITI || SIVE MVLCIBERO || LVCI VETTI || TELESPHORVS ET || CHRISANTVS FRA || VI VIR. AVG. NOMI 1) ||

VEITIAE L. F. SECVNDAE 2) || TELESPHORI FILII. || L. D. D. D. — Brixiae. Grut. 1069, 5. Mur. 59, 6. Labus *Dissertazione* p. 22., cuius typum exhibemus.

1) nomine. 2) Secundi. Mur. Cet. cfr. corruptum lap. Grut. 472, 2. OLKMITI SIVE MVLCIBERO. Donati 1. 33, 2.

1383. Brixiae itidem, (praeter Grut. 356, 1. et 1069, 4. nunc deperditum, correctius apud Labus *Dissertazione* p. 24.

VOLKAN. AVG || P. ANTONIVS || CALISTIO VI || VIR. AVG. ET. C. CLOD || COMIC. ET P. POST || AGATHO. IDEM || SPORT. DEDIC. ET IN || TVTEL. 1) HS. CCCC. DED || COLL. IVVEN. 2) —

1) sportulas dedicatione et in tutelam. 2) Collegio Iuvenum:) repertum nuper est seq. saxum:

VOLCANO || SACRVM || PVBLICE. — Labus *Dissertazione* p. 13.

1384. ARSES || VVRSES || SETHLANL || TEPHIAL || APE TERMNV || PISEST ESTV. — Cortonae. v. *Coltellini sopra un' ara etrusca con iscrizione finora inedita*. Roma 1790. Münter in *Det K. Danske vidensk. Selskabs. Afhandlinger*. Kiøbenhavn. 1823. T. 1. p. 3., qui ita explicant: Avertas ignem, Vulcane, victimarum carne post terminum piatus esto. vel: Ignem avertas, Vulcane, in cinerem redigens (qui) apud terminum piatus esto. v. Festus in *Arse verse*.

1385. \* VOLCANO. QUIETO. AVGVSTO || ET STATAE MATRI AVGVSTAE || SACRVM P. PINARIVS TRIASVS ET || M. RABVTIVS BIRVTIVS || MAG. VICI. ARMILVSTRI ANN. IV. — Romae. Gud. XL, 3., ex Ligorio. Mur. 59, 8. Gor. *Etr.* 3, p. 111. Haec omnino est spuria; certior est sequens ap. Mur. 297, 6. et emendatior ap. Gor. *Etr.* 3. p. 108.:

1386. STATAE MATRI SAC. || Q. COELIVS Q. L. || APOLONIDES || MAG. VICI. || D. LAELIVS BALB.

C. ANTISTIO VET. COS. 1) — Exstat Florentiae.

1) u. c. 747. v. Festus in *Statae Matris*. et cfr. Gud. L, 2.: STATAE FORTVNAE AVGVSTAE || TITVS. LAENIVS T. F. QVIR. || CAMARINVS. || TRIBVNVS LEG. XV. AVG. D. D. Sed hoc Ligorii commentum est, ex Stata Matre et Seia Fortuna conflatum.

1387. STATAE MATRI || AVG. SACRVM. || MAG. REG. VII. || VIC. MINERVĪ. || ANNI L || AP. ARRENIVS APPIANVS || C. CORNELIVS EYTYCHVS. || SEX. PLOTIVS QVARTIO. || C. VIBIVS PHILET. || DEDICATA EST. || XVII. K. SEPT. LVSTRATIONE. — Romae. Mur. 33, 2. Cfr. ib. 1.

1388. STATAE MATRI AVGVST. || MAGISTRI ANNI SECVNDI || C. DVSONIVS SATVRNINVS || CN. CAMPANIVS LOGVS. || Q. LIGINIVS (sic) TYCHIVS || Q. CAFATIVS DIADVMENVS. — Capobianco prope Romam. Marini *Atti* 2. p. 614. Stata Mater, uni Festo memorata, quattuor praeter hunc habet lapides ap. Mur. 52, 2. 59, 8. Gori *Etr.* T. 3. p. 108. Anecd. liter. 1, 459. *Stata Mater* eadem cum Vesta. Marini *Atti* p. 379.

1389. In Actis Frat. Arval. Tab. XXXII. duae Vestae distinguun-



tur: VESTAE<sup>1)</sup> OVES  $\bar{\text{II}}$ . VESTAE MATRI. OVES.  $\bar{\text{II}}$ . — v. Marini p. 378.

1) scil. Virgini.

1390. VESTAE. SACRVM || ANTISTITI || PRAEDIORVM HELVIDIANORVM. — Romae. Fabrett. p. 694, 150. Morcelli *St.* 1, 9.

1391. VESTAE ET MATRIBVS || T. CELERINVS. TEM. PORTIC || CVSTODIARVM<sup>1)</sup> (*sic*) D. S. . — Asculi. Mur. 32, 3.

1) l. Custodiarium, in quo vasa sacra recondantur. Mur. Verum idem longe probabilius hunc lap. p. 147, 6., ita exhibet: VESTA T. F. CELERINA || MATRIBVS. TEM. PORTIC || CVSTODIARIVM. D. S. P. — Asculi; ubi igitur secundum utranvis lectionem Matres illae in Gallicanis saxis frequentes colebantur. *Vesta* tamen, feminae nomen haud nimis placet, etsi probe novi v. c. *Mercurios*; fuitne VESTIA? — Priorem typum praefert Saxius *Miss.* 2. p. 179.

1392. VESTAE tituli omnino rarissimi sunt, quippe quum Gruterus nullum habeat nisi hunc: (26, 5.)

VESTAE || Q. CASSIVS || M. F. || VARVS || V. S. L. M. — Veronae; ex Sarayna.

1393. IOVI OPTIMO. MAXIMO || MINERVAE || IVNONI. VESTAE || ALBAN. SACR. || L. CORNELIVS L. F. FALERINA || PVPILLVS. FLAMEN. QVINQVEN || PATRONVS CASTRI MOESENSIVM<sup>1)</sup> || EX VOTO. — In Monte Albano. Spotorno *Trattato* 2. p. 192. ex Riccio (*Memorie d' Albano.*)

1) Idem, qui Plinio H. N. 3, 9. p. 155. Hard. *Castrimonienses. Castrimonium* ap. Frontin. *de Col.* p. 85. Reichardo est *Castro Pignano.*

## §. 7. M E R C V R I V S.

1394. MERCVRIO || L. COMINIVS || POLLIO || MIL. LEG. || XIII. GEM. || BENEFICIA || RIVS LEGATI || CONSVLA<sup>1)</sup> || ARAM ET || TECTVM || V. S. L. M. — Arcisate Insubrum. Grut. 51, 4. (Murat. 46, 10. corrupte. v. Saxii *Miss.* 2. p. 198.)

1) Consularis.

1395. IN H DD<sup>1)</sup> || DEO MERCVRIO AEDEM ARAM ATTIANVS MAGISSET MAGISSIVS HIBERNVS CA.<sup>2)</sup> || LEG. XXII. P. P. F.<sup>3)</sup> — S. Remy in Alsatia. Schoepflin *Alsat.* 1. p. 437., corrupte ap. Mur. p. 50, 3.

1) In honorem domus divinae. 2) *Camilla* tribu (?) Schoepfl. Melius Hagenb. *Custos Armorum.* (*Campidoctor* Mur. *Caligatus* Saxius *Miss.* 2. p. 203.) 3) *Primigeniae Piae Felicis.* eadem legio *Severiana* in lap. Canstadiensis ap. Schoepfl. l. l. p. 443.

1396. DEO MERCVRIO ATTEGIAM<sup>1)</sup> TEGVLICIAM COMPOSITAM SEVERINIVS || SATVLLINVS C. F. EX VOTO POSVIT. L. L. M. — Prope Niderbronniam vicum. Schoepflin *Alsat.* 1. p. 445.

1) Iuven. 14, 196. *dirue Maurorum attegias, castella Brigantum.*

1397. SACRVM || MERCVRIO || EPVLONI || EVPHROSYNO. — Romae. Gud. 36, 6. *αυτόπτης.* Mur. 49, 10. Visconti *Ienkins.* p. 74., qui ipse quoque de hoc titulo non dubitabat. Vide, ne fraus lateat Ligoriana, ut arae antiquae a falsario haec sint incisa.

1398. PRIMIO CARIASSIS <sup>1)</sup> FILIVS || MERCVRIO AEDEM ET SIGNVM || SOLO SVO EX VOTO DEDIT. — Brixiae. Bianchi *Marmi Crem.* p. XLIV.

1) Cfr. Grut. 81, 3.

1399. MERCVRIO || CUIVS SEDES A TERGO || SVNT || APPIVS CL. LATERANVS || XV VIR. SAC. FAC || COS. DESIGN <sup>1)</sup> || LEG. AVG. PR. PR <sup>2)</sup> || LEG. III. ITAL. V. S. L. M. — Augustae Vind. Grut. 51, 4. Raiser, *ἀντιόπτης. Augsburg.* p. 26. Eadem corrupte ap. Mur. 45, 9. sic: MERCVRIO CUIVS SEDES AETER || SVNT AELIVS. C. L. LATERANVS (cetera, ut Grut.) Viennae Allobr. Habent sua fata etiam inscriptiones.

1) p. Chr. 197. 2) Pro Praetor. Raiser. Pro Praefectus, rectius HAGENB. v. Saxii *Miss.* 2. p. 197.

1400. MERCVRIO || CAELESTI. <sup>1)</sup> FATALI || Q. MVNATIVS TRICHORVS || EX VOT. || MVNATIONORVM || ARAM SVA PECVNIA || P. L. M. — Romae. Grut. 54, 4.

1) Checozzius *de vet. lucis* diss. II. italicae edita p. 5. Mercurium hic caelestem vult dictum, ut distingatur a *χθονίω* et *ψυχολόμπω*. HAGENB.

1401. MERCVRIO || CONSENTIENTI || SACRVM. || HERMIAS DEDICAVIT. || IDEMQ. VOVIT. — Lonae in Dacia. Mur. 49, 6. Ita: MARTI-CONSENTIENTI id. 43, 4. Cfr. N. 1344.

1402. MERCVR. INVIC. SACR || PRO SALVTE || PRAESENTIS || N <sup>1)</sup> || SAGARIS. <sup>2)</sup> ACTE. — Venusiae. Lupulus p. 289.

1) nostri. 2) Sagaris *ὄκρονόμος* s. dispensator Bruttii Praesentis, et Acte, eius contubernalis, ut colligitur e lapide Graeco apud Lupulum p. 284. *Invicti* nomen Mercurio rarissime tribuitur.

1403. . . . PLVM SACRVM || . . . . TRI MERCVRIO LAN <sup>1)</sup> || . . . CILIX TVLLI L. S. — Arpini. Romanelli *Topografia* T. 3. p. 374.

1) Explicant: Mercurio Lanario.

1404. MERCVRIO || LVCRORVM POTENTI || ET CONSERVATOR. SACR. || C. GEMELLIVS C. FIL || OVF. VALERIANVS III VIR A. P. PRAEF. I. D. || CVM CILONIA SECVNDA || CONIVGE ET GEMELLIO || VALERIANO SECVNDO ET || VALERIA LIBERIS SVIS || EX VOTO DONVM || POSVIT ET DEDICAVIT. || L. D. D. D. :: DEDICATA III. I. IVNIAS || DEXTRO II. || ET FVSCO COS. <sup>1)</sup> — Mediolani. Spon *Misc.* p. 91. correctius ap. Mur. 546, 2.

1) p. Chr. 196.

1405. DEO MERCVRIO TREVIRORVM CONS. <sup>1)</sup> AELIVS MESSIVS || ARAM POSVIT DE SVO. — Trevisis repertum 1781. Huepsch. p. 47, 4.

1) Conservatori.

1406. DEO MERCVRIO CISSONIO DVBITATIA <sup>1)</sup> CASTVLA || NATIONE SYRIA TEMPLVM || ET PORTICVS. VETVSTATE || COLLABSVM DENVO DE SVO || RESTITVIT. — Vesontione.



Mur. 144, 3. Cfr. Saxii *Miss.* 3. p. 34. Fabrett. IX, 163. Schoepflin *Alsat.* 1. p. 459.

1) DVBERATIA s. DVBTERATIA alii typi.

1407. IN. H. D. D || DEO. MERCVR. MOCCO. || L. MASCL. MASCVLVS ET || SEDATIA BLANDVLA || MATER. || EX VOTO. — Prope Andematunum Lingonum. Reines. p. 236, 266. Bimard. in *Mur. Proleg.* p. 51. Saxii *Miss.* 1. p. 11. Haec duo referri poterant ad Numina peregrina, Gallica scil.

1408. \* MERCVRIO || MAXIMO || CONSERVATORI || ORBIS || C. SILIVS FVNDANVS C. FIL. QVIR. XV VIR. SACR. FAC. STATVAM || ET ARAM C. C. || V. S. L. M. — In agro Brixienti. Reines. p. 118, 81. Spon *Misc.* p. 91, 41. Sed recte Maffei A. C. L. p. 304. eam pro spuria habet; conficta fuit fortasse a Rubeo, talium mercium amatore. Sequens quoque eidem Maffei l. l. suspecta est:

1409. MERCVRIO || NVNDINATO || RI — Birstadii. Reines. p. 118, 80. Sed hanc defendit quodammodo ista:

1410. MERCVRIO NEGOTIATORI || SACRVM || NVMSIVS ALBINVS || EX VOTO. — Metis. Grut. 55, 1. Murat. 49, 8. et 1981, 7.

1411. M. AVRELIVS. M. F || SILVIANVS || TRIB. MILIT. AIDIL. Q. || PRAEF. VIGILVM || MERCVR. PACIF || PERICVLO SVPERSTES || VOT. SOLV. L. || IV. KAL. IANVAR || CN. LENTVLO. M. CRASSO COS. 1) || OB. CVIVS. DEDICAT. OBTVLIT || DECVRIONIB. ET VNIVERSO POP . . . . . — Venusiae. Calogerà *Raccolta* Vol. 19. p. 128. Mur. 2029, 1., sed longe correctius ap. Lupulum p. 289.

1) u. c. 739.

1412. GENIO PACIFERO || SACRVM. || L. VIVASIVS L. FIL. || STEL. POMPEIANVS MIL. COH. II. BRACAR. || EX VOT. L. M. — Suessulae, sub signo Mercurii. Don. 49, 139. (Rein. 1, 166.) Fortasse ipse Mercurius significatur nomine Genii Paciferi. *Pacifer Cyllenius* Ovid. *Met.* XIV. 291. HAGENB. Mss.

1413. I. O. M. ET. MERCVRIO. REDVCI || OB. REDITVM. M. CALEVII. PACATI || M. VEBIVS. M. L. GEMINVS || EX VOTO || C. CAECILIO. RVFO || L. POMPONIO. FLACCO || COS. 1) — In vico S. Blasii Lucaniae. Maffei *Mus. Ver.* 353, 1. correctius, quam ap. Mur. 301, 1.

1) p. Chr. 17.

1414. MERCVRIO ARCECIO — (Brigantii.) Grut. 53, 10. — ARVERNO. (in ditone Iuliacensi Wenauten.) ib. 41. — AVGVSTO. (Viennae Allobr.) ib. 13. — CENSVALI (Reginoburgi.) 54, 3. — MAGNO. (Veronae.) ib. 13. — REDVCI (ad Sirmionem.) 55, 2. — CVSTODI. (Brixiae) Mur. 49, 9. Inscriptio suspectissima. cfr. Saxii *Miss.* 2. p. 202.

1415. DEO MERCVRIO ET POS||TVERTE <sup>1)</sup> || C. ANTIVS.  
TITI. FI. || EX VOTO. — Antemoduni Lingonum. Grut. 50, 9.  
Mur. 50, 6. 108, 1.

1) Sic Grut. probante Saxio *Miss.* 2. p. 205., ut POSTVERTA Dea sit parturientibus propitia. Sed e typo Pauli Petavii Mur. 108, 1. ROS||MERTE. e typo Montefalconii Mur. 50, 6. FORT. VERTE. quod explicant *Vertenti*, instabili.

1416. MERCVRIO REGI SIVE || FORTVNE || BLESIO BVR||  
GIONIS FIL. || V. S. L. M. — Zutphaniae. C. H. A. *Misc. Obs.*  
1742, 4. p. 215.; quo in saxo quum Cuperus *Mon. Ant.* p. 185. (cfr.  
Murat. 50, 7.) legisset: MERCVRIO REGIS. VE. || FORTVNE —  
misere se torsit. Cfr. Saxii *Miss.* 2. p. 205., unde collatis similibus  
typis Mur. 51, 8. 9. 10. dubius omnino haerebis, utrum recte legerit  
C. H. A. (Cannegieterus), an in illo quoque N. 7. de homine potius  
Gallo sermo sit. Mercurius certe interdum hominis est nomen, non  
Dei.

1417. In basi Hermeraclis optimi artificii:

EPMHC

LVCRI REPERTOR ATQVE SERMONIS DATOR  
INFAS (*sic*) PALAESTRAM PROTVLII<sup>1)</sup> CYLLENIVS.

(*Sequuntur quattuor versus Graeci, mutili.*)

a latere sinistro:

INTERPRES DIVVM CAELI TERRAEQ || MEATOR  
SERMONEM DOCVI MORTALES ATQ || PALAESTRAM  
. . . . . I . . . I VSQVE TERRAE<sup>2)</sup>

SERMONIS DATOR ATQ SOMNIORVM

IOVIS NVNTIVS ET PRECVM MINISTER. — Romae. Ma-  
rini *Iscriz. Alb.* p. 145. Visconti *Museo Pio-Clem.* 1. p. 39.

1) Sic ap. Marin. pro *protuli*. Visconti: *protulit Cullenius*. 2) *atque terrae*.  
Visc.

1418. OPTATVS CASSIVS || OPTIONIS F || SVSCEPTVM  
MERITO VOTVM TIBI MERCVRI SOLVI || VT FACIAS HILARES  
SEMPER TVA TEMPLA COLAMVS. — Novariae. Maffei *Ant. Gall.*  
p. 75. *Mus. Ver.* 370, 5. „observans in lapp. raro nonnisi cognomina  
poni. Attamen varia eius formae et iuncturae exempla passim in  
promptu sunt, ut *Iulianus Didius* in *Reinesii Append.* 111.” Saxii *Miss.* 2.  
p. 199. (Corrupte dat Mur. 46, 15.) Ut hic, alibi quoque dedicantis  
nomen, dei nomini praepositur. v. c.:

1419. Q. PVPIVS || SALVIVS || MINERVAI<sup>1)</sup> || V. S. L. M. —  
Arimini. Don. 1, 74. Mur. 53, 3.

1) Sic Don. Mur. MINERVAE. v. Saxii *Miss.* 2. p. 209.

1420. Notamus hic, aliquando nomina Deorum, quibus monumenta  
dicata sunt, in ipsis inscriptionibus haud referri, propter additas ipso-  
rum imagines. Sic in lapide votivo Augustano cum simulacris Mer-  
curii, Martis ac Victoriae hic incisus est titulus:

AEL. MONT || HAEDER. PRO || SALVTE SVA .ET P. HISP.



CANAVILI || FILI ET AEL. MON || FESTINAE CON||IVGIS V. S. L. L. M. || D. D. D. VII. KAL. || SEPT. GETA II || PLAVTIANO COS. 1) — Raiser *Augsburg*. p. 28.

1) p. Chr. 203. Nota secundum Septimii Getae, fratris Imp. Septimii Severi, consuetum, non aliunde notum; Consul antea suffectus fuerit, necesse est, nisi tamen pro II. in ipso lapide exstiterit ET, quod mihi quidem valde est probabile.

§. 8. M I N E R V A.

1421. PL. SPECIOS || MENERVAI || DONOM || PORT. 1) — Florentiae in aerea lamina. Gor. *Etr.* 1. p. 68, 190. Mur. 52, 11.

1) portat?

1422. MINERVAE || SENECA 1) MAGIA MAGI F. — Brixiae. Masdén *Opusc.* p. 203.

1) *Seneca* feminae nomen alias inauditum. Masdén tentat MINERVAE S(acrum) ENECA, sed hoc quoque nihil est.

1423. MINERVAE || CABARDIACENSI || MARIA C. MARI || VMBRONIS F. || V. S. L. M. — Infra Cabardiacum in agro Placentino, non longe Trebiâ. (quem locum frustra in Latio quaesivit Reines. p. 244. Cfr. Grut. 1067, 3.) Grut. 81, 8. Cfr. mox N. 1426.

1424. \* SACRVM MINERVAE || FATIDICAE. — Conserani Convenarum. Reines. p. 165, 128. Non omni caret suspicione.

1425. \* IOVI O. M. ET || MINERVAE FRVGIF || C. IVLIVS RVFVS C. V. || PROCOS. CAMPAN || V. S. — Sine loco. Donati 1. p. 9, 6. Haec quoque suspecta.

1426. MINERVAE. MEDICAE || CABARDIAC. || VALERIA SAMONIA || VERCELLENS || V. S. L. M. — Placentiae. Grut. 1067, 3. Cfr. 81, 8. correctius apud Lama p. 34.

1427. MINER. MEM. 1) || VINCIA CRISPINA. || P. F. V. S. L. M. — In vico Travi, agri Placentini. Mur. 53, 14.

1) Memori; in alio lap. ibid. eruto (Mur. 53, 15.) M. M. NAEVIUS VERVS — VOTVM EX BRITANNIA cet. Sic ap. Lama p. 35. M. M. || SANCTISS || L. COELIVS AGATHOPVS. || MEDIOL. PRO COELIA || MARCELLINA || LIB. V. S. L. M.

1428. MINERVAE || MEMORI || COELIA IVLIANA || INDVLGENTIA MEDICINARVM || EIVS. INFIRMITATE || GRAVI LIBERATA || D. S. P. — Velleiae. Grut. 81, 9. Lama p. 34.

1429. MINERVAE || MEMORI TVLLIA SVPERIANA. RES||TITVTIONE FACTA || SIBI CAPILLORVM. — Placentiae. Grut. 1067, 4. v. Graev. *Praefatt.* ed. Fabric. p. 310.

1430. DEAE PALLADI C. || AVR. FESTINVS 7. || STRAT. 1) CI. . . EI || . . GNATIANI LEG. || TABVLARIVM PENSI||LEM A SOLO FECIT || ADIVTORE COSSIO || MARTINO PRAE||TENSE J || EXTR. CATO. 2) — Moguntiaci. Fuchs. 1. p. 40.

1) Centurio Stratorum (?) 2) haec nondum explicata sunt.

1431. MINERVAE || BELISAMAE || SACRVM || Q. VALERIVS || MONIM . . . 1) — Apud Conseranos (Convenas) in Novempopulonia.

Grut. 1067, 2. Don. Class. 1, 163. Mur. 53, 13. — Seldenus *de Diis Syris*. p. 171. et Münter *Religion der Karthager* p. 75. *Minervam istam Belisamam eandem esse arbitrantur cum Dea Caelesti Carthaginensium, Sa inensi dicta Ulpiano Tit. 22, 6. Mihi potius videtur confusa cum Dea aliqua Gallica.*

1) Ita Grut. sed Mur.: *Montanus*.

1432. *Minerva dein Berecynthia, et corrupte Paracentia in saxis quibusdam, eadem est cum Magna Matre Deum Idaea. v. in Cap. de Rebus Sacris §. 16. Religg. Matris Deum. et De Vita Inscriptt. p. 2. — Utramque Deam iungit etiam Augustinus de Civ. Dei. 2, 4. Ludis turpissimis, qui diis deabusque exhibebantur, oblectabamur, Caelesti Virgini, et Berecynthiae matri omnium cet.*

### §. 9. A P O L L O.

1433. M. MINDIOS L. FI || P. CONDETIOS VA. FI || AIDILES VICESMA. PARTI. || APOLONES DEDERI.<sup>1)</sup> — Antiquissima inscriptio in lamina aerea ap. Lanzi *Saggio*. 2. p. 275.

1) Valerii filius Aediles vicesimam partem Apollini dedere.

1434. C. IVLIVS SOSIGENES. EX VOTO || APOLLINI AEDICLAM || REFICIENDAM CVRAVIT. V. S. L. M. || — S. l. Passionei. p. 3, 7. (Polcastro p. 6.)

1435. APOLLINI. GENIOQVE AVGVSTI CAESARIS || L. APVSLENVS. L. L. EROS MAGISTER || PVTEVM. PVTEAL. LAVRVS. || SACRVM D. S. P. — Ad antiquum puteum in agro Bononiensi. Morcelli *St.* 2. p. 323. Cfr. Donati 1. p. 17, 4.

1436. APOLLINI AVGVSTO || SACRVM || MAGISTER ET MINISTER || ANNI LII. D. D. || L. LABERIVS L. L. FELIX || TERTIVS QQ. NANNIORVM || LVNENSIS ET MONTANI.<sup>1)</sup> — Sine loco. Fabrett. p. 40, 207.

1) scil. servus.

1437. APOLLINI CVMANO || Q. TINEIVS RVFVS. — Cumis. de Iorio p. 73.

1438. APOLLINI LYCIO. || M. PVBLICIVS CAMPANVS AE || DITVVS IVSSV || IPSIVS D. D. — Apud Iaderam. Mur. 23, 10.

1439. APOLLINI || PYTHIO SACR. || NASELLIVS || PROCLIANVS || 7 LEG. VIII AVG. || TORQVATO ET IVLIANO COS.<sup>1)</sup> || V. S. L. M. — Prope Heilbronniam. (1766.) *Acta Acad. Theod. Pal.* 2. p. 52.

1) p. Chr. 148. post *Torquato*, ut fit, omittitur II. vel Iterum.

1440. Inter Apollinis praecipua epitheta ap. Grut. 38. refero: APOLLINI PACIFERO. 38, 7. PRAESTANTI ib. 8.

1441. INTONSI SVM CVRA DEI || PENEIA VIRGO  
PERPETVO PVLCHRO FRONDIS || HONORE VIRENS



QVISQVIS AMAS PHOEBVM LAVRVM COLE || QVIC-  
QVID AMATAE

DEDITVR. ACCEPVM || GRATVS AMATOR HABET.

— Tarvisii in vase rotundo. Mur. 146, 5. Burmann, *Anthol. Lat.* 1. XXXII. Estne seculi XVI.?

1442. PHOEBO dicatae Inscriptiones omnes spuriae sunt. v. c. Murat. 22, 10. 1979, 7.

## §. 10. D I A N A.

1443. DIANAE SACRVM. IMPERIO.<sup>1)</sup> — Romae. Gud. 29, 2.

1) i. e. ex imperio, ἐξ ἐπιταγῆς. HAGENB. Ibid. VIRIBVS SACRVM. Cfr. Grut. 89, 9. item 1011, 1. DIANAE VICTRICI ET VIRIBVS. (*Vires*, id est, Acedestis genitalia, alias memorantur in tauroboliis, et ab Arnobio 5, 6, 11, et 14.)

1444. DIANAE SANCTAE || T. FLAMINIVS. ARISTION || EX MONITV ARAM FECIT. — Romae. Maffei *Mus. Ver.* 294, 1.

1445. IVSSV || IMPERIOVE || CAEL. DIANAE<sup>1)</sup> AVG. || C. AVIA.<sup>2)</sup> SECVNDVS CVM || VALERIA ATILIANA CONIVGE. — Mediolani. Don. p. 11, 40. Donati p. 22, 6.

1) DIANA CAELESTIS etiam Grut. 41, 1. Eadem est cum Dea Caelesti Carthaginiensium. v. Münter *Religion der Karthag.* p. 75. 2) Avianus. v. Zachar. *Exc. liter.* p. 102.

1446. Q. VIBIVS L. F || DIANAI V. S || EIDEMQ. ARAM || D. S. P. C. — Patavii. Polcastro p. 199, 18.

1447. . . BRARVM<sup>1)</sup> AC NEMO || RVM INCOLAM || FERARVM DOMITRICEM || DIANAM DEAM VIRGINEM || AVXENTIVS V. C. VBIQVE || PIVS SVO NVMINI SEDI || QVE RESTITVIT. — Romae. Fabrett. p. 689, 106.

1) Umbrarum.

1448. . . IANE AVGVSTI || SILVESTRI || . . . IVSO<sup>1)</sup> POSV || IT SEPTIMVS || PRO FILIO SVO. — Salonae. Zachar. *Marm. Sal.* p. 8, 7.

1) ex viso. HAGENB.

1449. \* INVICTAE DIANAE ET || VICTRICI SANCTAE || L. VALERIVS. L. F. POPIL. FELIX. || S. P. V. S. — Ariciae. Mur. 37, 2. Fictitia est similis Ligoriana in Spon *Misc.* p. 88. Reines. *Class.* 1, 258. Mur. 12, 12. Ceterum nostram e Vulpio *Vet. Lat.* T. 7. p. 226., non e Lupo, certiore sane auctore, deprompsit Mur., notante Saxio *Miss.* 2. p. 186., eademque est cum Mur. 37, 1. Ligoriana; ita ut haec quoque ad spurias amandanda videatur.

1450. DIANAI LOCH.<sup>1)</sup> S. P. S. C. D. S.<sup>2)</sup> || CINECEIA P. F. RVFA POM || PONTIA. — Neapoli. Grut. 1011, 3.

1) λοχέλα S. λοχία. v. Reines. p. 105. d'Orville *Misc. Observ.* 1741. T. 3. p. 153. 2) Siglae incertae; fortasse: *Sacrum. Pecunia sua curavit, dedicavit, sacravit.*; nisi in P. S. latet potius *pro salute*.

1451. DIANAE LVCFERAE || L. LICINIVS || VITVLI LIB. GRATVS. V. S. — Ticini. Mur. 37, 6.

1452. \*DIANAE || MELLIFICAE || SACRVM. — Albae Iuliae s. Carolinae. Ex Ariosti III. 17. Seivert p. 181, 274. Suspecta.

1453. DEANAE || NEMORENSI || SAC. || M. ACILIVS PRISCVS || EGRILIVS FLAVIANVS. — Ariciae. Spon *Misc.* 88, 34. Mur. 36, 5.

1454. DIANAE || NEMORENSI || FELICI || MAXIMA LVCII NIANA PRO INCO||LVMIT. ET REDIT || L. LVCINI VIRI S. || VOT. SOLV. — Mirabellae. Lupulus p. 94.

1455. DIANAE || NEMORESI. VESTAE || SACRVM DICT<sup>1)</sup> || IMP. NERVA<sup>2)</sup> TRAIANO AVG. || GERMANICO III COS. PRAEF || EIVS T. VOLTEDIO MAMILIANO || QVAESTORIB || L. CAECILIO VRSO. II. M. LVCRETIO || SABINO II. AEDILIB. Q. VIBENNA QVIETO || TI. CLAVDIO MAGNO || P. CORNELIVS TROPHIMVS PISTOR || ROMANIENSIS EX REG. XIII. IDEM CVR || VICI QVADRATI ET LANIA C. F. THYONOE CONIVX || EIVS VOTVM LIBENS SOLVERVNT. — Reperta ad lacum Nemorensem, nunc in Museo Capitolino. Grut. 41, 7. Nibby *Viaggio* 2. p. 170.

1) Optime Marini *Atti* 2. p. 416. vindicavit egregiam hanc inscript. a censuris Maffei A. C. L. p. 277. legens: *Dictatore* (Ariciae scil.) — *Traiano*. — *Praefecto eius*. (v. in Capite de Re municipali. §. *Praefecti Caesarum et Augustales*.) *Quaestoribus* (Ariciae) - *iterum*. *Aedilibus*. cet. 2) Ita Nibby. Perperam Grut. *Nervae*.

1456. \*DIANAI OPIFER || NEMORENSI || L. APVLEIVS L. L. ANTIO. — Tibure. Grut. 41, 8. a Pighio (non nimis certo auctore) Smetius.

1457. \*DIANAE SACRVM || M. NVMSIVS M. F. OVF. || PHILIPPVS FLAMEN VIRBIALIS || ET ARICINAE DIANAE VESTAE DICTAE CVSTOS || XII. KAL IVNII EPVL. VIRBIAL. PVB. DEDIT. || N. SIGNVM DEAE CONLOCAVIT. || IMP. M. ANTONINO COMMODO || AVG V. ET VALERIO AVRELIO GLABRIONE COSS.<sup>1)</sup> — Ariciae. Guasco T. 1. p. 40. ex Vulpio.

1) p. Chr. 186. sed commenticiam hanc inscriptionem esse recte observavit Marini *Atti*. p. 417.

1458. I. O. M. ET DIANAE PATR<sup>1)</sup> || SACR. || C. IVL. ARTEMO TRIB || MIL. LEG. II. AD. || V. S. L. M. — Vacii. Sestini p. 254.

1) Patronae.

1459. \*DIANAE SOSPITE (*sic*) || L. SEPTIMIVS L. F. TROM<sup>1)</sup> || FELIX VICTOR. SACERD || MATRI D. M. I. ET ATTINI || POP. ROM || SVA PECVNIA DED. — Sine loco. Van Dale. p. 22. Donati 1. p. 21, 2.

1) Tromentina tribu. Ceterum est suspecta. Ligorianam credo, etsi nunc (1827.) ubi praeterea exstet, indicare nequeo.

1460. IMP. CAESAR || VESPASIANVS || AVG. COS. VIII<sup>1)</sup> || FINES LOCORVM DICATOR || DIANAE TIFATINAE || CORNE-



LIO<sup>2</sup>) SVLLA EX || FORMA DIVI AVG. || RESTITVIT. — Capuae. Don. p. 12, 41. Mur. 446, 4. Cfr. Vellei. Paterc. 2, 25.

## §. 2. SACERDOTES. — ORNATI. CORONATI. CAPVLATI. LAVRENTES LAVINATES. CAENINENSES.

2159. Sacerdos Iovis Tonantis memoratur in spuria inscriptione  
Pighiana. Grut. 307, 7.

2160. L. AVRELIO || APOLAVSTO MEMPHIO || AVGG. LIB.  
HIERONICAE || CORONATO ET TON. DIAPANDON (*sic*) APOL-  
LINIS SACERDOTI || SOLI. 1) VITTATO. ARCHIERI || SYNHODI  
ET AVGG || L. AVRELIVS || PANNICVLVS QVI ET || SABANAS.  
PATRONO || OPTIMO. — Romae. Grut. 313, 8.

1) Apollinis Sacerdotem Soli, i. e. secundum Scalig., Solis dei vittatum, non puto  
procedere. *Soli* credo appellative dictum, i. e. uni, *μὸν*. Ita in alio saxo cum hoc  
componendo, etsi non eidem homini facto, apud Gúd. 108, 5. *Hieronicae SOLO*  
(soloece pro *soli*) in urbe coronato *Diapanton*. HAGENB. Mss. Ceterum confer lapi-  
dem eidem homini positum ap. Mur. 659, 2., quem dabimus in capite de Ludis.

2161. TI. IVLIO BALBILLO S. SOL || ALAGABALI || EVDAE-  
MON LIB || PATRONO OPTIMO. — Romae. Grut. 313, 7. cfr.  
Grut. 32, 12. supra N. 1940.



2162. \* L. IVNIAE SVAVIAE || L. IVNIO SVAVIO SACER || QVIRINALI. VIX. AN. XXV. M. V. D. VIII. HOR. VII || L. IVNIUS L. F. PAL. BAR||BANIVS SACER. PALAT || FECIT ET SIBI. — Romae. Mur. 460, 4. Est Ligoriana, manifesto falsa.

2165. M. SCVRREIVS FONTINALIS || SACERDOS FORTVNAE PRIMIG. LECTVS EX SC || IIII VIR. AVG. CVR. SEVIR. QVINQ. PERP. DATVS AB || IMP. HADRIANO AVG. COLLEGIO FABR. TIGN || CVM SCVRREIO VESTALE FILIO. SVA PECVNIA FECIT || LOC DAT. D. D. — Praeneste, Marini *Atti* 1, p. 19.

2164. P. AELIO TIMAEO || SACERDOTI IVSTITIAE || P. AEL. STRATONICVS || PATER DVLCISS. — Romae. Mur. 154, 1.

2165. P. H C<sup>1)</sup> || M. FLAVIO. M. F || QVIR. SABINO || LIMICO II VIR || SACERDOTI || CONVENT || BRACARI || FLAMINI || P. H. C. — Taracone. Grut. 441, 9.

1) i. e. Provincia Hispania citerior hoc monumentum erexit M. Fl. M. F. Quirina tribu Sabino, patria Limico, II Viro in patria sua, Limiae; praeterea Sacerdoti Conventus Bracari (Plin. *H. N.* 3, 3.) neq non Flamini Provinciae Hispaniae citerioris. HAGENB. Mss.

2166. In monumento Torigniensi apud Mur. 575, 4. notandus: SENNIUS MERCVRII MARTIS ATQVE DIANAЕ PRIMVS SACERDOS. ut Ostiae ap. Marin. *Iscriz. Alb.* p. 56. PRAETOR PRIMVS. p. 58. PRAETOR SECVNDVS SACRIS VOLCANI. Apud De Vita *Inscript. Benev. Class.* 1, XI. TERENTIA FLAVIANA SACERDOS SECVNDO LOCO. v. Giovenazzi *Aveia.* p. 23.

2167. De SACERDOTIBVS IMP. AVG. — DOMVS AVG. — AVG. — D. N. — PONTIFICIBVS DOMVS AVG. — AVGG. — ORDINE SACERDOTVM DOMVS AVG. PALATINAE v. Marini *Atti* 2. p. 580. Frequentes in primis sunt SACERDOTES ARAE AVG. in lapp. Dacicis. Vide, quos collegit Seivert p. 400. seq.

2168. Q. OCTAVIO || Q. L. POB, PRIMO || VI. VIRO AVG || SAC. IVVEN<sup>1)</sup> || OCTAVIA TIGRIS PAT<sup>2)</sup> || CONIVGI B. M || ET SIBI || V. F. — Veronae. Grut. 444, 6. Maffei *Mus. Ver.* 172, 2. Mur. 202, 4. (apud utrumque vide fragmenta versuum titulo huic subiunctorum.)

1) Nota Sacerdotem (Collegii s. Corporis) Iuvenum, qui igitur sua sacra habebant. 2) Patrona.

2169. D. M || C. VALERĪ || PETRONIANI || DECVR. PONTIF. SACERD || IVVEN. MED. <sup>1)</sup> CAVSIDIC. QVINO<sup>2)</sup> || GRATVIT. LEGATION. VRBIC. ET || PEREGRIN. PRO REP. SVA FVNCT. VIXIT ANN. XXIII. MEN. VIII. D. XIII || C. VALERIVS EVTYCHIANVS || VI VIR. AVG. PATER || FIL. INCOMPAR. ET. SIBI. ab utroque latere; *ΕΥΑΡΟΜΙ.*<sup>3)</sup> — Mediolani. Grut. 479, 8.

1) Iuvenum Mediolanensium. 2) Quinque-legationibus. 3) ut *ΕΥΡΥΧΕΙ, ΕΥΘΥΜΕΙ*, v. Marini *Iscriz. Alb.* p. 98. et nos in sepulchralibus.

2170. C. MATRINIO AVRELIO || C. F. LEM || ANTONINO V. P || CORONATO<sup>1)</sup> TVSC. ET VMBR || PONTI. GENTIS FLAVIAE ||

ABVNDANTISSIMI MVNERIS SED ET || PRAECIPVAE LAETITIAE THEATRALIS. IN COL || AEDILI. QVAESTORI. DVVMVIRO. ITERVMQVE Q. I. D. HVIVS SPLENDIDISSIMAE || COLONIAE CVRATORI R. P. EIVSDEM COL. ET PRIMO PRINCIPALI OB MERITVM || BENEVOLENTIAE EIVS ERGA SE || VRBS OMNIS VRBANAE FLAVIAE || CONSTANTIS PATRONO DIGNISSIMO. A . . . . . || I. X. X. L. M. P. P. — Hispelli, (Spello) quod et *Vrbana Flavia Constans* a gente Flavia Vespasiani, Titi, Domitiani, non vero a *Flavio Constantino* dictum fuit. Ex sincera hac inscript. effictum est a fraudulento aliquo homine celebratum illud Constantini M. decretum in favorem Hispellatium, explosum a Muratorio. Calogerà *Raccolta*. Vol. 11. p. 319. Haec vero exstat ap. Mur. 155, 3.

1) ita ap. Grut. 89, 11. M. Antonius - Sacerdos Arae Augusti nostri *Coronatus* Daciae.

2174. MARTI AVG || PRO SALVTE IMP || CAES. M. ANTONI || GORDIANI PII || FELICIS AVG || M. ANTONIVS VALENTINVS || EQ. R. DEC. M. APVL<sup>1)</sup> || SACERDOS ARAE || AVG. N || CORONATVS DAC || III<sup>2)</sup> DD. — Ostroch in Dacia. Mur. 155, 2. (Grut. 57, 5.) Maff. *Mus. Ver.* 248, 5.

1) Decurio Municipii Apuli in Dacia. Pro M. APVL. Grut. COL. APVL. fortasse utrumque erat in lap. M. COL. APVL., plane ut Grut. 115, 6. 2) Coronatus (sacerdos) Daciae tertium.

2172. C. VEIANO C. FIL || COR. RVFO FILIO || AEDILI IIII VIRO PATRONO MVNICIPII ET COMPLVRIVM CIVITATIVM . . OVORVM<sup>1)</sup> CVRAT. REI . . . LESTINOR<sup>2)</sup> || DATO A MAXIMIS IMP. ANTONINO AVG. . . . . || ANTONINI AVG. F. FLAMINI DIVOR AVG. TAVRIN . . . SACERDOTI || ORNATO<sup>3)</sup> HVIVS PATER ANNONA || CARITATES SAEPIVS SVSTINVIT || EPVLVM FREQVENTEM DEDIT || MVNICIPES CAMERTES OB PLVRIMA || ET MAXIMA BENEF. PATRIS EIVS ET || IN SE COLLATA. HONOR ACCEPTO || QVOT CONTVLERE REMISIT. CVIVS DEDIC. EPVL || L. D. D. D. — Camerini. Mur. 755, 1.

1) f. Aequorum. Mur. 2) f. Aletrinatorum. id. 3) Mur. emendationem Coronato excussit *ἀποψία* Camerini. ORNATO sc. corona. Mur. 333, 4. ab XV. Viris occabo et corona exornato. Grut. 411, 1. exornato sacerdoti. HAGENB. Mss. Consulendus inprimis Marini *Atti* 1. p. 315., ubi laudat Decretum XV. Virorum Sac. Fac. factum Licinio Secundo Sacerdoti Matris Deum M. I., quo possit VTI OCCAVO ET CORONA DVM TAXAT INTRA FINES COLONIAE CVMANAE. Nos id dabimus infra in capite de XV. Vir. S. F. Tum conferri iubet Tertull. *de Idololatria*. c. 18. *Igitur purpura illa et aurum cervicis ornamentum, eodem more apud Aegyptios et Babylonios insignia erant dignitatis, quo more nunc praetextae vel trabeae vel palmatae, et coronae aureae Sacerdotum Provincialium.*

2173. COMINIAE L. FIL. VIPSANIAE DIGNITATI || C. F.<sup>1)</sup> COLLEGIVM || CAPVLATORVM<sup>2)</sup> || SACERDOTVM DIANAЕ. — Allifani. Don. p. 345, 19. Mur. 512, 1.

1) HAGENB. explicat: Dignitati i. e. Honori Cominiae L. Fil. Vipsaniae Clarissimae eminae. Ego duabus feminis hunc titulum positum reor: Cominiae, Lucii filiae, et



Vipsaniae Dignitati, Caii filiae. Dignitas nomen pr., ut Felicitas, Aequitas, Hilaritas, Veritas. 2) Salium Martialem capulatum exhibet Fabrett. p. 90, 2. Capulatos Sacerdotes Augustales Reines. p. 269, 1. „Fabrettus (et cum eo Forcellinus) v. *capulatus* accepit de apice pilei seu cassidis Saliaris, sed ita nusquam dicitur: *tutulatus* procederet, de quo Gutberl. *de Saliis* p. 53. Quid? si non a capitis gestamine, sed manuum sint dicti *Capulati*? ut Salios gestasse manibus minutos pugiones, quibus ancilia pulsabant, docet ex Plutarcho *Gutb.* p. 96., nonne a *capulo* gladioli capulatum dicere licebit? An ita Sacerdotes Dianae, venationis Deae, gladiolis seu venatoriis seu sacrificibus armati vel accincti, indeque *capulati* quoque dicti sunt?” HAGENB. Mss. Mur. deducit a *Capula* v. Varr. *L. L.* 4, 26.

2174. HERCVLI || Q. EVFEMIVS || Q. F. OV F || LVCVLLVS || AED || VI VIR. V. S. L. M || Q. MANILIVS PHILVMENVS || SACERD. LAVR. LAVIN. SIGILLVM || CVM ARA HVIC ARAE SVPERPOSVIT || ET SCRIPTVRAM EIVS VETVSTATE || CORRVP. RENOVAVIT. VOTO || SVSCEPTO || L. D. D. D. — Laude Pompeia. *Grut.* 43, 9. et 10. cfr. *Apianum* p. 169. Posteriora illa: Q. *Manilius* cet. habet etiam *Mur.* 123, 3.

Habemus hic Laude Pompeia, quod probe notandum, duos Sacerdotes Laurentes Lavinates; cuiusmodi praeterea memorantur in quinque lapidibus *Muratorii* 514, 1. 682, 4. 684, 4. 718, 3. 1053, 1. simplici *Laurentium Lavinatum* nomine, minime de patria intelligendo. v. c. 684, 4.:

2175. D. M. S || L. CAESIO L. F. MARCELLO LAVRENTI. LAVINATIVM P. C. 1) TEATINORVM. CAESIVS PROCVLVS SEN. FILIO DVLCISSIMO B. M. P. — In civitate Teatina.

1) Patrono civitatis. HAGENB. Item 718, 3.:

2176. MARIVS L. LIB. DORYPHORVS ANNVLOS AVREOS || CONSECVTVS A DIVO COMMODO. SCRIB AEDILIC ET || TRIBVNIC. SCRIB. LIBR. AEDIL. CVRVL. PRAECO COS || . . . ORCVRIAT. 1) LAVRENS LAVINAS FECIT SIBI ET || . . . AE ASCLEPIODOTE CONIVGI. ITEM LIBERTIS || LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EORVM. — Romae.

1) lictor curiatus.

2177. Q. GAVIO Q F || POB. PRINCIPI || IIII. VIR. VERONAE || EQ. PVB. LAVR. LAV || PRAEF. COLLEG || FABR. ET DENDR || PAGANI PAGO || FORO IVLIENS || PATRONO. — In vico *Erizzolano* ditiosis Veronensis reperta 1825., necumque communicata a V. Cl. *Labus*, qui literas aliquot evanidas certissima coniectura supplevit.

Verum non Sacerdotes solum, sed etiam Pontifices L. L. inveniuntur. Notam vero L. L. non aliter exponendam esse mox demonstrabit *T. Vennonii* saxum. *Grut.* 484, 3.

2178. D. M || L. FABRICI L. F. PAL || CAESENN GALLI || EQ. ROM. PONTIF. L. L. SCRIB. AEDILIC || OMNIBVS HONORIBVS IN COST. F. 1) ITALICVS P. DIGNISSIMO. — Romae. *Mur.* 154, 4. (699, 8.) cfr. 153, 1.

1) Colonia Ostiensis functo.

Hinc *Muratorius*, consentiente HAGENB. statuit, Laurentis Lavinatis vocabulo designari genus aliquod sacerdotii ex Lauro-Lavinio, oppido ex antiquioribus Laurento et Lavinio, consociato sub Antonino Pio,

ut videtur Nibbyo *Viaggio* 2. p. 263., originem trahentis; ex caerimoniis, ni fallor, quibus Lavinii et Laurenti olim a Latii populis Venus colebatur. v. Strabo 5, 3. §. 5. p. 159. *Tzschuck*. Contra ad Iunonis sacerdotium refert Reines. p. 687. laudans praeterea Cod. Theod. L. 8. Tit. 5. Leg. 46. *ad societatem consortiumque Laurentum*.

2179. T. VENNONIO T. F. STELL || AEBVTIANO PATRONO ET || MVNICIPI COL. AVG. LAVR<sup>1)</sup> || EQ. R. EQ. P. IVD. EX V. DEC || SELECTO CVR. R. P. ALB || POMPEIANORVM.<sup>2)</sup> L. L || PONTIF. EIVSDE. SACERD<sup>3)</sup> || MVNIA Q. F. CELERINA VXOR || MARITO KARISSIMO. — Ad XIII. ab Vrbe, prope Flaminiam. Grut. 484, 3.

1) Parum intellexit hoc saxum Gluver. *Ital.* T. 1. p. 86. Municipia et coloniae saepe eadem oppida fuere, ut *municipem coloniae* facile admittamus cum Wess. ad *Ant. Itin.* p. 235. LAVR. ad Lauro-Lavinium, minime ad Lauriacum referente contra Cluv. *Noric.* p. 23. Adde Ritterum ad *Cod. Theod.* L. 8. T. 2. 1. 1. T. 2. p. 489. HAGENB. 2) Alba Pompeia Liguriaiae oppid. 3) Seorsum accipe *Laurenti Lavinati* scil. sacerdoti, deinde *Pontifici eiusdem Sacerdotii* sc. Laurentium Lavinatum cfr. *Epp. epigr.* p. 189. IDEM. — Vide nos infra in Capite de *Fetialibus*.

Simile, puto, Sacerdotii genus fuit CAENINENSE:

2180. D. M || M. FABIO C. F. SAB. PRAESENTI || SACERDOT. CAENINENS. <sup>1)</sup> EQVO || PVBLICO. IVDICI EX V DECVR. AVG. II VIR. I. D. IIIQ R. P. SVAE || HS. CCCĀ LEG. ET AD SCHOL || EXORNANDAM HS. C. Q. L. — Mantuae, Gud. 123, 2. Mur. 476, 1. 742, 1.

1) Sacerdotum Caeninensium mentio etiam ap. Grut. 385, 1. ac Fabrett. p. 217. dicti a Caenina, Latii oppido.

2181. Sacerdotis Caeninensis privilegia memorantur in lapide Neapolitano Grut. 484, 6., quem in Capite de Ludis publicis integrum exhibemus:

VERATIO . . QVI CVM PRIVILEGIO SACERDOTII CAENINENSIS MVNITVS POTVISSET AB HONORIB. ET MVNERIB. FACILE EXCVSARI cet. Eodem fere pertinet Immunitas Sacerdotis Lanuvinorum: ap. Fabrett. 450, 61. Mur. 1098, 1., quam inscript. dedi in Cap. de Re municip. §. Magister. cfr. Otto *Aedil.* p. 167.

2182. L. VALERIO || L. F. POM || IVNIORI EQ. P<sup>1)</sup> || IVRAT. AD SACRA ETR.<sup>2)</sup> PONT. Q.<sup>3)</sup> AED. II. VIR || ACCENSO VELATO || PLEBS. VRBAN || L. D. D. D. — Arretii. Grut. 479, 1. correctius ap. Gor. *Etr.* 1. p. 448, et 2. p. 279, 13.

1) Equo publico. 2) *Etruriae*. Scalig. et Gor. *Etrusca* Fabrett. Nec tamen qui sit *Iuratus ad sacra Etruriae*, loco Ciceronis *Brut.* 1. (*cooptatum me ab Hortensio in collegium (Augurum) recordabar, in quo iuratus iudicium dignitatis meae fecerat*) satis explicatur, ut opinabatur Gorius. Aegyptius de Baccheis mysteriis intellexit, iuratumque esse eum, qui secundo gradu iis initiatus iusiurandum praestiterit, nemini se arcana enuntiatum. 3) Quaestor.

2183. C. VALERIO C. F. PAP || MARIANO || HONORES. OMNES || ADEPTO. TRIDENT || FLAMINI. ROM. ET. AVG || PRAEF. QVINQ. AVGV<sup>1)</sup> || ADLECTO. ANNON. LEG. III || ITAL.<sup>2)</sup> SODALI. SACROR || TVSCVLANOR.<sup>3)</sup> IVDICI. SELECTO.



DECVR. TRIB<sup>4)</sup> || DECVRIONI. BRIXIAE || CVRATORI. REI. P. MANT || EQVO. PVBL. PRAEF. FABR || PATRONO. COLON || PVBLICE. — Tridenti. Grut. 479, 6. Vide de h. lap. et controversiis, quas excitavit: *Illustrazione del monumento eretto dalla città di Trento a C. Valerio Mariano, opera postuma dell' Ab. Girolamo Tartarotti supplita dall' Ab. B. G. Stoffella dalla Croce. Rovereto 1824. 4. — Discorso sopra un' iscrizione Trentina del tempo degli Antonini pubblicato dal Conte Benedetto Giovanelli. Trento 1824. 8. — Trento, città de' Rezzj e Colonia Romana, appendice al discorso del C. B. Giovanelli. Trento 1825. 8. Utterque scriptor in explicandis notis errores commisit; melius tamen Giovanellius ea in re versatus est.*

1) *Praefecto Quinquennialium* vel *Quinquatrium* (!) *Auguri* Tart. *Praefecto quinquenniali Augurum* Giov. Sed est: *Praefecto quinquenniali.* (vel *Praefecto* (et) *Quinquenniali.* *Auguri.* 2) *Adlecto annonae* (non *annonario*) Leg. III. Italicae, quae in Raetia stativa habebat. Cfr. Augustin. *de Civ. Dei* 18, 18. *annonam - -, quae dicitur. Raetica, quoniam ad Raetias deportatur.* 3) *de Sacris Tusculanis* cfr. Varronem *L. L.* 5. p. 56. *Bipont.* 4) TRID. Grut. TRIB. Tart. Giov., ille *Decurioni.* *Tribuno* explicat: perverse sane. Hic (e) *Decuriis tribus:* id quod non mediocribus laborat difficultatibus, quum in lapp. non memorentur nisi Iudicum Decuriae IV. vel V.

## §. 3. SACERDOTES FEMINAE.

2184. . . SILVIAE I.<sup>1)</sup> FIL || MATERNINAE || SACERDOTAE. — Fragmentum nuper repertum Augustae Vind. v. Raiser *Guntia* pag. 74:

1) *Iulii*, non *Iuliae*, ut volebat Raiser.

2185. SACERDOTI || IVNONI REG || LICINIAE || LICINIANAE || LICINIANI TRIB || FILIAE || . . . NIA METIANE (*sic*) || MATER. — Beneventi. Donati 1. p. 76, 4. ex de *Vita Inscriptt.* 1, 5.

2186. D. M. S || PETILIAE Q. F. SECVNDINAE || SACERDOTI MINERVAE VIX || ANN. VIII.<sup>1)</sup> M. VII. D. XVIII. OB INFANTIGABILEM PIETAT. EIVS MESSIA || DORCAS M. INFELIX. FIL. D. M. F.<sup>2)</sup> — In villa Ducis Iuvenacii in Apulia. Grut. 317, 6. Murat. 165, 4. Donati 1. p. 79, 6.

1) Nota sacerdotem novem annorum. 2) filiae digne merenti vel f. dulcissimae memoriae fecit. Mur. tamen verius, puto, habet B. M. P. bene merenti posuit. v. Saxii *Miss.* 3. p. 52.

2187. CASPONIA P. F. MAXIMA || SACERDOS CERERIS || PVBLICA || POPVLI ROMANI || SICVLA. — Romae. Grut. 308, 4.

2188. FLAVIAE AMMIAE || SACERDOTI || CERERIS || OB HONOREM || CAERIMONIORVM<sup>1)</sup> (*sic*) || HONESTISSIME || PRAEBITORVM (*sic*) || DECRETO ORDINIS. — Romae. Fabrett. p. 342, 524. Mur. 164, 1.

1) *cerimoniorum* Mur.

2189. M. ALLEIO LVCEIO LIBELLAE PATRI || AEDILI II VIR. PRAEFECTO QVINQ ET || M. ALLEIO LIBELLAE F || DECVRIONI VIXIT || ANNIS XVII || LOCVS MONVMENTI || PVBLICE DATVS EST ALLEIA M F || DECIMILLA SACERDOS PVBLICA ||

CERERIS FACIVNDVM CVRAVIT VIRO || ET FILIO. — Pompeiis. Millin *Pompei* p. 96. von Goro p. 41.

2190. ΤΕΡΕΝΤΙΑ ΠΑΡΟΜΟΝΗ. ΙΕΡΕΙΑ || ΔΗΜΗΤΡΟΣ ΘΕΣ-  
ΜΟΦΟΡΟΥ.

TERENTIA PAROMONE SACERDOS || CERERIS LEGIFERAE. — Pompeiis. Bibl. philol. Lips. 1780. Vol. 2. p. 223.

2191. MAMIAE. P. F. SACERDOTI PVBLICAE. LOCVS SE-  
PVLTVRAE || DATVS DECVRIONVM DECRETO. — Pompeiis. Bechi *del Calcidico e della Cripta di Eumachia* p. 89.

2192. FABERIAE || G. F. VETR || PRISC || SACERD. PVBL ||  
NVMINIS CAP || ELECTAE A SPLENDIDO ORDINE D. D. — Capuae. Mur. 1991, 4, Cfr. Gud. 106, 2.

2193. AGVSIAE T. F. PRISCILLAE || SACERDOTI SPEI ET  
SALVTIS AVG || EX D. D. GABINĪ. STATVAM PVBLICE PO-  
NENDAM CVRAVERVNT, QVOD POST || INPENSAS EXEMPLO  
INLVSTRIVM FEMINAR || FACTAS. OB SACERDOTIVM ETIAM  
OPVS PORTIC || SPEI VETVSTATE VEXATVM PECVNIA || SVA  
PERFECTV||RAM SE PROMISERIT POPVLO. CVM PRO || SALVTE  
PRINCIPIS ANTONINI AVG. PII || PATRIS PATRIAE. LIBERO-  
RVMQVE EIVS || EXIMIO LVDO RVM SPECTACVLO EDITO ||  
RELIGIONI. VESTE. DONATA 1) || VNIVERSIS SATIS. FECERIT ||  
CVIVS STATVAE HONORE CONTENTA || INPENSAM POPVLO  
REMISERIT || L. D. D. D. — Gabiis, *Bibliothek der alten Lit.*  
Fasc. X. p. 7.

1) Editor Gotting. VESTE habuit pro *Vestae*, ut in aliis inscriptt. Gabinis eiusdem temporis ac simul cum hac reperitis *liberte* pro *libertae*, *Variane* pro *Varianae* legitur, interpretatusque est: *quum virgo Vestalis facta esset*: sed Virgines Vestales Gabiis fuisse nequaquam puto; et insolita esset omnino formula prorsusque inaudita. Erit igitur potius *ἑσθητος δοσεως*, quo tamen significatu vox RELIGIONI obscura manet: eritne simulacro Religionis? an potius collegio alicui Sacerdotali hoc nomine apud Gabinos instituto?

2194. \* NONIAE MACRINAE SACERD || BERGIMI || B M ||  
CAMVNĪ. — Cividati in agro Brixiano; e schedis Petri Gnocchi, in quibus plura suspecta. Donati 1, p. 79, 3.

2195. CAESONIAE LVCILLAE || MATERTERAE SANCITIS-  
SIMAE ET FELICISSIMAE. SACERD, 1) DIVI TITI FLAVĪ. AVG ||  
C. CAESONIVS RVFINIANVS || V. C. D. D. — Tibure. Don. p. 138, 15. Mur. 162, 3.

1) „Sacerdoti (feminae) nil dubitans accepit Gorius; quid dubitat Mur., quum sacerdotes feminae Imperatorum et alibi legantur v. c. Grut. 320, 10, 11. neque honores nominibus praefigantur?” HAGENB. *Mss.*

2196. I. O. M || CAESIA P. F || MAXIMA || SACERDOS ||  
DIVAE || MATIDIAE. 1) — Incino, postea Mediolani, Mur. 163, 3. Redaelli 1. p. 37. (Fabrett. p. 696, 81.)

1) Matidiae mater fuit Marciana Traiani soror. Cfr. Grut. 1038, 11. Mur.

2197. Sacerdotes feminae ap. Murat. 161—166. reperiuntur Veneris,



§. 4. ANTISTITES. PARASITI. PRAETORES SAC. FAC. 377

Cereris, Minervae, a bona Dea, Matris Deum, Divarum sc. Augustarum, Divae Augustae, D. Plotinae, praeter eas, quas selegimus.

2198. D. M. || CAECILIAE PROCVL || SACERD. XV. VIRALI || L. ACVTIVS || CAECILIANVS ALVMNVS || ET P. ACILICO SVRONVTRI. — Brixiae. Mur. 162, 4. Eodem pertinere videtur lapis Romanus ap. Donati 1, p. 20, 6. et Marini *Atti* 2. p. 361.:

2199. MVNATIA REDDITA SA... || . CERD. XV. VIR. TAVROBOL || FECIT || XII KAL. DEC || GLABRIONE II. COS. 1)

1) p. Chr. 186. Quindecimvirale igitur hoc feminarum sacerdotium pertinebat ad cultum Magnae Matris Idaeae.

2200. SILVANO || SACR. ET NYMPHIS LOCI || ARETE DRVIS 1) || ANTISTITA SOMNO MONITA || D. — Metis. Grut. 62, 9.

1) incertum hoc, sed tamen dignum quod observetur, est Druidum s. Druidarum in lapp. vestigium. Ita visum est etiam Hagenbuchio. Cfr. Vopisc. *Aurelian.* C. 44. *Aurelianum Gallicanas consuluisse Druidas.*

§. 4. ANTISTITES. PARASITI. PRAETORES SAC. FAC.

2201. DIS. SECVRITATIS || Q. VIBIVS HERMA || ANTISTES || SANCTI SILVANI || ANNV M AGENS || LXX || FECIT SIBI B. B. 1) — Romae. Grut. 318, 9. Ex hac conficta videtur ib. 10.

1) Bene Bene i. e. ἀγαθῆ τύχη. Scalig. (Vivus Vivo. Grut.)

2202. EX RESPONSO || ANTISTITVM || PROSPOLOIS 1) || C. LVCANVS SEVERVS || PRO || L. LVCANO FILIO. — Tergeste. Mur. 174, 7.

1) Binard. *Diatr.* p. 66. explicat: C. Lucanum, quum consulisset Antistites, anxius de filio forsitan aegrotante, ex eorum responso donum quoddam dedisse προσπόλοις, sacrorum ministris. — Ad Mithriaca hoc pertinere, probabile fit ex Marini *Atti* p. 170. et 186., ubi Mithrae Antistites memorantur.

2203. De Parasitis Apollinis v. Martial. 9, 29. Grut. 89, 6. le Beau *Mém. Inscript.* T. 31, 60. Saxa eos memorantes exhibebimus in Cap. de Ludis Publicis.

2204. L. LICINIO L. FIL. PAL || HERODI || EQVIT. ROM. DECVRIALI || DECVRIAE VIATORIAE || EQVESTRIS. COS. DECVRIONI || QVINQVENNALI. DVVMVIRO || SACERDOTI GENI. COL. FLAM || ROM. ET AVG. CVRAT. OPER. PVBL || QVAESTORI AER. AEDILI. FLAM || DIVI SEVERI SODALIARVLENSI 1) || PRAET. PRIM. SAC. VOLK. FACIV 2) || ORDO AVGVSTAL || OPTIMO CIVI OB MERITA. — Ostiae. Marini *Iscriz. Alb.* p. 56. Morcelli *St.* 2. p. 54.

1) Marinius putat intellig. esse numen aliquod vel collegium Ostiense nobis ignotum.

2) Sic habes Flaminem PRAETOR. II. SACRA VOLGANI. Grut. p. 318, 6. 398, 7. Cfr. Marini *Atti* 2. p. 357. Praetorem (sacrorum) habebant etiam Fratres Arvales. Apud Grut. 411, 3. Interamniae est lapis dedicatus ISIDORO — — AVGVRI. SACERD. PONT. PRAEF. SACRORVM; ubi fortasse leg. PRAETORI.

2205. CN. SERGIVS. CN. L || ANTHVS PATER || AVGVSTALIS FECIT. — *Ab altero latere:* CN. SERGIO. CN. F. VOT 1) ||

PRISCO. FILIO SVO. PRAETORI || SACRIS VOLCANI EX D. D. AEDILI. ADLECTO.<sup>2)</sup> — Romae. Grut. 318, 7.

1) Vol. Ms. Pighii. Verum est VOLTinia. Ceterum Scalig. *Ind.* 3. male iunxit *Pater Augustalis*, quum sit Pater filii Cn. Sergii, idemque Augustalis. Praeterea nota hic filium liberti, tribum habentem, patre non habente. Scalig. *Ind.* 19. HAGENB. Mss.

2206. C. AEMILIO C. F. FAB || ANTONINO EQVITI ROMANO || Q. Q. <sup>1)</sup> PATRON. MVNICIPI || OMNIB. HONORIB || HONESTE PERFUNCTO || CVR. FANI HERC. VICT<sup>2)</sup> || PONTIFICI. — Tibure reperta, postea Romae. Mur. 176, 4. Donati 2. p. 245, 7. v. Saxii *Miss.* 3. p. 62.

1) *Quinquennali.* 2) *Curatori fani Herculis VICToris*, Tibure.

### §. 5. FLAMINE S.

2207.

..... COS

Q. TINEIVS RVFVS LOCO T. HOENI SEVERI COS.

Q. TINEIVS SACERDOS LOCO L. ANNI LARGI FLAMINIS

M. CLAVDIVS FRONTO NEOCYDES LOCO

L. ROSCI AELIANI FLAMINIS

T. CORNELIVS ANNEVS FVSCVS LOCO

L. COSSONI EGGI. MARVLLI FLAMINIS

L. HEDIVS RVFVS LOLLIANVS AVITVS LOCO

M. ACILI VIBI. FAVSTINI FLAMINIS

M. SOSIVS LAELIANVS PONTIVS FALCO LOCO

L. ANNI. RAVI EXAVGV RATI

T. STATILIO SEVERO

L. ALFIDIO HERENNIANO COS.<sup>1)</sup>

Q. HEDIVS RVFVS LO . . . . NVS

LOCO PONTI. FALCO . . . .

— Romae. Marini *Acti* 1. p. 166. fragmentum albi Flaminum memorabile potissimum ob mentionem flaminis exaugurati. — Similia plane exhibet iam Livius 27, 6. 29, 38.

1) p. Chr. 171.

2208. AVL. SEMPR. ASPRENATI || FLAMINI DIALI || CONIVGI OPTIMO || BENE MERENTI || HECALE FLAMINICA P. C || BIX. ANN. ± C. I. <sup>1)</sup> || M. IV. D. VII || ET IVL. MODESTINO LEIB. B. M || ET SIBI ET SOVEIS. — Metis. Grut. 307, 8.

1) i. e. XXC. seu LXXXI. HAGENB. v. Grut. 766, 6.

2209. P. CORNELIVS P. F. SILANVS. FLAMEN || MARTIALIS. COS. — Romae in arcu ad aquaeductum Claudii. Donati 1. p. 80, 5.

2210. D. M || P. MEVIO P. FILIO || VOLCANI FLAM || VIXIT ANNIS LVI. M. X. D. III || MANILIA AMATISTA || CONIVX B. M. F. — Vulceii. Romanelli *Topografia* T. 1. p. 422.

2211. \* SEXTL. <sup>1)</sup> CLASENO SEX. F. SEX || NEP. SEX PRON || CLV. ALLIANO || PONTIFICI. FLAMINI VICTORIAE ET FELIC.



CAESAR || PERPETVO. PRAEF. COH || III. ASTVR. EQ. C. R. 2) TRIB. LEG || II. ITALIC. III VIR. Q. Q. III VIR || I. D. II. SACERD. V. F. C. 3) CVR. LVSVS || IVVENVM. VI VIRI AVGVSTAL. PATRONO 4) OB AMOREM EIVS || ERGA SINGVLOS VNIVERSOSQ. — Ad prim. lapid. ab Aemilia i. e. Ameriae. Grut. 388, 3. Don. IV, 21. Murat. 620, 1. Est Ligoriana.

1) *Sexto Tito Lucio*. Scal. Melius SEXTIO. Mur. 2) *Equitatae Civium Romanorum*. 3) *Victoriae Felicitatis Caesaris* Scal. Cfr. Don. IV, 22. Sed cfr. Grut. 1028, 1. *Curatori Lusui Iuvenum*. V. F. G. (*sic*), cuius notae interpretatio aequae incerta est; male enim Pigh. *Vivo Fieri Curavit*. (*curaverunt*, saltem debebat esse.) HAGENB. suspicabatur *Viro Egregio*; sed hoc quoque probabilitate caret. Nostro praeterea in saxo parum probamus Flaminem, eundemque Sacerdotem Victor. Felic. Caesaris. 4) Haec duo vocab. accesserunt ex Add. Grut.

2212. T. CASSIO || MANSVET || FLAMINI VIRB 1) || SCRIB. AED. II V. IVR. DIC. CASSIA MTIA. PATRVELI. — Cularone. Gud. 119, 18. Bimard *Proleg.* p. 85.

1) Virbiali expl. Bimard., ut Grut. 445, 3. 494, 7. Mur. 166, 6.

2213. D. M || SEX IVL. CONDIANI DEF. ANN. XXV || FLAMINIS IVVENTVTIS. Q. C. V. AEDILI || M. VALERIVS IVLIANVS SÓCER ET || VAL. SECVNDILLÁ. CONIVGI PISSIMO. — Gratianopoli. Millin *Mag. Encycl.* 1805, 4. p. 74.

2214. FLAVIO VERINI FILIO QVINCTO || SABINO DECVRIONI. II VIRO || SALIN. CIVITATIS SVAE || VIRO || FORO IVLIENSI *Flamini* PROVINCIAE || ALPIVM MARITIMARVM. OPTIMO || PATRONO TABERNARIÛ SALINIENSES || POSVERVNT. CVRANTIBVS MATVRO || MANSVETO ET ALBVC. . . . || IMP. COM-MODO ET ANTISTIO BYRRO COS. 1) — Niciae. Zachariae *Exc.* p. 54.

1) p. Chr. 181.

2215. FLAMINES QVINQVENNALES admodum sunt dubii, etsi agniti a Bimardo in Oliver. *Marm. Pisaur.* p. 82. Prodeunt scil. e duobus dumtaxat lapp. Grut. 261, 4. Ligoriano, valdeque suspecto de interpolatione in illis *Magister et Flamen quinquennalis pro Magister quinquennalis et Flamen*, et altero 397, 3., ubi *Quinquennalitas* municipalis videtur significari.

2216. FLAMINEM AVGVSTALEM v. inter Sodales Titios ex Marini *Atti* 1. p. CLXXIII.

2217. C. EGNATIO 1) || C. F. HOR. MARO. FLAM. TI. CAESARIS AVG 2) || PONTIF. II VIR. QVINQ || ITER. PRAEF. FABRVM || EGNATIAE. C. F. MARVLLAE. — Labelli apud Venusiam. Lupulus p. 296.

1) lego *Egnatius*. 2) unum hunc Tiberii flaminem in lapp. memorari puto.

2218. FLAMINEM DIVI CLAVDII Tergeste habes Traiani temporibus, ap. Grut. 193, 3.

2219. VALENTIS FLAMINIS NERONIS AVG || F. PERPETVI 1) || D. LVCRETHI (*sic*) VALENTIS, FILII (*sic*) || V. K. APRIL. VE-

NATIO ET VELA ERVNT || P. COLONIA. 2) — Pompeiis. Romanelli *Viaggio a Pompej* T. 1. p. 83.

1) Romanellius explicat *flaminis perpetui Neronis Augusti felicitis*, neque obsto; id tamen mirum accidit, *Felicitis* sic nude positum esse sine praeposito *Pii*. Nec magis veri simile est Neronem sive Tiberium Augusti F. i. e. filium (adoptivum) suos iam habuisse flamines vivente Augusto. 2) *Pompeiana Colonia*; haec vero ab alia manu subiecta sunt.

2220. L. APPAEO. L. F || PVP || PVDENTI P. P 1) || TRIB. COH. XII VRB. ET X PRAET || FLAMINI FLAVIALI || PATRONO. SASS || PLEBS VRBANA || PR. MI. S. 2) D. D. — Sassinae. Grut. 359, 4.

1) Primipilo. 2) Haec corrupta sunt.

2221. \* NEPTVNO REDVC || SACRVM || Q. MANILIVS Q. F. PAL || SEVERIANVS || VI. VIR. AVGVST. ET FLAMEN || TITIAL. V. S. L. M. — Sine loco. Ex Graevio. Marm. Taurinensia 1, p. 167. Est lapis Ligorianus e Gudii penu. 41, 4.

2222. C. VALERIVS C. F. CLAVD. PANSA FLAMEN || DIVORVM VESPASIANI. TRAIANI. HADRIANI. P. P. BIS || TRIB. COH. VIII. PR. PROC. AVG. PROVINC BRITANNIAE || BALNEVM QVOD VI 1) CONSVMPVTVM FVERAT AMPLIATIS SOLO || ET OPERIBVS INTRA BIENNIVM PECVNIA SVA RESTITVIT ET DEDICAVIT || IN QVOD OPVS LEGATA QVOQVE REIP TESTAMENTO ALBVCIAE CANDIDAE || VXORIS SVE HS CC CONSENSV ORDINIS AMPLIVS 2) EROGAVIT. — Novariae. Doni p. 74, 31.

1) *ignis* videtur deesse. 2) an AMPLISSIMI? Similiter in Mur. 619, 1. et rursus 1113, 7. est Flamen Divi Commodi et Divi Antonini; sed Ligorianus. Hinc tamen apparet, quomodo accipienda sit formula FLAMEN DIVORVM OMNIVM. v. e. apud Grut. 359, 3. et Doni p. 143, 28.

2223. T. APPAEO T. F. VEL || ALFINIO SECVNDO || PROC. AVGVST. XX HERED || PROC. ALP. ATRECTIANAR 1) || PRAEF. VEHICVL. SVB. PRAEF. CLASS. PRAET. RAVENN. PR || ALAE I. AVG. THRAC. TRIB. COH || I. AELIAE BRITTON. PRAEF || COH. III GALLOR. PATRON. COLON. FLAMINI DIVOR || OMNIVM AVGVRI || II VIR. QVINQ. BIS || OB MERITA EIVS || D. D. — Firmi, ubi similes reperit Marinus. Cfr. Grut. 490, 2. *Divorum omnium* i. e. omnium Imperatorum inter Divos relatorum, ut in marmoribus Hispaniensibus memorantur *Flamines Divorum Augg.* et *Divarum Augg.* Cfr. Marini *Atti* 2. p. 386.

1) Doni: ALPIATRECTIANAR. Reines. *Alp. Ret. Cottianar.*

2224. Pontifices, Flamines, Flaminicas, Sacerdotes Augusti et Romae, Caesarum, Augustae (nescio cuius, fortasse Faustinae vel Plotinae Grut. 321, 2. et 4.) divorum Augustorum, Divarum, Divae Marcianae, Plotinae, Coloniarum, Municipiorum, Provinciarum exhibet Grut. 320—323.



## §. 6. FLAMINICAE.

2225. DEVILLIAE || ATTICAE || FLAMINICAE HERAE <sup>1)</sup> ||  
DESIG. — Deiae Vocontiorum. Reines. p. 378, 38.

1) *Iunonis*. Rein.

2226. I. O. M || FLAVIA L. F. RVFINA || EMERITENSIS FLA-  
MINICA PROVINC || LVSITANIAE. ITEM COL || EMERITENSIS.  
PERPET <sup>1)</sup> || ET MVNICIPI SALACIEN || D. D. — Prope Terra-  
num Lusit. Grut. 13, 16. Scriverio suspectum erat hoc saxum. Sax.  
*Peric.* p. 22.

1) Perpetua. Cfr. Bimard. in Oliv. *Marm. Pisaur.* p. 81. Hac. *Flaminicam perpetuam* habes etiam Mur. 169, 6.

2227. D. M || APPEIENA C. F. PHILV||MENE. FLAM. MVT <sup>1)</sup> ||  
SIBI ET P. TITIO SABI||NO MARITO. VIVA || POSVIT. — Mutinae.  
Grut. 322, 10. Mur. 168, 5.

1) Mutinensis.

2228. ARRIAE L. F. PLARIAE || VERAЕ PRISCILLAE || FLA-  
MINICAE || M' ACILI GLABRIONIS COS. <sup>1)</sup> D. D. PVBLICE. —  
Pisauri. *Marm. Pisaur.* p. 14, 32. Mur. 331, 1.

1) uxori Cos. Manii Acilii Glabrionis, p. Chr. 152. Nota feminam quattuor nominibus utentem.

2229. AVIDIAE C. F. TERTVLLAE || FLAM. MATRI MVNICI-  
PAL <sup>1)</sup> || ORDO VI VIRAL <sup>2)</sup> || OB MERITA EIVS. — In agro Senti-  
nate. Mur. 168, 6.

1) flaminicae, matri municipali s. municipii. 2) Seviralium, ut Mur. 1104, 7. Ordo Seviralium et Augustalium.

2230. D. M || IVLIAE HELIADIS || SEX IVLI CALLISTI || ET  
IVLIAE NICES FI||LIAE. FLAMINIC. AVG || QVAE VIXIT ANNIS ||  
XXV. MENSIBVS II || IVLIA HELIANE ET || CALLISTATE COR-  
PVS || SORORIS ANIMA SVA || SIBI CARIORIS AB || VRBE AD-  
FERRI || CVRAVERVNT ET || SARCOPHAGO IN||TRA MAESO-  
LAEVM || CONDIDERVNT. — Lugduni. Millin *Voyage* 1. p. 502.

2231. C. ASCONIO C. F || FAB. SARDO || III VIR. I. D ||  
PRAEF. FABR || FRATRI || CVSINIAE M. F || SARDI MATRI || ET  
SIBI || ASCONIA C. F. AVGVRINI <sup>1)</sup> || SACERDOS || DIVAE DOMI-  
TILLAE. — Patavii. Grut. 366, 4. Vrsati *Mon. Pat.* p. 65, 29.

1) scil. uxor. Referenda est haec inscr. ad §. 3. Sacerdd. feminae.

2232. I. O. M || DEPVLSOR AVL <sup>1)</sup> || P. CEIONIVS D. C. POE <sup>2)</sup> ||  
SACERDOTALE VE <sup>3)</sup> || PRO SALVTE SVA ET VESPECIATIAE ||  
CAESIAE VXORIS || HEREDVMQVE SVORVM || OMNIVM || V. S.  
L. M. — Poetovione. Grut. 20, 3.

1) f. MAL(orum) HAC. 2) Decurio Coloniae Poetovionis. 3) Exponebant VEFLA-  
MEN; vocabulo inaudito, quod originem suam debet notis male intellectis, etiam in  
Grut. 347, 1. V. E. *Flamini.* 364, 1. aliquoties: VEFLAM. 498, 8. VE. FLAM.;  
quum ubique exponendum fuisset Vir Egregius, Flamen. Eodem errore inducti ex  
VESPECIATIA, nom. fortasse corrupto, exsculperunt *Vesflaminicam* Speciatiam vel  
Spectatiam.

## §. 7. VIRGINES VESTALES.

2233. COELIAE CLAVDIANAЕ || V. V. MAXIMAE || A DIIS ELECTA. MERITO || SIBI TALEM ANTISTITEM || NVMEN VESTAE RESERVARE || VOLVIT || COELIA NERVIANA SOROR. VNA || CVM PIERIO CONIVGE AC LIBERIS || SVIS. ORANTES VT PER TOT SAECVLA || FACERE DII. PERMITTANT. — Romae. Grut. 310, 2. Panvin. in *Fastis* ad u. c. 995. Similes inscripti. aliarum Virgg. Vest. Max. v. ap. Grut. 309—312. cfr. Lipsii de Vestalibus syntagma *Opp.* T. 3. p. 1111.

2234. COELIAE CLAVDIANAЕ VV. MAXIMAE || SANCTISSIMAE PISSIMAEQVE || CVIVS EGREGIAM SANCTITATEM || ET IN DEORVM INFATIGABILEM SACRORVM || OPERATIONEM <sup>1)</sup> MERITIS SVIS LAVDIS <sup>2)</sup> AETERNAM || ADHIBITA GRAVITATE NVMEN QVOQVE VESTAE || COMPROBAVIT. SACERDOTES SACRAE VRBIS || DEDICATA V. KAL. MART. M. IVNIO. MAXIMO II. ET || VETTIO AQVILINO COS. <sup>3)</sup> CVRANTE FL. MARCIANO || V. E. FICTORE VV. <sup>4)</sup> — Romae. Volaterranus in Sallengrii *Thesaur.* T. 3. p. 956. Mur. 368, 2.

1) *et in Deos infatigabilem operationem* Volaterr. Praestat sane *in Deos. Sacrorum operationem* sic constructum, hoc seculo tolerari posse puto. 2) *laudibus* coniecit Seriverius. 3) p. Chr. 286. 4) Viro egregio. Fictore Virginum Vestalium: ut alibi memorantur Fictores Pontificum. Vide infra in *Ministris sacerorum*. Ceterum in his et similibus in honorem Virginum Vestalium tunc temporis erectis monumentis videre mihi videor inane gentilium studium, veterem Po. Ro. religionem sanctitatemque harum praecipue Vestae caerimoniarum, eiusque antistitem Christianis sacris opponendi. Omnes collegit Seriverius ad Volaterranum l. l.

2235. MIRAE SANCTITATIS ADQVE IN CERIMONIIS || ANTISTITI DEORVM TERENCEIAE RVFILLAE V. V || MAX. AVR. EVTYCHES VOTI COMPOS REDDITVS || PATRONAE ERGA SE PRAESTANTISSIMAE || DEDICATA PRI. NON. MAI. TITIANO II. ET NEPOTIANO COSS. <sup>1)</sup> CVRANTE AVR. NICETA. — Romae. Mur. p. 371, 1.

1) p. Chr. 301.

2236. CAMPIAE SEVERINAE V. V. MAX. SANCTISSIMAE || CVIVS SINCERAM PVDICITIAM || SENATVS COMPROBATAM || AETERNA LAVDE PVBLICE CVMVLAVIT || P. VETVRIVS CALISTRATVS V. E || SVFFRAGIO EIVS FACTVS PROC. RAT. SVMM || PRIVAT. <sup>1)</sup> BIBLIOTHECARVM AVG. N || ET PROCVRATOR EIVS. — Romae. Mur. 172, 2.

1) procurator rationalis summae privatae vel rationis summarum privatarum.

2237. FLAVIAE PVBLICIAE || V. V || MAXIMAE || INMVNIS. INIVCO. <sup>1)</sup> — Marini *Acti* 2. p. 448.

1) „in iugo o in luco non so che signifiçi.” Verum Gorius *Symb.* Vol. 5. p. XII. exhibet: IN IVG D. i. e. in iugera quingenta, agri publici, puto.

2238. C. IVNIO TORQVATAE || V. V. <sup>1)</sup> LIB. FELICI || IVNIA PHYLLIS COLLIBERTO || CARISSIMO FECIT. ET SIBI || POSTE-



RISQVE SVIS ET EORVM || IN FRONTE P. XIII. IN AGRO. P. XIII. — Romae. Marini *Acti* 2. p. 567.

1) Virginis Vestalis.

2239. SAVFEIAE ALEXANDRIAE || V. V. TIBVRTIVM || CAPLATORES TIBVRTES || MIRAE EIVS INNOCENTIAE || QVAM VIBAE DECREVERANT || POST OBITVM POSVERVNT || L. D. S. C. — Tibure. Grut. p. 4088, 2. Nibby *Viaggio* 1. p. 157. Ceterum sine causa Maffeius A. C. L. p. 204. Virgines Vestales Tiburtium in dubium revocavit. Cfr. Marini *Acti*. p. 22.

2240. Sic Virginem Vestalem Maximam Arcis quoque Albanae exhibet sequens fragmentum:

... SVMMAE SANCTISSIMO ... || .. C. PLENAE RELIGIONIS .. || .. ERAE V. V. MAXIMAE AR ... || .. LBANAE SANCTISSIM ... || ... NTISSIME RELIGIOSE ... || .. S SOLLICITAE ME ... || ... C DISCIPLINA VBERIV ... NORES SACERDO ... — Romae. Marini *Acti* 2. p. 663. Etiam in alia inscript. ibid. p. 654. memoratur Virgo Albana maxima. Cfr. Symmach. *Epist.* IX. 128. 129. Magis dubia est Virgo Vestalis Patavina ap. Polcastro *Padova* p. 81.

2241. \*FABIAE || IVNIAE PAETI F || VENVSTAE || SACERDOTI VESTALI || ANNIS LVII. M. VII || PIENTISSIMAE LIBENS || MERIT D. D || ANCHIALVS L. — Romae. Marini *Acti* 1. p. 247. — Hoc ipsi quoque Marinio merito videtur commentum Ligorianum. Sacerdos Vestae dici poterat, vel Virgo Vestalis, sed Sacerdos Vestalis, quod habet tantum Gell. 10, 15., inscriptionum vix est.

## §. 8. SALII. LVPERCI.

2242. C. MATIO C. F || COLLIN || SABINO SVLLIN || VATINIAN || ANICIO MAXIMO CAESVLEN. MARTIALI || PISIBANO LEPIDO || ALLECT. INTER QVAEST. SALIO PALATIN || III VIR. MONET. A. A. A. F. F || SEVIRO EQVIT. ROMAN || FLAM. IVLIAN. PATRICIO || PRAETORI. CANDIDAT. COS 1) || CVRAT. ET PATRON || D. D. — Gemonae. Marini *Acti* 1. p. 146.

1) anni incerti, sed propter hominis *πολυωνυμίας* attribuendus saeculo tertio.

2243. L. NONIVS QVINTILIANVS 1) || L. F. SEX. N. C. SOSI COS. TRIVMPHAL 2) || PRO NEP. AVGV. SALIVS PALAT || VIX AN. XXIV. — Romae. Marini *Acti* 2. p. 613.

1) nota hanc scribendi rationem sine c. 2) C. Sosius Consul anni 722. (Almelov.) secundum Fastos Capitol. triumph. ed. *Piranesi* p. 46. triumphavit ex Iudaea an. 719. III. Nonas. Septembr.

2244. MANSIONES SALIORVM. PALATINOR. A VETERIBVS || OB ARMORVM ANNALIVM 1) CVSTODIAM CONSTITVTAS || LONGA AETATE 2) NEGLECTAS. PECVN. SVA REPARAVERVNT ||

PONTIFICES VESTAE V. V. C. C. PRO. MAGISTERIO<sup>3)</sup> PORTII ACILLII.<sup>4)</sup> LVCILLI. VITRASI. PRAETEXTATI. V. V. C. C.<sup>5)</sup> — Romae. Grut. 173, 5. Mur. 481, 5.

1) *Magnalium*. Mur. Optime Scaliger: *Ancilium*. 2) *longanimitate*. Mur. 3) iunctim lege: *Promagisterio*. Cfr. Mur. 1019, 2. C. IVLIO — TATIANO — PONTIFICI VESTAE ET IN COLLEGIO PONTIFICVM PROMAGISTRO. 4) PROTI LACILII LVCILII. Mur. 5) virorum clarissimorum.

2245. Q. POMPEIO Q. F || QVIR. (*Seneci*)ONI || SOSIO PRISCO (*Cos.*<sup>1)</sup>) || SALIO COLLIN || TARRACINEN || DECRETO || DECV-RIONV || PATRON || — Tarracinae. Dou. p. 139, 18. Mur. 173, 8. Supplementa sunt Hagenbuchii.

1) p. Chr. 169.

2246. \* M. NOMEICIVS M. F. PAL. NOMESIANVS || MAGISTER AVGVSTALIS COLONIAE || SETIN. SAL. MARTIALIS CAPVLA-TVS. IIII. VIR. VIARVM CVRAND || V. S. FECIT SIBI ET SVIS LIBERIS ET || POSTERIS EORVM H. M. D. M. AB || IN FR. PED. XVII. IN AGR. PED. XVIII. — S. l. Fabrett. p. 90, 175. Est Ligor.

2247. L. ANTISTIVS CN. F. HOR. SARCVLO<sup>1)</sup> ANTISTIA SALIVS ALBANVS. IDEM MAC.<sup>2)</sup> SALIORVM L. L. PLVTIA RVFVS. L. ANTHVS L.<sup>3)</sup> IMAGINES DE SVO FECERVNT. PA-TRONO ET PATRONAE PRO MERITIS || EORVM. — Romae. Grut. 318, 2. Cfr. ib. 1.

1) Horatia tribu, Sarculo oriundus. 2) MAG(ister). 3) i. e. Rufus et Anthus Liberti duo.

2248. P. AEL. P. F. PAL || TIRONI || SALIO ARCIS ALBA-NAE. QVEM || IMP. CAES. ANTONINVS<sup>1)</sup> AVG. PIVS || GERM. SARM. BRITT || AGENTEM AETATIS || ANNVM XIII. MILITIA PRIMA || PRAEFECTVRA || EQVIT. BRAVCO||NVM. D.<sup>2)</sup> EXOR-NARE DIGNATVS EST || DEC. DEC || BLANDVS PATER || PRO AMORE CIVI||TATIS SVMMAM ET || SVMPVTM OMNEM . . . — In Castro S. Petri in Sabinis ad fl. Farfarum. Fabrett. p. 116, 297. Mur. 173, 6. 758, 3. Bimard *Proleg.* p. 96.

1) Caracalla. 2) Breuecorum quingentorum.

2249. C. TERENTIVS || VALENS || IIII VIR. AEDIL || POT. PRAEF. Q. Q. SAL<sup>1)</sup> || PRAEF. RIVI SVPERN || PATRONO MV-NICIPES. — Tibure. Grut. 473, 5.

1) „*Praef. QQ.* (viae) *SALARIAE* explicabat Scalig. Melius vero Fabrettus *Em.* p. VII. in v. SAL. agnovit *Salium*. Salius, intelligo, non Martis, sed Herculis Tibure culti, de quo ex Servio et Macrobio docet Gutb. *de Sal.* p. 17., saxa nulla, quod miror, adducens. Nostrum hoc ei non adductum non miror; facile enim eum latuit hic Sa-lius in Scal. *Indd.* non inveniendus; miror vero eum non adduxisse Spon *Misc.* p. 189, 2. neque Grut. 1097, 7.” HAGENB. Mss.

2250. Salii municipales plures reperiuntur ap. Mar. 173. v. c. 3.

\* SEX. SEXTIVS SEX. F. PAPIRIA || FVSCVS FLAMEN RO-MAE ET DIVI || CLAVDII IIII. VIR. I. D. PONTIFEX AVGVV || SALIVS GRAT. D. D.<sup>1)</sup> PRAEFECT. FABR. DED. — Romae.

1) Salius (municipalis) gratuitus decreto decurionum. HAGENB. Mss. et Marini *Atti* p. 419. Mur. l. l. 6. habet etiam Salius Veronensem. Ceterum saxum illud Mur.



173, 3. primum a Mabillonio *Vet. Anal.* p. 364. desumptum est e Cod. Einsiedlensi dumtaxat, et habet Ligoriani nescio quid, nominatum illud PRAEF. FABR., quod sexcenties recurrit in Ligorii commentis.

2251. L. AELIANO L. F || AN. PROVINCIALI || EQVO P. ORNATO || LVPERCO DESIG || HVIC ORDO DECVRION || STATVAM DECREVIT || L. AELIANVS VERECVNDVS || II. V. S. R. 1) L. D. D. D. — Praeneste. Grut. 347, 6.

1) Honore usus, sumptum remisit.

2252. P. SVFENATI P. F. PAL || MYRONI || EQVITI ROMANO. DECVRIA || LI SCRIBARVM AEDILIVM || CVRVIVM. LVPERCO. LAVRENTI || LAVINATI. 1) FRETRACO NEAPOLI ANTINOITON ET EVNOSTIDON 2) || DECVRIONI || IIII VIRO. ALBANI LONGANI. BOVILLENSES 3) || MVNICIPES OB MERITA EIVS. L. D. D. D. — Romae. Fabrett. p. 456, XVI.

1) Quamquam h. l. potius distinguendum sit: Luperco, eidemque praelerea (Sacerdoti) Laurenti Lavinati, quam iungendum *Luperco Laurenti Lavinati*, tamen agnosco Lupercom municipalem Albae Longae vel Bovillarum, ut in superiore lap. Praenestinum. 2) de phraetriis hisce cultorum Antinoi et Eunosti v. Martorell. *Thec. Calam.* p. 591., et Ignarra data opera de Phraetriis Neapolitanis agentem. 3) Alba Longa a Bovillis vix XXX. stadiis distabat. Fabrett.

2253. In Vrbe antiquitus duo erant Lupercorum Collegia, Fabiani et Quintiliani (v. Festum in h. v.), quo pertinent sequentes inscr.:

Q. CONSIDIVS Q. L. ERO. || VIATOR AED. PL. L. PAPIRIA LVPERCVS QVINCTIAL. VETVS || ACCENSVS COS || MAGISTER TRIVM DECVRIAR || CONSIDIA. Q. L. AMMIA L. — In Via Tiburtina. Fabrett. 457, 77. Hic Lupercus vetus distinguitur a tertio collegio Lupercorum Iuliorum. v. Dionem L. 44. initio.

2254. Q. VETVRIVS Q. F. POM. PEXSVS || LVPERCVS FABIANVS. EX COLLEGIO VIRTVTIS. 1) TRIB. MIL. II. PRAEFECTVS FABRVM ||

FIDVSTIA L. F	⋮	RAECIA M. F.
MATER	⋮	SOROR
ARBITRATV AGRILIAE (sic) L. F. MATERTERAE		
EX TESTAMENTO HS. <i>h. h.</i>		

— Nepete in Faliscis. Grut. 487, 1.

1) Collegium religiosum Deae Virtutis videtur fuisse; alibi nondum reperi.

2255. SECVNDINI 1) || L. CREPEREIO || ROGATO C. V || PONTIFICI || DEI SOLIS || SEPTEMVIRO || ET INSIGNI LVPERCO || ISTARVM || AEDIVM || CONDITORI. — Romae. Fabrett. p. 101, 230.

1) De isto senioris tantum aetatis more, inscriptionibus vel eorum, quibus ponebantur, vel operum curatoris nomen casu secundo praeponendi cfr. Fabrett. p. 99.

2256. \* T. PVPIVS. T. F. ANI. TADIANVS || LVPERCVS ITER 1) || PVPIA HILARA FECERVNT. IN FRONTE PEDES XII || IN AGRO PEDES XIII. — Sine loco. Fabrett. p. 457, 76. E sch. Barberinis.

1) temporarium igitur erat sacerdotium, si inscr. sincera. De Luperco TER vide Cardinali *Iscr. Velet.* p. 2.

2257. D. M || C. IVLĪ VNIONIS || C. NASENNIVS || PLEBEIVS || ET P. SETINVS LVPER||CVS 1) HEREDES || FECERVNT. — Perusiae. Vermiglioli *Iscriz. Per.* T. 2. p. 372.

1) h. l. cognomen est, ut *Sacerdos* interdum, sed rarius etiam.

§. 9. CVRIONES. SEPTEMVIRI EPVLONES. DECEM-  
VIRI ET QVINDECIMVIRI SAC. FAC.

CVRIONES rarissime memorari vidi in lapp. v. c.

2258. L. AEMILIO L. F. PAP. ARCANO || TRIB. MIL. LEG. XI. GEM. ET TRIB || MIL. LEG. I. MINERV. ITEM TRIB || MIL. LEG. II. OMNIB || HONORIB || IN COLONIA SVA FVNCT || ADLECTO IN AMPLISSIMVM || ORDINEM. AB. IMP. CAES || HADRIANO AVG. IIII VIR || EQVITVM ROMANOR. 1) CVRIONI || QVAESTORI VRBANO. TRIB || PLEBIS. PRAETORI DESIGNAT || L. AEMILIVS MOSCHVS IIII VIR. AVG. PATRONO OPTIMO. POST || OBITVM EIVS. INLATIS ARCAE || SEVIROR. OB LOCVM ET TVTIO||NEM STATVAE H S N. III || L. D. D. IIII VIROR || ET SPORTVLIS DEDICAVIT \*.2) III. — Narbone. Grut. 348, 1.

1) Intellige de Seviris sex turmarum Eqq. Romanor. 2) denarios.

SEPTEMVIRI EPVLONES s. EPVLONVM et XV. VIRI SAC. FAC. saepissime memorantur in aliorum magistratum et sacerdotiorum recensu, quocirca h. l. paucis erimus contenti.

2259. DIS. MANIBVS || M. SVLPICĪ. BASSI || AMICI. OPTVMI || L. NONIVS || ASPRENAS || VII. VIR. EPVLONVM. — Romae. Grut. 307, 4. Visconti *Ienkins* p. 411.

2260. APPIAE SEX. F. SEVERAE || CEIONI COMMODI COS 1) || VII. VIR. EPVLONVM . . . — In Via Cassia prope Romam. Marini *Atti* 1. p. 157.

1) scil. uxor. Consul fuit Ceionius Commodus p. Chr. 78. Ceterum Eichstadius ad Rhunc. *Praelectt.* C. 2. §. 7. p. 13. reicit formulam *Septemviri Epulonum*, et corrigi iubet etiam Reines. p. 73, 40.; unice enim legitimum esse: *Septemviri Epulones*. Contra quidem stare videtur praecedens et hoc marmor Marinianum, tum alterum apud eundem p. 755., ubi rursus omnibus literis legitur. VII Viro (sic) *Epulonum*, tum quartum apud Odericum p. 132., quod dabimus in Mithriacis; tum G. Cestii pyramis. Reperi postea hoc quoque:

2261. L. ANNIO L. F. MEN 1) || II VIR. ITER. QVINQ || S . . . VIR EPVLONVM. — Herculani. Romanelli *Viaggio* T. 2. p. 71.

1) *Menenia* tribu.

Utramque igitur formulam, num. dumtaxat singulari, admittamus necesse est. Altera scil. ab Eichstadio reiecta, paullatim nata esse videtur e tertia a Gellio *N. A.* 1, 12. servata: cuius pater flamen, aut augur, aut quindecimvirum sacris faciundis, aut qui septemvirum epulonum, aut Salius est. — Quindecimvirum, septemvirum scil. unus.

2262. DECEMVIRVM SAC. FAC. vide in Monumentis historicis N. 554.



Inter praestantissima antiquitatis monumenta merito referendum est sequens XV Vir. S. F. rescriptum, repertum prope Baias 1786. v. Morcelli *Opp. Epigr.* T. V. p. VIII. et Romanelli *Viaggio* T. 2. p. 184.

2263. M. MACRIO BASSO. L. RAGONIO || QVINTIANO COS. 1) K. IVNĪS || CVMIS IN TEMPLO DIVI VESPAŪSIANI IN ORDINE DECVRIONVM || QVEM M. MALLONIVS FVNDAN || ET Q. CLAVDIVS ACILIANVS PRAEF 2) || COEGERANT. SCRIBVNDŌ SORTE || DVCTI. ADFVERVNT COELIVS PANŪNYCHIVS. CVRTIVS VOLIVOS (*sic*) CONSIDIŪVS FELICIANVS. REFERENTIBVS PR || DE SACERDOTE FACIENDO. MATRIS || DEAE 3) BAIANAE IN LOCVM RESTITVTI || SACERDOTIS DEFVNCTI. PLACVIT VNŪVERSIS. LICINIVM SECVNDVM || SACERDOTE M FIERI.

XV. S. F PR 4)

ET MAGISTRATIBVS CVMAN. SAL || CVM EX EPISTVLA VESTRA COGNOVEŪRIMVS. CREASSE VOS SACERDOTE M MATRIS DEVM LICINIVM SECVNDVM || IN LOCVM CLAVDĪ. RESTITVTI DEFVNCTI SECVNDVM VOLVNTATE M VESTRAM || PERMISSIVS EI OCCAVO 5) ET || CORONA DVM. TAXAT INTRA || FINES COLONIAE VESTRAE VTI || OPTAMVŠ VOS BENE VALERE || PONTIVS GAVIVS MAXIMVS || PROMAGISTRO SVBSCRIPSI XVI. KAL || SEPTEMBRES. M. VMBRIO PRIMO || TIT. COELIANO COS. 6) —

1) p. Chr. 289. 2) Duo igitur tum Praefecti, pro Duumviris puta, Cumis: Romanellius vero legit: PRAET. sed duo Praetores non minus singulares sunt quam totidem Praefecti. 3) Sic lapis pro Deam, ut infra est. 4) XV Viri Sacris faciundis Praefectis. 5) Hoc supra attingimus, ubi de Sacerdotibus coronatis sermo fuit. 6) videntur Coss. suffecti, eiusdem anni p. Chr. 289.

Verum ab his XV Viris Sac. Fac. probe distinguendum est aliud sacerdotium Quindecimvirale tum virorum, tum feminarum ad cultum M. D. M. I. pertinens, cuius generis exempla dedimus supra N. 2198. et N. 2199. Piam hac in re fraudem mihi agnoscere videor sacerdotum istorum Cybeles, quindecimvirali collegio ad veteris imaginem instituto, quo vel ipso receptae iamdudum religionis nomine novam suam populo commendarent. — Ceterum in ultimis XV. Viris S. F. et Septemviris Epul. hic erit numerandus:

2264. M. D. M. I || ET ATTIDI SANCTO || MENOTYRANNO || Q. CLODIVS FLAVIANVS || V. C. PONT. MAIOR || XV VIR. S. F. SEPTEMVIR EPVLONVM || PONTIFEX DEI SOLIS || TAVROBOLIO CRIOBOŪLIOQVE PERCEPTO || ARAM DICAVIT || NONIS APRILIBVS || FF. LL. 1) MEROBAVDE || ET SATVRNINO || CONSS. — Romae. Don. p. 7, 25. Fabrett. C. IX. 500. Mur. 389, 4.

1) id est FLAVIIS. p. Chr. 377.

## §. 10. FRATRES ARVALES.

Ex MARINII laudatissimo libro damus hic Tabulas aliquot aetorum FRATRVM ARVALIVM, quarum explicatio omnis ex illo erit petenda. Quaecunque literis inclinatis excusa vides, supplementa sunt Marinii.

Ceterum notandum in Gordiano tertio finiri et Acta huiusce Collegii, et Inscriptiones honorarias cum Fratris Arvalis titulo Imperatoribus positas. v. Marinium p. 704.

2265. Tab. I. *Cn. Cornelius Cn. Fil. Lentulus, Augur, Magister in locum . . . .* || *et ad Fratres aruales rettulit arborem in Luco* || *Deae Diae vetustate cecidisse, Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C.* (quid de ea re fieri placeret, de ea re ita censuerunt.) || *Cum arbor vetustate in Luco Deae Diae cecidisset, ut illa expiaretur porca et* || *agna opima . . . o ad sacrificium consumeretur, neve quid . . . .* || *e Luco exportaretur;* || *adfuerunt Lucius Domitius Cn. Fil. Ahenobarbus, Lucius Calpurnius* || *L. Fil. Piso, Pontifex, Paullus Fabius Q. Fil. Maximus.* || *Isdem Consulibus pridie idus Maias in Regia* || *Cn. Cornelius Cn. Fil. Lentulus, Augur, Magister in locum Lucii* || *Aemilii L. Fil. Paulli Drusum Caesarem Tiberii Fil., Augusti Nepotem* || *Fratrem Arvalem cooptavit, et ad sacra vocavit;* || *adfuerunt Cn. Pompeius Q. Fil., L. Domitius Ahenobarbus,* || *L. Calpurnius. L. Fil. Piso Pontifex, T. Quinctius Crispinus* || *Valerianus . . . . . per Tabellas cooptarunt.* || *Adfuerunt Imp. Caesar Augustus, Tib. Caesar Augusti Fil. Germanicus;* || *. . . . . Paullus Fabius Maximus.* || *Isdem Consulibus XVIII. Kal. Ianuarias in Regia* || *Cn. Cornelius Cn. Fil. Lentulus, Augur, Magister in locum Cn.* || *Pompeii . . . . . Pompeium Augurem, et in locum Imperatoris* || *Caesaris Augusti . . . . . Fratres Aruales* || *cooptavit, et ad sacra vocavit.* || *Adfuerunt Drusus Caesar Tiberii Fil., L. Piso Pontifex, T. Quinctius* || *Crispinus Valerianus . . . . . Marci Filius Cornutus* || *. . . . . per Tabellas cooptarunt.* || *Adfuerunt Tib. Caesar Divi Aug. F. Augustus. — Marini Atti 1. p. CI.*

2266. Tab. VII. . . *Fratr. Arval. . . . . Agrippinae* || *C. Caesaris Matris . . . . .* || *Germanici Bovem . . . . .* || *Adfuerunt Cn. Domitius . . . . . Paullus Fabius Persicus, C. Caecina Largus . . .* || *Isdem Cons. ante Diem VI. Kal. Novemb. . . . .* || *Ob detecta nefaria consilia contra Imperatorem* || *Caium Caesarem Augustum Cn. Lentuli Gaetulici . .* || *Adfuerunt . . . . . L. Salvius Otho Flamen . . . . .* || *. . . . . Fratrum Arvalium. . . , . . — Marini Atti 1. p. CVII.*

2267. Tab. IX. *Adfuerunt* || *C. Caccina Largus, L. Vitellius, Paullus* || *Fabius Persicus, C. Piso, Magnus Pompeius.* || *Isdem cons. . . . Idus Ianuar.* || *Feriae Iovi, quod Ti. Claudius Caesar* || *Augustus Germanicus Pater Patriae appellatus est:* || *Immolarunt in Capitolio Iovi Bovem marem, Iunoni* || *Vaccam, Minervae Vaccam, Felicitati publi-*



*cae* || *Vaccam*, Divo Augusto Bovem marem, *Divas* || *Augustae Vaccam*. — Marini *Acti* p. CXI.

2268. Ex Tab. XLI. b. *Precatio cooptationis*. || Quod bonum faustum felix fortunatum salutareque sit Imperatori Caes. Divi Magni Antonini filio, Divi Severi Nepoti, M. Aurelio || Antonino Pio Felici Aug. Pont. Max. Trib. Pot. Consuli, Patri Patriae, Proconsuli, et Iuliae Maesae Augustae, Aviae Augusti nostri, totique || Domui divinae eorum, Senatui, Populoque Romano, Quiritibus, Fratribus Arvalibus, parentibus, liberis, coniugibusque nostris, Fratrem Arvalem . . . . . Imperatorem Caes. M. Aurelium Antoninum Pium Felicem Aug. Collegam nobis || cooptamus feliciter. — Marini *Acti* 1. p. CLXIII.

2269. Tab. XXIII. L. Flavio Silva Nonio Basso || Asinio Pollione Verrucoso Consulibus || III. Nonas Ian. || Magister C. Iunius Tadius Mefitanus Collegii Fratrum Arvalium nomine vota nuncupavit || pro salute Imp. Titi Caesaris, Divi Filii, Vespasiani Aug. Pontif. Max. Tribunic. potestate, Consulibus VIII., et Caesaris, || Divi Filii, Domitiani Cos. VII., et Iuliae Augustae, Liberorumque eorum victimis immolatis in Callpitolio, quae superioris anni Magister voverat, persolvit, Iovi Optimo Maximo Boves Mares II., || Iunoni Reginae Vaccas II., Minervae Vaccas II., Saluti publicae Vaccas II., et in || proximum annum nuncupavit, praeunte L. Pompeio Vopisco C. Aruntio Calltello Celere in ea verba, quae infra scripta sunt. || Iuppiter Optime Maxime, si Imperator Titus Caesar Vespasianus Aug. Pontif. Max. Trib. Potest. Pater Patriae, || et Caesar, Divi Filius, Domitianus, quos nos sentimus dicere, vivent, domusque || eorum incolumis erit ante diem III. Nonas Ian., quae proximae Populo Romano Quiritium, Reipublicae Populi Rom. Quiritium || erunt, et eum diem, eosque salvos servaveris ex periculis, si qua sunt, || erunt, ante eum diem, Eventumque bonum ita, uti nos sentimus dicere, || dederis, eosque in eo statu, quo nunc sunt, aut eo meliore servaveris, ast tu || ea ita faxis, tunc tibi nomine Collegii Fratrum Arvalium Bubus aullratis duobus vovemus esse futurum. || Iuno, quae in verba Iovi O. M. Bubus auratis II. vovimus esse futurum, quod hodie vovimus, tunc tibi in eadem verba nomine Fratrum Arvalium Bubus auratis duobus fovemus esse futurum. — Marini *Acti* 1. p. CXXXI.

2270. Tab. XXXII. — Marti Arietes altilaneos II., Iunoni Deae Diae Oves II., sive Deo sive Deae Oves II., || Virginibus Divis Oves II., Famulis Divis Verbeces duos, Laribus Verbeces duos, || Matri Larum Oves duas, sive Deo sive Deae, in cuius tutela hic Lucus Locusve || est, Oves II., Fonti verbeces II., Florae Oves II., Vestae Oves II., Vestae Matri Oves II., item || Adolendae, Connolandae, (sic h. l.) Deferundae Oves II., item ante Caesareum Divis numero XVI. Verbeces || immolavit numero XVI. M. Herennio Secundo, M. Egnatio Postumo Consulibus III. Id. Mai. || In Luco Deae Diae Q. Licinius Nepos Mag. operis perfecti causa, quod arboris || eruendae et Aedis

réfectae immolavit Suovetaurilibus maioribus; item ad Aedem || Deae Diae boves feminas II., Iano Patri Arietes II., Iovi Verbece II. altilancos, Marti || Arietes altilancos II., Iunoni Deae Diae Oves duas, sive Deo sive Deae Oves II., Virginibus || Divis Oves II., Famulis Divis Verbece II., Laribus Verbece II., Matri Larum Oves II., || sive Deo sive Deae, in cuius tutela hic Lucus Locusve est, Oves II., Fonti Verbece II., || Florae Oves II., Vestae Oves II., Vestae Matri Oves II., item Adolendae, Conmolendae, Dellferundae Oves II., item ante Caesareum Divis numero XVI. Verbece immolavit XVI. || Isdem Consulibus XVI. Kal. Iun. in domum Licinii Nepotis Magistri Fratres Arvales praetextati || sacrificium Deae Diae ture et vino fecerunt, ibique discumbentes toralibus || segmentatis ministrantibus pueris patrimis et matrimis, Senatorum Filiis, || Acilio Aviola, et Acilio Severo, et M. Vlpio Boetho, et Claudio Sulpiciano cum Publicis || ad Aram retulerunt: Adfuerunt in Collegio Q. Licinius Nepos Magister, Cn. Catilius || Severus, T. Flavius Sulpicianus, M. Antonius Iuvenis. P. Pescennius Niger, M. Vlpus Astius Praetor. || Isdem Consulibus XIII. Kal. Iun. in Luco Deae Diae Q. Licinius Nepos Mag. ad Aram immolavit || porcilia piaculares II. Luci coinchuendi, et operis faciendi, ibique vaccam || honorariam albam ad foculum immolavit; sacerdotes in tetrastylo || consederunt, et ex sacrificio epulati sunt, sumptisque praetextis, et || coronis spiceis vittatis Lucum Deae Diae summoto ascenderunt, et per || Q. Licinium Nepotem, et Catilium Severum Proflaminem agnam opimam immollaverunt; perfectoque sacrificio omnes ture et vino fecerunt, || deinde coronis inlatis, signisque unctis Petronium Priscum ex Saturnalibus || primis in Saturnalia secunda Magistrum fecerunt, et Flavium Sulpicianum Flaminem. — Marini *Acti* 1. p. CXLVII.

2270. Tab. XLI. — . . . . . immolavit Suovetaurilibus maioribus Deae Diae Boves feminas numero II. || Iano Patri Arietes numero II., Iovi Verbece II., Marti Arietes numero II., Iunoni Deae Diae Oves numero II., sive Deo sive Deae Oves numero II. || Virginibus Divis Oves numero II., Famulis Divis Verbece numero II., Laribus Verbece numero II., Matri Larum Oves numero II., Fonti Verbece numero II., Florae Oves numero II. || Vestae Oves numero II., Vestae Matri Oves numero II.; item Adolendae cet. Oves numero II.; item ante Caesareum Divis numero XX. Verbece numero XX. || Isdem Consulibus . . . Collegium Fratrum Arvalium fecit similiter, quod supra factum est, per eundem Avitianum Promagistrum. || Isdem Consulibus VI. Kal. Iun. in Palatio, in Divorum per Alfenium Avitianum Promagistrum Fratrum Arvalium prima || luce ture et vino fecerunt, et fruges aridas et virides contigerunt, et panes laureatos, et Deam Diam || unguentaverunt, et . . . . . ci cathedris consederunt praetextati, et ibi praetextas deposuerunt: || Adfuerunt Alfenius Avitianus Promagister, Catilius Severus, Statilius Silianus, Sulpicius Pollio, Flavius Archelaus, Armenius || Peregrinus . . . . . us, Flavius Alpinus.



Item post meridiem a balneo cathedris consederunt, deinde || *manibus lautis* . . . . . cenatoria alba sumpserunt, et in tricliniaribus discubuerunt, et epulati sunt: item pueri || *ingenui patrimi et matrimi*, Senatorum Filii, numero III. in cathedris consederunt et epulati sunt. || *Fratres Aruales* post epulas super toralibus segmentatis discubuerunt, et ture, vino fecerunt, et per pueros praetextatos, || *Senatorum Filios*, et Publicos ad Aram pertulerunt, et unguenta, et coronas acceperunt et in mantelis || *frumenta* rursus contigerunt. Item mensa secunda bellariorum divisa est, et sportulas acceperunt Sacerdotes || Imperatoris Aug., et ceteri Sacerdotes, qui suprascripti sunt, et rosam solutam diviserunt, ibique FELICITER dixerunt. Item III. Kal. Iunias || in Luco Deae Diae Alfenius Avitianus Promagister ad Aram immolavit porcilias piaculares II. Luci coinquendi, et operis || faciundi, ibi vaccam honorariam immolavit, et inde in tetrastylo reversus subselliis consedit, deinde reversus ad Aram || extas reddidit porciliares. Item in Circo, in foculo argenteo cespiti ornato extam vaccinam reddidit, et in tetrastylo || reversus est, et in codice cavit, et praetextam deposuit, et in papilione suo reversus (*est.*) Promeridie autem || Fratres Aruales praetextas acceperunt, et in tetrastylo convenerunt, et subselliis consederunt, et caverunt || se adfuisse, et sacrum fecisse, et porcilias piaculares epulati sunt, et sanguem. Postea inde praetextati || capite velato, vittis spicis coronati Lucum adscenderunt, et per Alfenum Avitianum Promagistrum agnam || opimam immolaverunt, et hostiae litationem inspexerunt. Perfecto sacrificio omnes ture et vino fecerunt, deinde || reversi in Aedem in mensa sacrum fecerunt ollis, et ante Aedem in cespite Promagister et Flamen sacrum fecerunt. || Item foras ad Aram reversi thesauros dederunt. Item flamen et Promagister scyphos argenteos cum sumpuvis (*sic*) || vino repletis ante ostium, (*et*) acerras (*ferentes*) ture et vino fecerunt, et ante ostium restiterunt, et duo ad fruges petendas || cum Publicis desciderunt (*sic*) et reversi dextra dederunt, laeva receperunt, deinde ad alterutrum sibi reddiderunt, || et Publicis fruges tradiderunt: deinde in Aedem intraverunt, et ollas precati sunt, et ostiis apertis per clivum iacuerunt; deinde subselliis marmoreis consederunt; et panes laureatos per Publicos partiti sunt, ibi omnes lunemulia || cum rapinis acceperunt, et Deas unguentaverunt, et Aedes clusa est, omnes foris exierunt: ibi Sacerdotes || clusi succincti, libellis acceptis, carmen descendentes tripodaverunt in verba haec: Enos Lases iuvate || Enos Lases iuvate, Enos Lases iuvate. Neve Luerve Marmar(r) sins incurrere in pleores, neve Luerve Marmar || sins incurrere in pleoris, neve Luerve Marmar sers incurrere in pleoris. Satur fufere Mars limen || *sale* sta berber, satur fufere Mars limen sali sta berber, Satur fufere Mars limen sali sta berber. || *Semunis alternei advocapit conctos*, *Semunis alternei advocapit conctos*, *Simunis alternip* (*sic*) *advocapit* || *conctos*. Enos Marmor iuvato, Enos Marmor iuvato, Enos Marmor iuvato. Triumpe, Triumpe, Triumpe, *Triumpe*. Post tripodationem deinde

signo dato Publici introierunt, et libellos receperunt. — Marini *Acti* 1. p. CLXI. Haec omnia, quo facilius legerentur, cum supplementis Marini, et literis vulgaribus excudi iussimus. In Add. habebis tabulas ipsas.

### §. 11. FETIALES.

2272. M. METILIVS. M. F. TER || RVFVS || PR. PROCOS || PROVINCIA ACHAIA FETIALIS || CVRATOR VIAE AVRELIAE || LEGATVS || AVG. — Florentiae. Gor. *Etr.* 2. p. 412, 26. Mur. 722, 7.

2273. C. IVLIO M. F. VOLT || PROCVLO COS XV VIR || SACRIS FACIVNDIS. FETIALI CVR || OPERVM PVBLICORVM. LEG. AVG || P. P. AD CENSVS PROVINCIAE LVGVDVNENSIS. LEG. AVG. P. P. REGION || TRANSPADANAЕ. LEGATO LEG. VI || FERRAT. PRAET. TRIB. PL. AB ACTIS || IMP. TRAIANI AVG. TR. LEG. III SCYTHIC. Q. AVGVSTORVM. III VIRO A. A. A. F. F || ANTIATES PVBLICE || PATRONO. — Romae. Mur. 315, 3., qui refert ad a. p. Chr. 97.

2274. FABIANO MAXIMO || LEG. AVGVSTORVM PRO. PRAETORE PROVINCIARVM MYSIAE || SVPERIORIS. ITEM MYSIAE INFERIORIS. CVRATORI AEDIVM SACRARVM. COS. FETIALI. 1) PRAEF. AER. S || LEG. LEG. III. GAL. CVR. VIAE VALENTIAE. LEG. PR. PROVINC. ASIAE. PRAEF || AED. CVR. AB ACTIS. SENATVS. Q || VRB. TR. MIL. LEG. I. MINERV || III VIRO. VIAR. CVRANDAR || LICINI FORTIS ET HONORAT || CENTVRIO LEG. I. — In monasterio S. Luciae in Selci. Marini *Acti* 2. p. 754.

1) Observant HAGENB. Mss. et Marinus in lapp. fide dignis semper scribi FETIALIS, ut apud Graecos *Φητιάλης*, nunquam vero FECIALIS. — Hoc imprimis memorabile est, sub Imperatoribus conservatum fuisse Fetalium collegium, quamvis nulla tunc fuerint eius officia, ut credere par est. De Fetalibus consulendus imprimis Couradi in *Scriptt. minor.* T. 1. p. 259. Singularis est sequens:

2275. P. CORNELIO P. F || LENTVLO SCIPIONI || COS. PRAEF. AERARI || LEG. TI. CAESARIS AVG. LEG. LEG. VIII. HISPAN || PONTIFICI FETIALI. — Brixiae. Grat. 396, 5. Spuria visa est Maffeo A. C. L. p. 350. Defenditur a Marini *Acti* 2. p. 708., qui iungit *Pontifici Fetiali*. Idem tamen et Pontifex et Fetalis esse poterat. Eodem vero in dubio versatur Fabrett. p. 702, 234. et Mur. 397, 4.: L. MARIO L. F. QVIR. MAXIMO PERPETVO AVRELIANO COS || SACERDOTI FETIALI cet., quamvis eodem inclino quo Marinius; ita PONTIFEX FLAVIALIS Grat. 361, 1. et FLAMEN FLAVIALIS ib. 359, 4. Nemo vero accuratius de Fetalibus ex inscriptionibus disseruit, quam Hagenbuchius, cuius cum disputatione si iungas quae Marinius habet (*Acti* p. 708. 714. 754.) nil fere desiderabis. Ita vero ille:

Fetalis, εἰρηνοποιὸς, εἰρηνοδίτης.

„Ad saxum Metilii, quod in hortis Mediceis ab Donio olim exscriptum, ut deperditum dat Gor. *Etr.* T. II. p. 442. n. 26., in quo Metilius dicitur FETIALIS, haec



notat Gorius p. 442. extr. *In toto Gruteriano thesauro unica tantum est inscriptio, in qua FETIALIS fit mentio p. 1107.:* 4. *Penes Fetiales belli, pacisque faciendae foederisque feriundi ius erat;* quae postrema Gorius ex Festo voc. *Fetiales* desumpta planius nonnihil ac in Festo leguntur est prolocutus. Mur. 722, 7. saxum Metilii ex Gorio dans haec commentatur: *FETIALIS pro FECIALIS peregrinum puto. Neque in lapidibus occurrere solet eiusmodi munus. Halicarnassaeo 2, 72. tamen teste, Collegium Feacialium Romae fuit, in quo locus erat praestantissimis tantummodo familiis. Vtrumque, tum Gorium, tum Muratorium vides ob monumentorum quam causantur paucitatem de Fetialibus paucula dixisse, eaque non satis congruentia: etsi enim Gorii observationis Muratorius, quod miror, non meminerit, satis tamen ex Muratorii observatione liquet, eam Gorio oppositam esse. Caussam ita scribendi Muratorio, quantum video, dedit, quod in Grutero 1107, 4. non FETIALIS, ut Gorius adferebat, sed FECIALIS videbat editum esse; et sane Cellarius *Orthogr.* p. 108. FETIALIS per T. quum probasset, subiicit per C. tamen legi in Grut. 1107, 4. Quam vero fallantur Gorius et Muratorius in Grutero FETIALES vel FECIALES, nisi unum illum, non occurrere, inferius pandemus. FETIALIS per T. potius quam per C. scribendum esse, miror ex Halicarnassaeo, ad quem provocat, Muratorium non vidisse: monet enim Cellarius *loc. cit.* apud Halicarnassaeum semper per T. legi; Sylburgitumque ex Suida voc. *φητιάλης* etiam *η.* loco *ι.* vel *ε.* ante *τ.* restituendum Halicarnassaeo esse arbitratum. Quid? quod constanter Graeci auctores T. habent in hac voce Latina, quoties eam Graeco suo sermoni intexuerunt: id ipsum quoque monuit Vossius in *Etymologico* voc. *Fetiales*: et ante eum Aldus in *Orthographia* p. m. 352. voc. *Fetiales*. Schurzfleischius *Orth.* p. m. 31. FETIALIS, inquit, non per C. Livii MSS. Codices habent. Unde Gorio ortus sit error, semel tantum in Grutero FETIALIS memoriam exstare, quaerenti mihi dedit sese rei illius origo: neque enim huius vocis gratia totum Gruterianum thesaurum volvit revolvitque Gorius, sed ad Scaligeri indices delapsus nonnisi indicis capita duo quintum sextumque consuluit, in magistratibus muneribusque civilibus militaribusve investigans: quod quum faceret non invenit nisi hoc unum in ind. 6. *Feacialis Leg. Propr.* 1107, 4. Cur vero non divertit ad honores sacros seu religiosos indicis tertii? ibi haec tria invenisset iuncta: *Feacialis, et Fetialis.* 360, 3. 457, 2. 1107, 4. In sec. Grut. ed. ad 457, 2. haec datur notula d. *vid.* 1107, 4. et 360, 3., quam facile iam existimabis ex Ind. 3. desumptam esse. In 457, 2. datur FETIALI. In 360, 3. autem FECIALIS. Ex 457, 2. Holthenus de suo dedit supplementum *Indic.* 19. hocce: T. pro C. Fetialis. 457, 2. quo facile caruissemus; praefereunda enim scriptura FETIALIS per T. exscriptoribusque potius tribuerim FECIALIS per C., quam ut existimem, FETIALIS male exscriptum esse: quia invaluit vulgo *Feacialis*, non *Fetialis*: nisi velis, iam olim utrumque fuisse in usu; id quod tamen vix putem: quia antiqui C. ante I. ut K. pronuntiarunt, nos autem TI. et CI. sequente vocali, quasi zi pronuntiamus: illud graecos T. fecit retinere: hoc exscriptores facile in errorem duxit, dum morem suum scribendi magis sequebantur, quam ad singulas saxorum literas attendebant; secus ac fieri debebat. Cellar. *Orthogr.* p. 108. addit lapidem ex Manutio sub Tiberio inscriptum FETIALI. Habet Cellarianum lapidem illum Aldus (Manutius) *Orthogr.* p. m. 352. voc. FETIALIS. inveniesque non ex Aldo, sed ex aliis datum in Grut. 396, 5. et 397, 5., qui idem lapis est. Utroque in loco textus Gruteri habet FETIALI; sed et utroque in loco adest notula, variantem dans lectionem FECIALI; prioreque loco adiicit *lapidem* habere per C., quod valde miror: quia qui lapidem viderit, nemo ibi producitur; quartum hoc exemplum *τοῦ Fetialis* index Gruteri tertius voc. *Feacialis* non dedit: dedit autem ind. 3. voc. *Pontifex Fetialis* 396, 5. 397, 5. 364, 1. Vt eodem ind. 3. iunctim quoque datur *Sodalis Fetialis* 457, 2. Quintum Gruteri exemplum modo datum ex ind. 3. *pontifex Fetialis* 364, 1. dubium est: ut videbis ex notula b. edit. sec. Grut. 364, 1. v. 16. *pro FEC. Pighius ET. C. ab emendatrice manu. recte.* Scaligero autem *Pontificem Fetialem vel Feacialem* ex 364, 1. ind. 3. danti video praevisse Smetium, qui in suo siglarum indice dederat *FEC.* 69, 13. (quod est saxum Gruteri 364, 1. in Smetio 69, 13.) *feacialis*. Magis mihi placet P. P. P. (ut tria P. quoque praecesserant versu 14.) ET. C. quam P. P. Pontifex FECialis: tum ne hic tantum insequatur aliud nomen, nulla interiecta copula vel particula ET. vel ITEM; tum ne hic tantum insequatur alius carens praenomine, quum ceteri omnes gaudeant suo quisque praenomine. Quae etsi ita existimo, idem tamen existimo, male fecisse Holthenum, qui *Ind.* 3. voc. *Pontifex Fetialis* numeros Scaligeri 364, 1. bene se habentes sine ullo indicio omiserit: id quod et alibi in ed. sec. Gruteri, tum in textu, tum in indicibus factum, ut non dignoscas, quae Gruteri editio posterior*

aut addiderit, aut sustulerit, non probavi unquam: improbavi vero in Prolegomenis meis ad Gruteri opus indicum tessellatum pagina statim prima. Haec de quinque exemplis  $\tau\omicron\upsilon$  FETIALIS vel FECIALIS in Grutero. Vnum exemplum esse debebat in Reinesio: cuius index  $\beta$ . dat, *Fecialis*. 46. V. sed, quum omnes Reinesii schedulas dissectas disponerem, falsum numerum *Class. V. num.* 46. nulla arte emendare potui, coactusque sum in investigandis catei voluminis mei ex indicibus Reinesianis contexti suffigere. In Gudio unicum exemplum FECIALI monstrat Gudianus *index* 3. ex Gud. 131, 6.; qui index Gudianus *sacerdos* et *fecialis* disiunxit: Scaligerum autem *pontifex sodalis* et *sodalis fetialis* nunc coniunxisse nunc divisim posuisse ex superioribus iam patuit: vide *Bibl. epigr. proleg.* voc. *Indices in inscriptiones* pag. 5. et 6. init. Ita, ut redeam, unde haec tela incepta est, ex Grut. 1107, 4. dum datur ind. 6. *Fetialis Leg. Pro Pr.*, indice autem 5. *Leg. Pro Pr.* ex 1107, 4. non datur neque ind. 3. voc. *Fetialis*, existimo, auctorem magnum indicis sexti saxum Gruteri 1107, 4. sic accepisse AXIVS LEGATI PRO PRAETORE  $\omicron\upsilon\upsilon$  FECIALIS; mihi vero duo diversa munera, ut in aliis, referri videntur LEGATUS PRO P. et FECIALIS. Hactenus de Fetialibus ex saxis potissimum egisse sufficiat. *Faecialis* cognomen feminae videtur esse in Mur. 1465, 7. FETIALI est in Mur. 215, 3. SACERDOTI. FETIALI. est in Mur. *proleg.* pag. 146. A., pro quo in Mur. 397, 4. datur SACERDOTI FECIALI.

Apud Grut. 307, 3. v. 6. pro PVBL. EET... conieci iampridem legendum videri PVBL. FETIALIUM sc. servus.

Apud Grut. 1131, 10. CLODIO PRINCIPALI FEC. Scriberius, quum *Ind.* 23. invenisset *Clodius Principalis*,  $\tau\omicron$  FEC. autem nusquam in indicibus Gruterianis ex hoc saxo occurreret, coniecit *Principalem Fecialem* memorari; sed *Principalis* rectius, credo, manet hoc loco proprium nomen seu Clodii cognomen; v. *Ind. Helvet. appellativa* cet. FEC. ad Grut. l. c. conieci esse FECit.

Mur. ind. 3. *Fecialis Quaestor*. 188, 3.; at in saxo isto legitur FETIALI. QVAESTORI.; neque duae hae dignitates iungendae, ad indicemque tertium referendae erant. Idem index habet *Fecialis adlectus* 287, 2.; at in saxo ipso, quod Muratorio spurium videtur, per T. scriptum FETIALI ADLECTO." Hactenus HAGENBUCHIVS.

Quod autem sequentem quoque Conradus *Script. minor. Diss.* V. p. 273. ad Fetialium collegium retulit, magno opere erravit:

D. S. I. M 1) || P. ACIL. PISONIANVS || PATER PATRATVS || QVI 2) || HOC SPELEVVM VI || IGNIS 3) APSVMPTVM || COMPARATA AREA A REPVBL || MEDIOL. PECVNIA SVA || RESTITVIT. — Mediolani. Grut. 34, 9. Apud nos N. 1909. — nam *pater patratus* h. l. si sincera est lectio, aliter explicari non debet, quam *pater patrum* alias, antistes scil. Mithriacus.

1) *Deo Soli Invicto Mithrae*. 2) QVI h. l. pronomen, non *Quirina* tribu, non *Quiritium*. 3) Ita Alciati codex ap. Zaccar. *Excurs. lit.* p. 77. Grut. male VIOL. IGNIS. Cfr. Mur. 453, 5. Lapis ipse habuisse videtur VIIIGNIS. . v. Gratiolium *de praeclaris aedificiis Mediol.* p. 77. An fuit in lapide ipso PATER. PATR.? neque tamen omnino incredibile est, sacerdotem quoque Mithriacum antiquum istud nomen *Patris patrati* in se transferre potuisse. Id tamen constanter negabinus h. l. de patre patrato vetere significatu sermonem esse.

Verior PATER PATRATVS demum prodiit ex Pompeiorum reliquiis. v. Romanelli *Viaggio a Pompej* T. 1. p. 151.

2275. SP. TVRRANIVS. L. F. SP. N. L. PRON 1) ||  
FAB. PROCVLVS. GELLIANVS. PRAIF ||  
FABR. II. 2) PRAIF. CVRATORVM. ALJEEI ||  
TIBERIS. PRAIF. PRO. PR. I. D. 3) IN ||  
VRBE LAJINIO PATER PATRATVS ||  
POPVLI. LAVRENTIS FOEDERIS EX ||  
LIBRIS SIBVLLINIS PERCVTIENDI ||  
CVM P. R. SACRORVM PRINCIPIORVM ||  
P. R. QVIRIT. NOMINISQVE LASTINI (sic) ||  
QVAI APVD LAVRENTIS COLVNTVR ||



FLAM. DIALIS. FLAM. MART. SALIVS ¶  
 PRAISVL AVGVV PONT. PRAIF. COHORT ¶  
 GATTVL. TRIB. MIL. LEG. X ¶

LOC. D. D. D. —

Faciliora primum expediamus:

1) *Spurii nepos, Lucii pronepos.* 2) *Praefecti Fabrum iterum* alibi quoque reperiuntur. 3) male Romanellius vertit *prefetto e propretore a giustizia*, quum sit potius *Praefectus pro Praetore I. D. i. e. loco Praetoris I. D.* Summus igitur magistratus Lavinii Praetor dicebatur, ut constat etiam ex Fabretto p. 682, 67., qui si creari non poterat, eius loco Praefectus creabatur. Romanellius haec adnotat: „Notiamo primieramente ripetuto varie volte AI per AE, ed il digamma A, che fu introdotto a' tempi dell' Imp. Claudio. — Pieno di difficoltà è il passo, che segue. Essendo Turrano Padre patrato del popolo di Laurento doveva secondo i libri Sibilini far l'alleanza cum P. R. *Sacrorum principiorum — coluntur.*” Non è possibile di poter leggere, come taluno ha opinato cum Populo Romano sacrorum principiorum Populi Romani Quiritium, perchè nol comporta nè la sintassi, nè il sentimento. In fatti che significherebbe il dire: col popolo Romano de' sacri principj del popolo Romano? Noi leggiamo: *Pater patratus foederis percutiendi cum Publicis Rationalibus sacrorum principiorum populi Romani cet.*, siccome da Scaligero s'interpretrò RA. O. S. *Rationales Operum Sacrorum. v. Ursati de Not. Roman. lit. R. o* migliormente cum *Praefectis o Praetoribus sacrorum principiorum.* Fin qui pare, che non s'incontri alcun dubbio. Ma quali presso i Romani erano i sacri principj? Io li trovo in un campo di guerra, negli alloggiamenti, e nella castrametazione romana, in cui ad una delle sue vie si dava il nome di principia ἀρχαία. (de quibus, quae vulgo nota sunt, fusius persequitur.) — Ecco adunque i sacri principj della nostra iscrizione, co' pretori de' quali Sp. Turrano doveva stipular l'alleanza. — His tamen insunt complura, quae admodum displiceant; siquidem nemini probari possunt *Publici Rationales sacrorum*; — ut adquiescamus in Scaligeri *Rationalibus operum sacrorum* petilis e corruptissimo Lazii marmore ap. Grut. 415, 7. Hoc vero loco sacerdotii genus, puto, requireretur, si iungendum: P. R. *sacrorum.* — At quum ne ipse quidem Romanellius multum huic coniecturae tribuerit, missam eam faciamus, dispiciamusque de altera eiusdem interpretatione *Praefectis vel Praetoribus Sacrorum principiorum.* Audio; verum cur tandem unus Pater patratus Po. Laurentis cum pluribus praefectis praetoribusve fuerit commissus in foedere isto pangendo? cur tam insolita nota P. R., puncto interposito, significantur plures vel praefecti, vel praetores? Immo si quid veri hac in divinatione latet, equidem longe praeferam PRAETORE, numero singulari, advocato in auxilium Festi loco in *Praetor ad portam*, his praecipue verbis: *quo anno Romanos imperatores ad exercitum mittere oporteret iussu NOMINIS LATINI, complures nostros in Capitolio a sole oriente auspiciis operam dare solitos* (ait Cincius.) *Ubi aves addixissent, militem illum, qui a communi Latio missus esset, illum quem aves addixerant, praetorem salutare solitum, qui eam provinciam obtineret Praetoris nomine.* Sed in hac quoque explicatione accuratius pensitata subsistere nequeo, nimis quum prematur difficultatibus: siquidem Festo auctore legitima formula erat *Praetor ad portam*, neutiquam vero *Praetor sacrorum principiorum*; nec de foedere percutiendo sermo est apud Cincium, sed de simplici salutatione Praetoris, nec miles a communi Latio missus *pater patratus Po. Laurentis* poterat appellari. Verum ne haec quidem opponamus necesse est: tota enim ista divinatio ipsa per se concidit propter subiecta illa, *quae apud Laurentes coluntur*, quibuscum *sacra principia, ἀρχαία*, quaecumque demum fuerint, castrorum, inquam, portarum, urbis denique ipsius, iungi nullo prorsus modo queunt. Longe igitur alia via est ingrediendum, ut scilicet cum P. R. separetur a seqq. *sacrorum principiorum*, illaque nota solito plane modo explicetur cum *Populo Romano.* Totam vero rem sic mihi animo informo: Imperator Claudius, ad cuius aetatem ego quoque refero Spurium illum Turranium, eruditae antiquitatis reconditarumque caerimoniarum mirus amator, ulpote qui Salutis augurium repetierit, pomarium protulerit (Tac. *Annal.* 12, 23.) et quod in primis huc facit, cum regibus foedus in Foro icerit, porcà caesà, ac vetere Fetialium praefatione adhibitâ (Suet. *Claud.* 25.), sacra ex legibus Tullii regis piaculaque apud lucum Dianae per pontifices danda curarit (Tac. *Annal.* 12, 8.), inter cetera dominationis superstitionisque ludibria spectaculo quoque foederis Po. Romani cum patre patrato Populi Laurentis percutiendi frui quum vellet, libros Sibyllinos, quos

occasione aliqua arrepta, adiri iusserat, nutui suo facile parentes est expertus; illico igitur creatur Turranius Pater patratus Po. Laurentis, foedusque antiquo ritu feliciter cum Po. Romano ferendum suscipit. Id vero cur inter tot alia vel magis etiam ridicula, vel crudeliora tristioraque a fatuo tyranno perpetrata, silentio presserint Seneca, Tacitus, Suetonius, Dio Cassius vix mirum cuiquam videbitur. Haec igitur res salva est; sed difficiliora restant ab illis *Pater — cum Po. Romano* seiuncta *Sacrorum Principiorum — quae apud Laurentes coluntur*. Iam ante omnia enucleandum erit, quatenam maxime sacra culta fuerint apud Laurentes. Venit primum in mentem Varro's locus *de Re Rustica* 2. 4. *Suis* (Aeneae), *ac porcorum etiam nunc vestigia apparent Laviniæ; quod et simulacra eorum aeneae etiam nunc in publico posita, et corpus matris ab sacerdotibus, quod in salsura fuerit, demonstratur*. Attamen ista porcorum simulacra sacra principia Po. Romani Quiritium nominisque Latini vocari potuisse, nunquam equidem concedam vel cupidissimo bestiarum mythologicarum, v. c. tauri primigenii, canis salvii ceterarumque cultori. Sed idem Varro ad probabiliora nos deducit *de L. L.* lib. 4. p. 40. Ed. Bipont. *Oppidum, quod primum conditum in Latia stirpis Romanae Lavinium: nam ibi Dii penates nostri*. De his locus est praecipuus apud Dionysium Halicarnass. 1, 67., ex cuius verbis potissimum sequentibus colligitur, quam arcae fuerint Penatium Lavinatium s. Populi Laurentis caerimoniae: *σχηματος δὲ καὶ μορφῆς αὐτῶν πέρι ὕψιστος μὲν οὐ συγγραφεὺς ὡδὲ ἀποφαίνεται: κηρὸν καὶ σιδηρὰ καὶ χαλκὰ, καὶ κέραμον τροσίων ἔβαν, τὰ ἐν τοῖς αὐτοῖς τοῖς ἐν Λαουνίῳ κείμενα ἱερὰ πυθῆσθαι δὲ αὐτὸς ταῦτα παρὰ τῶν ἐλιχωρίων: ἐγὼ δὲ ὅσα μὲν ἅπανσι οὐ θέμις, οὔτε παρὰ τῶν ὁρώντων ἀκούω, οὐδ' ἂν ἐπιγράψαι οἶμαι δεῖν κ. τ. λ.* Obscura quaedam vestigia opinionum, quae de hisce Penatibus publicis Po. Romani senserint antiqui, passim remanent v. c. in Maii *Interpret. Virgilii ad Aen.* 2. v. 717. p. 37., apud Servium *ad Aen.* 1, 378. 2, 96. et 325., Arnobium L. 3, 40., ubi vide quae congegit patruelis mei sollertia. Nostro quidem usui id maxime confert, quod ex Varrone desumpsit, *Penatium nec numerum, nec nomina sciri: esse sex mares, et totidem feminas nominibus ignotis: sed eos summi Iovis consiliarios ac principes existimari. Nec defuerunt, inquit, qui scriberent Iovem, Iunonem ac Minervam, Deos penates existere, sine quibus vivere, ac sapere nequeamus, sed qui penitus nos regant ratione, calore ac spiritu*. Quae qui consideret, facile eam in sententiam deveniat, Penates illos publicos Po. Romani quum proprio nomine nuncupare, Patri praesertim patrato Laurenti eidemque magistro sacrorum, quibus ipsi colebantur, haud liceret, designari potuisse *Principiorum* (ἀρχῶν, non ἀρχέων) vocabulo satis apposito, siquidem ex doctrina ab Arnobio nobis servata, Penates revera sunt principia rerum, sive universi. Erunt tamen, qui in hac minime adquiescentes aliam quaerant simpliciore interpretationem, quam suggeret Valerius Maximus Lib. 1, 6, 8. *facta mentione* (Lavinii) *urbis, e qua primordia civitas nostra traxit, qua ex ratione principia primordia erunt non tam universi, τοῦ παντός, quam Po. Romani Quiritium Nominisque Latini*. Mihi utramque proposuisse sufficet: sed alia rursus suboritur ambiguitas utrum videlicet iungendum sit, *sacrorum* (adiective) *Principiorum, τῶν ἱερῶν ἀρχῶν*, an *Sacrorum* substantivum sit, a quo pendeat *principiorum* nomen; Graece dixeris *τῶν ἱεροποιῶν τῶν ἀρχῶν, ἦτοι τῶν γενεθλίων θεῶν τοῦ δήμου τῶν Ῥωμαίων*, ut fere habet Strabo L. 5, 3, 5. de Lavinio viciniaque verba faciens: *ἔνδοξα δὲ διὰ τὴν Ἀνελίου γέγονεν ἐπιδησίαν, καὶ τὰς ἱεροποιίας ἐξ ἐκεῖνων τῶν χρόνων παραδεδοσθαι φασί*. Ego, ut quid sentio, dicam, posteriorem in rationem magis fere propendo. Iam restat, ut constructionem quoque verborum absolute sic positurum: *Sacrorum Principiorum Po. Ro.* — ab imperitorum dubitationibus defendamus. Novinus ergo, aliquot in lapidibus, quos dabimus infra in Capite de Sacris Isiacis, nude sic poni *Sacrorum*, ubi nescias *magisterne* an *minister*, *paterne* an *filii* sit supplendum: hoc certe loco *magistrum* subaudire malim. (Cfr. Murat. 183, 1. et 4. 185, 5. 828, 3.) Haec vero ratio exemplis satis firmata minus si cui forte satisfaciat, coniectura minime absurda usi, dicemus scalptorem, quemadmodum erraverit in voce LASTINI, alterum hic commisisse peccatum, omissa scil. post P. R. nimis simili nota PR. i. e. *PRaetor. Praetores* autem *sacrorum* exhibent lapides aliquot supra relati §. 4.

Tota igitur haec inscriptio, quaecum paucae et raritate et difficultate sunt comparandae, ita videtur intelligenda:

Sp. Turranius — Praefectus pro Praetore Iuri dicundo in urbe Lavinio (— hoc quoque notandum, Lavinium propter originis sanctitatem antiquitatemque equiparari



Vrbi aeternae;) — idem Pater patratus Populi Laurentis foederis ex libris Sibyllinis Imp. Claudii temporibus dicis caussa percutiendi cum Populo Romano; idemque magister, vel sacerdos, vel praetor Sacrorum quae fiunt Penatibus publicis Populi Romani Quiritium Nominisque Latini, qui apud Laurentes coluntur, quosque Principia sive primordia (ἀρχαί) eiusdem Po. Romani Nominisque Latini appellari fas est; Flamen Dialis cet. Praesulis quoque titulus in rarissimis est numerandus.

Hinc denique explicandum reor, Sacerdotio Laurenti Lavinati cur tantum tribuatur tum in multis lapidibus, tum in Codice Theodosiano (v. supra); nam id quoque, nisi unum idemque omnino fuerit cum hoc sive magisterii sive praeturae munere sacrorum Penatium publicorum Po. Romani, ad eundem tamen cultum aliquatenus videtur pertinuisse.

Nequis autem miretur, in hac nostra inscriptione Sp: Turranii nomen dignitatesque primo casu efferri, quamvis quid tandem fecerit egeritve non dicatur, meminisse oportet, esse inscriptionem statuae eiusdem viri, cuius statuae pauca tantum fragmenta sunt reperta. Quod nisi sciremus, poterat quoque haberi pro epitaphio ex Decurionum decreto posito. Reperiuntur enim interdum quamvis raro eiusmodi sepulcralia, in quibus defuncti nomen recto casu effertur, veluti hoc elegantissimum:

2277. CN. TARA (*Capitis locus*) CIVS. CN. F || VI. A. XX. OSSA  
EIVS HIC SITA SVNT.

EHEV. HEV. TARACSI. VT. ACERBO. ES DEDITVS. FATO ||  
NON. AEO. EXSACTO. VITAL. ES. TRADITVS. MORTI || SED.  
CVM. TE. DECVIT. FLORERE. AETATE. IVVENTA || INTERIEISTI.  
ET. LIQVISTI. IN. MOERORIBVS. MATREM. — Loco mihi ignoto.  
Morcelli *Opp. Epigr.* T. V. p. VIII. ex Ardit. *de vas. Locr.* p. 19.

## §. 12. REX ET REGINA SACRORVM.

2278. . . . LIVS L. F. E || . . REX SACRO . . || . . A. L.  
AQVILLI || VXOR || . . F. REGVLVS VIXIT || . . REGVLVS  
PONTIF. . . CTOR TI. CAESA . . — Romae. Mur. 153, 6.

2279. SEX. OCTAVIVS SEX. F. PAL. FELICIANVS || SENA-  
TOR MVNICIPI ET AEDIL. REXS SACR || OB HONOREM OBLA-  
TVM SIBI PRAEFECTVR || A COLLEGIO DENDROFORVM SCHO-  
LAE EORVM LOCO IMPETRATO AB ORDINE PARTEM AV ||  
|| (*sic*) OMNE OPERE ||  
XIT TOTAMQVE PECVNIA SVA CONSVMMAVIT. — In Tuscu-  
lano. Mur. 2024, 4. Marini *Iscr. Alb.* p. 24. Ex hac inscript., partim  
quoque e praeced. conicere possis, fuisse etiam extra urbem reges  
sacrorum, quorum in saxis raro fit mentio.

2280. V. F<sup>1)</sup> || C. MVRRIO || AEDILI IIII VIRO || PONTIFICI ||  
REGI SACRVM || C. MVRRIVS || EVCHARISTVS || PATRONO B. M. —  
Florentiae. Gor. *Etr.* 2. p. 454. Mur. 153, 7. correctius ap. Donati 1. p. 76, 1.  
1) Vivus fecit.

2281. D. M || L MANLIO L. F. PAL || SEVERO REGI SACRORVM  
FICTORI PONTIFICVMVR<sup>1)</sup> IIII VIRO BOVILLENSI || VM. COLLECTA-  
NE || O DVLCISSIMO ET || INDVLGENTISSIMO || ERGA SE FECIT. —

Loco non indicato. Ex schedis Stoschianis. Donati 1. p. 76, 3. Fabrett. p. 460, 89.

1) Fabrett. melius P. R. i. e. populi Romani. Qui Fictores Pontificum fuerint, ignoratur.

2282. . . C. VA . . . || REX SACRORVM. AVGV R || CVM MANLIA L. F. FADILLA REGINA SACRORVM || PATRI KARISSIMO. — Romae. Grut. 1087, 8.

2283. . . MANLIA L. F. FADILLA || REGINA SACR. MARITO || OPTIMO ET SIBI. — In Via Cassia. Fabrett. p. 484, 153.

### §. 13. A V G V R E S.

2284. MAVORTI || FL. MESSIO EGNATIO || LOLLIANO V. C || Q. K. PRAET. VRBANO || AVGVRI PVBLICO P. R || QVIRITIVM. 1) COMITI DD. NN. AVG. ET CAESARVM. CVRATORI ALBEI TIBERIS || ET CLVACARVM SACRE. VRBIS || CVRATORI OPERVM PVBLICORVM. CONSVLARI AQVARVM ET MINVCIAE. CONSVLARI || CAMPANIAE. ORDO POPVLVSQVE. SVESSANVS. — Suessae. Fabrett. p. 689, 110.

1) cfr. Grut. 27; 4. AVGV R. P. V. B. P. R. Q.

2285. C. VETTIO COSSINIO RVFINO C. V || PRAEFECTO VRBI COMITI || IN CONSIST. 1) CORR. CAMP. CORR || TVSCIAE ET VMBRIAE || CORR. VENETIAE ET HISTRIAE || CVR. ALV. TIBERIS ET CLOACAR. SACRAE VRBIS || CVR. VIAE FLAMINIAE. PROCONSVLI PROVIN CIAE ACHAEIAE. SORTITO PONTIFICI DEI SOLIS. AVGVRI MIN. 2) PALATINO || ORDO POPVLVSQ. ATINAS QVOD IN CORRECTVRA || EIVS QVAE SAEVISSIMAM TYRANNIDEM 3) INCVRRERAT || NVLLAM INIVRIAM SVSTINVERIT || PATRONO DICATISSIMO. 4) — Atinae. Don. p. 199, 145. Mur. 373, 3.

1) Consistorio. 2) Donius habet, mira varietate, SACRO. In Palatino monte Augurum erat collegium, locusque, in quo conveniebant, Auguratorium appellatum, restitutum ab Hadriano. Grut. 128, 4. Gorius ad Don. l. l. Mur. *Min.* explicat *Auguri minori*, vel *Ministro Palatino*. 3) Maxentii caesi, a. p. Chr. 312. Ipse Vettius Cossinius Rufinus Consul postmodum fuit a. 323. 4) l. *dicatissimus*. Mur. Recte.

2286. IMP. CAESAR || DIVI TRAIANI || PARTHICI F. DIVI NERVAE N || TRAIANVS HADRIANVS || AVG. PONTIF. MAX. TRIB. POT. XX || IMP. II. COS. III. 1) P. P || AVGV RATORIVM DILAPS || A SOLO PE . . . . . IT. 2) — Romae. Grut. 128, 4.

1) p. Chr. 137. 2) Pecunia sua restituit. Seriver.

In Municipiis magistratus omnes, et sacerdotes, augures certe a Decurionibus creabantur, sub Imperatoribus; nam antea apud populum sive plebem urbanam id iuris fuisse consentaneum est.

2287. L. OCTAVIO L. F. CAM || RVFO TRIB. MIL. LEG. III || SCYTHICAE PRAEF. FABR || BIS DVOMVIRO QVINQ. EX S. C. ET D. D. AVGVRI EX D. D || CREATO || QVI LAVATIONEM GRATVITAM || MVNICIPIB. INCOLEIS || HOSPITIB. ET



ADVENTORIB || VXSORIB. SERVEIS. ANCILLEIS||QVE. EOR.  
IN PERPETVOM. DEDIT. D. D. PVBL. PATRONO. — Suasae  
Senonum. Grut. 441, 8. Alia exempla: PRAEF. I. D. AB. DECV-  
RIONIBVS CREATVS. Grut. 195, 4. II VIR. VIOCVRVS EX S. C.  
ET D. D. ib. 373, 8. 360, 3. adtulit Reines. *Inscriptt.* p. 397. ad lapidem,  
qui ceteroqui minime huc pertinet: L. ANTISTIO T. F. ALCIRON.  
PRAEF. IVRI DICVNDQ || DECVRION. DECRETO. (Abellae in  
Camp.), ubi titulus tantummodo Decur. Decreto positus significatur.

2288. T. FL. T. FIL || SERG. PROBVS || DEC. MVNIC || CAR.  
EX V DEC || OB. HONOREM || AVGV RATVS || T. FL. PROBI.  
FIL || SVI. DECVR || MVNIC. EIVSD || EQVO. PVBL || D. D. ||  
L. D. D. D || ORFITO. ET. RVFO. COS. K. SEPT. 1) — Carnunti.  
Labus *Ara antica scoperta in Haimburgo. Milano* 1820.

1) „Al lato destro del monumento la Fortuna, al sinistro il Genio di Carnunto. Ho  
provato che i Consoli Orfito e Rufo dell' anno 178. si appellavano Sergio Cornelio  
Scipione Orfito, Quinto Tineio Rufo.” Labus in literis mihi missis.

2289. P. LVCANIVS. L. F. TER. QVADRATVS || II VIR.  
AVGVR. Q. II. 1) BALNEVM A || SOLO PEQ. SVA DEDIT || CAS-  
SIA P. F. VXOR ET LVCANIA || P. F. PROCVLA. — Venafri.  
Mur. p. 478, 2.

1) Quinquennalis iterum.

2290. Hoc quoque notandum, in Albo Augurum Aquileiense, in  
Belignae prope Aquileiam reperto, et cum lectionis aliqua diversitate  
edito a Grutero 128, 1., Bertoli A. d'A. p. 131., Murat. 172, 1., medios  
inter viros memorari feminas tres, scil. Caniam Laidem, Claudiam  
Helpidem (apud unum Murator.) ac Valliam Latiam; quae res dubitatio-  
nem movit etiam Saxio *Miss.* 3. p. 59. De Auguribus cfr. Gor. *Etr.* 2.  
p. 99. Augurem Suasae dabimus in Sepulchralibus.

## §. 14. HARVSPICES. SORTILEGI.

2291. D. M. || L. CESENNI || SOSPITIANI || EX ORDINE HA-  
RVSPIC. LX || VIXIT ANN. XXV || PARENTES FILIO || OPTIMO.  
— Beneventi. Grut. 304, 7. correctius ap. Fabrett. p. 713, 349. Mur.  
171, 5., qui habet AVRISPIC. IX. cfr. de Vita *Inscr.* 8, 6., qui tamen  
non ex ἀντροψία videtur habere.

2292. D. M || M. OPPĪ. PLACIDI || HAR. PRIM. DE LX || CVI  
LOCVM SEPVL || TVR. ORDO SANCT || ISSIM. LVG. DEDIT. —  
Lugduni. Grut. 304, 8.

2293. L. FONTEIVS FLAVIANVS HARVSPEX AVGG. CC 1) ||  
PONTIFEX. DICTATOR || ALBAN. MAG. PVBLICVS || HARVSPIC-  
CVM. ORDINI || HARVSPICVM LX. D. D. — Romae. Reines.  
p. 360, 13.

1) Caesarum. Hag. Eandem hanc inscript. ita exhibet Maffei *Mus. Ver.* p. 311, 4.:

LEONTIVS ET 1) FLAVINVS || HARVSPEX AVGG 2) || PONTI-  
FEX. DICTATOR || ALBAN. MAG. PVBLICVS || HARVSPICVM.  
ORDINI HARVSPICVM EX. 3) D. D. — Romae.

1) Ne ET Maffei pereat, puto fuisse L. F, i. e. *Lucii filius*: ET pessime duos induceret pro uno. HAGENB. Mss. 2) Omittit illud CC Reinesii et recte, puto: etenim artum videtur ex AVGG. 3) Praestat omnino Reinesii LX.

2294. D. M. T || VERACILIANVS || ARISPEX. D. M. S<sup>1)</sup> || Q. V. A. CXXXV<sup>2)</sup> || S. C. . . SE SE VIIVO. FECIT. M<sup>3)</sup> || MARCELLINA. — Agliate, reperta 1793. Redaelli *Notizie istor.* 2. p. 103. „Sotto dell' iscrizione vi è una specie di otre, e di fianco alla destra il disegno di un coltellaccio, e a sinistra di una patera e di una verga.” (Virga haec in primis notanda: de lituo augurali vix licet cogitare.)

1) Vide, ne in his quoque lateat: *de numero sexaginta haruspicum*. 2) Nota longaeum; nisi subest error. 3) Corruptum videtur; neque enim cogitandum de praenomine *Marca*.

2295. . . . 7 ROM. HARVSP. DEI. X. I. I<sup>1)</sup> || HARVSP. AVGG. — Romae. Don. p. 146, 41. Mur. 171, 6.

1) Lego: Sacerdos Romae. Haruspex de LX. item Haruspex Augustorum. HAGENB. Mss. cfr. Bimard in *Proleg. Mur.* p. 66. Hoc igitur e quattuor minimis lapidibus constat, ordinem s. collegium sexaginta haruspicum fuisse sub Imperatoribus, inde a Claudii temporibus: *is enim retulit ad senatum super collegio haruspicum*, instituendo potius, quam restituendo. Tac. *Annal.* XI, 15. cfr. *Haruspices scripsit Petrus Frandsen. Berol.* 1823. 8.

2296. D. M. C. NIVLI. PI. GENTIS CO<sup>1)</sup> || XIII. VRB. TIRENTIANI<sup>2)</sup> || ARESPICI ORDINATO || FECIT-CN. IVLIVS TEAGENES || PATER FILIO PISSIMO. — Romae. Reines. p. 363, 15.

1) Cnaei Iulii Picentis Centurionis Cohortis. ante *Co.* exiit centurionatus nota 7. 2) Terentiani. Ceterum, nisi corruptela subest, nota *haruspices ordinatos*. Fuitne ornato?

2297. C. BAEBIVS || L. F || ARRESPEX. — Clusii in urnula. Gor. *Etr.* 2. p. 411, 15. et 3. p. 304. Notanda huius voc. scriptura, ut mox alia:

2298. D. M || C. MARI ONESIMI || IIII VIR. AVG || HARISPICI PVBLICO. PATRI OPTIMO || FILIA POSVIT. — Nemausi. Maff. *Ant. Gall. sel.* p. 74. Mur. 170, 4.

2299. D. M || D. IVNIO D. F. CLAV || CERTO SACERDOTI || ET ARVSPICI PVBLICO || EX GENERE SACERDOTVM CREATO || FRA TRI PIENTISSIMO. — Miseni. Gori *Etr.* 3. p. 97. — Neapoli. Mur. 171, 8.

2300. VICTO.<sup>1)</sup> PRO SALVTE. IMP. P. Q. R<sup>2)</sup> || ET ORDINIS COL || APVL.<sup>3)</sup> C. IVL. VALENS HAR. COL. S. S<sup>4)</sup> || ET ANTISTITES IIIVSQUE<sup>5)</sup> LOCI || V. L. P. — Sardaeci prope Albam.

1) *Victoriae*, sive, si lapis fractus est: (*Deo soli in*)victo. 2) nota Imperatorem Populumq. Ro. omisso senatu. 3) Coloniae Apuli. 4) coloniae supra scriptae. 5) huiusce. Vbi hoc saxum repperim, nunc oblitus sum. Certum tamen est.

2301. (*L. Caf*)ATIVS L. F. STE. HARVSPE(x.) FVLGVRIATOR. (Versu secundo idem sermone Etrusco.) — Pisauri. Olivieri *Marm. Pis.* p. 56. Lanzi *Saggio* 3. p. 652.

2302. L. VETVRIVS || RVFIO || ARISPEX. EXTISPICVS<sup>1)</sup> || SACERDOS || PRIVATVS. — Eugubii. Don. p. 146, 42. Mur. 171, 7.



Sed Fabrett. p. 677, 37. L. VETVRIVS || RVFIO || . . . SPEX EXTISPICVS || . . . ERDOX (*sic*) PVBLICVS || . . . PRIVATVS.

1) HARVSPEX EXTISPICVS distinguitur ab HARVSPICE FVLGVRIATORE. Fabr. p. 696, 171. Oliv. ad *Marm. Pisaur.* XXVII. p. 58. Haruspices cum sagis consociat Columella 1, 8, 6.

2303. \*SEX. MAESIO SEX F. ROM. CELSO. PRAEF || FAB. III. D. LEG. 1) IIII. MACED. Q. AED. II VIR. FLAMIN || DIVI AVG. SORTILEGO FORTVNAE PRIMIGENIAE || SEX. MAESIVS ECHIO LIB. FECIT. SIBI ET || SEX. MAESIO CELERI FILIO SVO ET MAESIAE PINOE CONIVGI ET || SEX. MAESIO POTHO CONLIBERTO. POSTERISQVE SVIS. — Praeneste. Fabrett. p. 668, 529.

1) Si genuinum saxum esset, tentarem pro FAB. III. D. (tertiaecenturiae) FABRVM. D (centurioni), ut qui prius centurio Leg. IIII. Mac. fuisset, ad praefecturam fabrûm esset promotus. Quid vero, si de Praef. Fabr. III (tertium s. tertio), antea Centurione Leg. IIII. M. interpretemur hunc lapidem? ita et praefectura fabrûm in municipio, non militiae legitur iterata PRAEF. FABR. BIS. in Don. V. 106. p. 189. HAGENB.

2304. \*D. M || C. STIMINIVS HERACLA || SORTILEGVS || AB VENERE || ERYCINA ET || IVLIA MELANTHIS || PARENTES || MERCVRIALI || F. PIENTISS || FECERVNT || VIX. ANN. XIII || M. III. D. XX. — Romae. Spon *Misc.* p. 30, 2. Fabrett. p. 648, 445. Vterque ex schedis Barberinis, ita ut non omni suspicione careant. HAG. Mss. Immo ambo manifesto sunt commenticii; quod ut de priore probetur, sufficiunt ea, quae de Praefectis Fabrûm in capite de Re militari ex Hagenbuchio adferentur. *Praefectos* scil. *Fabrûm* ubicunque poterat, intrudebat Ligorius.

## §. 15. SACRA ISIACA. FANATICI.

2305. C. RVF || VOLVSIANVS V. C || PATER IEROFANTA || PROFETA ISIDIS. PONTIFEX DEI SOL . . . || VOT. SOLVI. — Romae. Oderic. p. 238. circa a. p. Chr. 375.

2306. Inter Sacerdotes memorantur: FLAVIVS MOSCHILVS VIR CLARISS. ISIACVS et D. FABIVS FLORVS IVDICIO MAIESTATIS EIVS (Imperatoris nomen excidit:) ELECTVS ANVBIACVS in marm. mûtilo, Mur. 158, 1. cfr. Spartiani *Pesc. Nig.* 6. *Commod.* 9. *Caracall.* 9.

2307. A. IVLIVS LEONAS 1) DO||NVM QVOD PROMI||SERAT. ANVBIACIS DO||MESTICA LIBERT. 2) D. S. P. — Nemausi. Reines. p. 377, 37. Bimard *Procl. in Mur.* p. 67.

1) Leontas. Rein. 2) Posses, et fortasse ex syntaxi verborum malis, accipere, votum libertae solvisse patronum. Bimardus accipit libertam donum de suo posuisse. HAGENB. Mss.

2308. SEXTILIVS L. L. PAPIA || FECIT SIBI ET PATRONO || HIC SACRORVM 1) ISIDIS. CONDITVS EST. — Reate. Grut. 309, 5. et 312, 6.

1) Genitivus iste, tacito regimine, in aliis quoque saxis reperitur. v. c. Grut. 325, 5. 1159, 13. Fabr. p. 315, 396. SACRORVM ROMANIENSIVM. Gudius ad h. l. vult

exscriptorem SAC(erdos) neglexisse, ante SACRORVM inserendum. Sed quid fiet ceteris exemplis? Fabrett. p. 342. putat esse ellipsin voc. *Sacerdos* vel *Ministra*, si de femina agatur. Fortasse suppleri debet *Sodalis*; certe quidem in Grut. 479, 6. plene est *Sodali Sacror. Tusculanor.* HAGENB. Mss. Cogitandum quoque, annon subintelligi in quibusdam queat: *Mater*; v. *Geminiae* titulum mox exhibendum. N. 2313.

2309. FVLONIA L F || TERTVLLA SACROR || ISIDIS || LOCVM DEDIT || C. TELEGENNIO || SPERATO SACERDOTI || VI. VIR. AVG || TELESTINIS <sup>1)</sup> EIVS || POSTERISQVE EORVM. — Foropopilii. Mur. 197, 7.

<sup>1)</sup> peregrina vox. An derivata a *τελεστής*, ita ut *Telestini* fuerint *Initiati* mysteriis Isidis? Murat. Pro TELESTINIS legerem ET LIBERTIS. Subit tamen, an fortasse sit in saxo TELEGENNIS, C. Telegennii liberis? HAGENB.

2310. MENNIAE QVARTAE || SACRORVM || PATRONAE <sup>1)</sup> || BENEMERENTI || CYPERSVS L. — Romae. Mur. 183, 3.

<sup>1)</sup> „Noli iungere *sacrorum patronae*: fecit *patronae suae* libertus.” v. Grut. 309, 5. Ceterum Maff. *Mus. Ver.* 266, 3. habet *Agenniae* pro *Menniae*. Cfr. Saxii *Miss.* 3. p. 71.

2311. DIS MANIB || CLAVDIA IANVARIA BENEDICTA || SACRORVM || HIC SITA EST. — Romae. Donati 1. p. 79, 1.

2312. KALAVIA M || F. D. LEG. IIX. HIC SIT || SACRORVM. <sup>1)</sup> — Prope Foroiulium (Fréjus.) Maffei *Ant. Gall. sel.* p. 66. Mur. 828, 3. Maffei *Mus. Ver.* p. 415.

<sup>1)</sup> i. e. Kalavia Marci filia Centurionis Leg. VIII. hic sita est, Sacrorum sodalis, vel quomocunque hoc est explicandum.

2313. GEMINIA II. IVLLA <sup>1)</sup> || ARAVSIENSIS. MATER SACRORVM HIC || ADQVIESCIT. D. IVL. PI. <sup>2)</sup> AVGTVS CON. PISSIMAE ET AVRAE. SEVERI. <sup>3)</sup> QVI. M. PRO. F || OBSER. — Vesonione, v. *Geminiae Matris sacr. titulus sepulcr. explicatus a Io. Iac. Chiffletio.* Antverp. 1634. 4. Reines. p. 362, 14. Mur. 183, 1. Spon p. 156. C. H. A. in *Observatt. Misc.* T. 4. 1742. p. 241. Dunod in *Mercurie Suisse. Janv.* 1743. p. 9. Saxii *Miss.* 3. p. 70.

<sup>1)</sup> *Geminia Titulla* Reines. coni. probante Hagenb. et Sax. <sup>2)</sup> *Decimus Iulius P. L.* (Publii Libertus) Rein. sed: P. F. HAGENB. <sup>3)</sup> *Aureliae Severinae* Reines. Fortasse: AVREL(io) Severi sc. filio, propinquo Geminiae, si ultima interpretanda duxeris: quem pro filio observavi ego Auctus; sin vero: qui me pro filio observavit, privignus fuerit Aucti. Quod si denique Auram Severi filiam, vel Severinam, quamvis Aurae insolitum alias sit nomen, relinere mavis: quam pro filia observavi, vel quae me pro (ut) filia observavit. Ita certe ap. Maff. *Mus. Ver.* 370, 6. quem vice filii dilexit. Praeterea: FLAVIAE SEVERINAE QVI pro Cui Monumenti PARS CONCESSA est. Saxius divinavit. Ceterum parum liquet, an ad eadem sacra pertineat Filius Sacrorum Grut. 9, 5., nec tamen improbable est. Vide de hoc titulo etiam Hullmann *Misc. Epigr.* p. 367. Cum his coniungimus sequentes:

2314. V. F || OFILLIAE || QVINTAE || SACRORVM ROMANIENSI. C. IVLIVS || HYMENAEVS CONTVBERNALI. — Veronae. Fabrett. p. 315, 391. Mur. 183, 5. Maffei *Mus. Ver.* 88, 1. cuius typum do. *Sacra Romaniensia* i. e. ritu Romano, urbico facta, diverso a municipali. Similis est inscriptio Mutinensis Grut. 1159, 15. et Mur. 183, 4.:

2315. M. AEMILIVS || PHOEBVS SACRORVM AB ROMA || ISIDI DONVM DAT. — Cfr. *Sacra Tusculana* supra. N. 2185.



2316. D. M || L. CORNELIO IANVARIO || FANATICO AB. 1) ISIS. SERAPIS || AB AEDEM 2) (*sic*) BELLONE RVFILIAE 3) || V. A. XXII. M. XI. D. XXI. FEC || C. CALIDIVS CVSTOS AMICO B. M. — Romae. Grut. 312, 7.

1) scil. aede. 2) Grut. Ed. 2da male *Eadem*. 3) Ita Fabrett. *Emend.* p. 11. Grut. *Rufilia*.

2317. . . . ELSINIVS CAPITOLINVS EX AEDE || BELLONAES PVLVINESIS 1) FANATICVS. M. D. D. D. — Romae. Fabr. p. 498, 14. cfr. similem Inscr. Grut. 313, 1.

1) pulvinensis, „ex eo Bellonae templo, quod Pulvinari instructum erat.”

ITEM P. AELIVS AVG. LIB. ZENON || EIDEM COLLEGIO S. S. OB MEMORIAM M. VLP. AVG. LIB. CAPITONIS. FRATRIS SVI PISSIMI. DEDIT DONAVITQVE. HS. X. M. N. VT EX REDITV EIVS SVMMAE IN || CONTRIBVTIONE SPORTVLARVM DIVIDERETVR. QVOD SI EA PECVNIA OMNIS. QVAE S. S. EST. QVAM DEDIT DONAVIT. COLLEGIO S. S. || SALVIA G. F. MARCELLINA ET P. AELIVS AVG. LIB. ZENO. IN ALIOS VSVS CONVERTERE VOLVERINT. QVAM IN EOS VSVS. QVI S. S. S. <sup>13)</sup> QVOS ORDO COLLEGI. N. DECREVIT. ET VTI || HAEC OMNIA. QVAE S. S. S. SVIS DIEBVS. VT ITA FIANI DIVIDANTQVE. QVOD SI ADVERSVS EA QVID EGERINT. SIVE QVID ITA NON FECERINT. TVNC Q. Q. VEL CVRATORES || EIVSDEM COLLEGI. QVI TVNC ERVNT. SI ADVERSVS EA QVID FECERINT. Q. Q. ET CVRATORES S. S. VTI POENAE NOMINE ARKAE N. INFERANT HS. XX. M. N. || HOC DECRETVM ORDINI N. PLACVIT IN CONVENTV PLENO. QVOD GESTVM EST IN TEMPLO DIVORVM. IN AEDE DIVI TITI. V. ID. MART. G. BRVTIO || PRAESEANTE. A. IVNIO RVFINO COS. Q. Q. C. OFILIO HERMETE. CVRATORIB. P. AEL. AVG. LIB. ONESIMO ET C. SALVIO SELEVCO. — Romae in aedibus Barberinis. Spon *Misc.* p. 52. Fabrett. p. 724, 445. Morcelli *St.* 1. p. 321., cum adnotationibus.

1) *Adiutoris.* 2) *supra scripti.* 3) *i. e. agrum publicum.* 4) *nummum.* 5) *numero.* 6) *nostrae.* 7) *p. Chr. 153.* 8) *natali.* 9) *nostrum (domini).* 10) *Quinquenniali perpetuo.* 11) *denarios.* 12) *Immunitibus singulis.* 13) *Curatoribus.* 14) *Idem, quod alias plebs, vel sequela, vel corporati Collegii.* 15) *placuit pridie.* 16) *Quinquenniali.* 17) *sextariorum.* 18) *supra scripti sunt.* „Inscriptio haec in marmore versus habet non amplius vigintiquattuor.” More.

## §. 22. MAGISTRI ET MAGISTRAE SACRORVM.

2418. L. FVLVIO L. F. QVINTI~~LIANO~~<sup>1)</sup> VIX. ANN. XXI. M. II || L. FVLVIVS CLEMENS || SCRIB. AEDIL. ET AVG<sup>2)</sup> || CVBVLTERIAE. MAG. FANI IVNONIS<sup>3)</sup> ET || FADIA C. F. VITALIS || FILIO KARISSIMO. — Compulteriae s. Cubulteriae. Romanelli *Topografia* T. 2. p. 437.

1) Nota hanc scripturam. 2) Scriba, Aedilis et Augustalis. Romanelli. Mihi videtur scriba Aedilicius. 3) „A questo tempio di Giunone è successa l'odierna chiesa di S. Ferrante.” Romanelli.

2419. \* FVSCO || MAG. AVGVST<sup>1)</sup> || FLAMINI SALLENT || PROV. P.<sup>2)</sup> — Tarenti. Mur. 166, 7. 1078, 1. 2022, 7.

1) *Magister Augustalis*. (Mur. 1117, 5.) et AVG. MAG. in saxo Vilarienti IVLII CAMILLI, ut SALIORVM MAGISTER Grut. 489, 10. MAGISTER PVBLICVS HARVSPICVM. Reines. V, 13. cet. Collegiorum sacrorum praesides, qui novos sacerdotes sacrorum ordinem et caerimonias videntur docuisse. Seneca *de otio Sap.* C. 29. *virginum Vestalium more, quae annis inter officia divisas, discunt facere sacra, et, quum didicerunt, docent.* 2) Saxum nostrum videtur detrudendum ad seriora Imp. Ro. tempora, quum Italia in XVII. provincias esset iam divisa, quarum nona Apuliae et Calabriae, ut constat ex *Not. Imp. Occid.* p. m. 10. HAGENB. Mss. Idem tamen ad Mur. 167, 7. Q. VERR. III. VIR. DIVI AVG. FLAMINI. IVR. DIC. PERPETVO (f. III Vir. Iur. dic. D. Aug. Flamini perpetuo. HAGENB.) EX CONSENSV PROV. — monet non omni suspitione carere Tarentina ista saxa a Polidoro Muratorio missa: frequentem in saxis Hispaniensibus esse formulam *ex consensu Provinciae*. Quocirca etiam de Fusci inscriptione ampliandum. Ceterum ut hic Flamen Sallentinus, si fidem meretur, ita Mur. 168, 5. Flaminica Mutinensis.

2420. L. STATTIO L. L. PHILEROTI MAGISTRO || MERCVRIALI ET AVGVSTALEI || NOLAE. ET DIERIAE O. L. RVFAE. VXORI || ET L. STATTIO L. L. AMPLIATO. EX || TESTAMENTO L. STATTI || PHILEROTIS. — Nolae. Grut. 317, 5.

2421. C. FVLVIVS C. L. PHILOGVVS || MAG. MINERVALIS || PVLFENNIA T. F. SABINA VXOR || C. FVLVIVS C. F. POL. SABINVS || FILIVS. — Zachariae *Excurs.* p. 50. correctius quam ap. Mur. 690, 6. ib. ib. 4. habes MAGISTRVM MERCVRIALEM. — PRAEFECTVM SACRIS MINERVAE, et MERCVRIL. Cfr. Murat. 190, 5. 519, 3.

2422. HORIA INGENVA || H (*coronae figura*) C<sup>1)</sup> || C. PETIDIO PRIMIONI MAG. MART.<sup>2)</sup> — Sine loco certo, ex schedis Amadutii. Marini *Atti* 1. p. 252. b.

1) f. *hanc coronam* (dedicat). 2) Magistro Martiali. Notandus etiam MAGISTER ADARIARIVS A MINERVA MEDICA in lap. Romano, de quo videsis Osann *Auctar.* Ix. Gr. p. 181.

2423. PHILEROS DISPEN || MELANTA CELLAR || MAG. L. F. D. D. — Navellis, oppido agri Aquilani. Mur. 970, 7. Eo igitur loco servi *Magistri Larum* erant: alias plerumque liberti:

2424. L. FLAVIO || CHRYSOGONO || SEVIRO. MAG || LARVM AVG || L. FLAVIVS SILVIVS || LIB. SEVIR. MAG. LARVM. AVG || ET Q. CORNELIVS SILVINVS || SEVIR ET CORNELIA || FESTIVA || PATRONO INDVLGENTISSIMO. — Taracone. Grut. 410, 6.



2425. C. CAESARE AVG. F. L. PAVLO COS || LARES AVGV-  
STOS || Q. NVMISIVS Q. L. LECTO || L. SAFINIVS L. L. HILA-  
RVS || SODALIS C. MODI. CIMBRI SER || AESCHINVS OCTAVI.  
M. SER || MAGISTR. 1) DE SVO F. C. — Romae. Vermiglioli  
*Iscriz. Per. T. 1. p. 168.*

1) nota servos, cultûs Larum Augustorum magistros, ut N. 2423. Ceterum titulus positus est u. c. 754. Christi 1.

2426. Inter omnes hos *Magistros* eminent MAGISTER FRATRVM  
ARVALIVM, cuius frequentissima mentio fit in eorundem actis. v.  
Marini, passim.

2427. ANINIA M. F. MAGNA ET || SEIA IONIS. ET CORNELIA  
EPHYRE MAGISTRAE B. D || PORTICVM RESTITVERVNT ET ||  
AEDICVLAM FONIONIS. — Aquileiae. Bertoli A. d'A. p. 107. sed  
correctius ap. Marini *Atti 2. p. 544.* B. D. id est, Bonae Deae.

2428. IVLIAE M. 1) FELICITATI || VXORI || C. CVRIATI EV-  
TYCHETIS || III VIR. 2) MAGISTRAE FORTVNNAE (*sic*) MEL. 3)  
COL. CENTONARIOR || OB MERITA EIVS. QVO HONORE ||  
CONTENTA SVMP TVM OMNEM || REMISIT ET OB DEDIC. DED  
SINIGVLIS HS. XX. N. ET HOC AMPLIVS || ARKAE EORVM  
INTVL. HS. V. M. N || VT DIE NATALIS SVI V. ID. MAI || EX  
VSVRIS EIVS. SVMMAE EPVLANTES IMPERPETVVM DIVIDER ||  
QVOD SI DIVISIO DIE S. S || CELEBRATA NON || FVERIT.  
TVNC PERTINEB || OMNIS SVMMA AD || FAMILIAM PVBLI-  
CAM. 4) — Ameriae. Grut. 1088, 4.

1) ex sequenti F. iterandum F. *Marci filiae.* 2) Nota Triumvirum Ameriae, \* ut  
in quibusdam aliis municipiis. 3) Melioris. 4) nota *familiam publicam* in municipiis.

2429. CALVIDIA T. F. SECVNDA || QVINCTIA SEX. F. SE-  
CVNDA || CASNASIA Q. L. RVFA || CASNASIA D. L. SPERATA ||  
SPERATA MVNATIDIA || SER. 1) VENERI D. D || MAGIS VENE 2).  
— Carapellis. Mur. 174, 3.

1) Munatidiae Ser(va) leg. HAGENB. 2) Magistrae Veneris. In lapide Tridentino  
Mur. 174, 2. habes *magistras* IV. totidemque *ministras*.

2430. GRATTE 1) C. F. DOMITILLAE . . || ILIAE LENTINI 2)  
SABINI || V. FORT. 3) LEGT. ASCALON 4) || CONIVGI SATRI  
SILONIS V. RELIG. 5) PROMAGIST 6) || NEPTI VESPASIANI  
IMP. — Romae. Mur. 705, 4. ex Vignolio 318, 2.

1) l. Gratae. 2) f. filiae Valentini. 3) viri fortissimi. 4) legati Ascalonitarum.  
5) viri religiosi. 6) incertum utrum Fratrum Arvalium, an XV. virorum Sac. Fac.,  
an alius cuiusdam Collegii. De Promagistris vicesimae Heredit. vel Fisci (Mur. 767, 3.)  
hic sermo vix est. Cfr. Marini *Atti 1. p. 54. et 63.*

§. 23. MINISTRI SACRORVM. — CALATORES. SCRIBAE. AEDITVI. TIBICINES. VICTIMARI. PVBLICI  
SACERDOTVM. CET.

2431. CALATORES PONTIFICVM ET FLAMINVM ||  
P. CORNELIVS IALYSSVS || D. VALERIVS ALEXAN-

DER || TI. CLAVDIVS HERONAS || T. TETTIENVS FELIX || L. CORNELIVS HELIVS || C. ASINIVS HIERAX || M. ANNVS PHIDVS || I. IAVOLENVS PHOEBVS || APP. ANNVS FALERENVS || TI. CLAVDIVS D...VS. — Romae in foro. 1789. Oberlin in Millin *Mag. encycl.* 1795. 6. p. 356. Marini *Atti* p. 210. Cfr. Grut. 304, 9. 305, 3.

2432.

SOMNO ORESTILLA FILIA. FATIS CAECILIVS FEROX FILIVS. Q. CAECILIO FERÓCI || KÁLÁTÓRI. SACERDOTII || TITIÁLIVM. FLÁVIÁLIVM || STVDIÓSÓ ÉLOQVENTIAE || VIXIT ANNIS XV || MENSE I. DIEBVS XXIII || FILIÓ OPTIMO AC || REVERENTISSIMO. M. GAVIVS CHARINVS. — Romae. Grut. 304, 9. Mur. 188, 2. Morelli *St.* 2. p. 107. Cfr. Marini *Atti* 1. p. 209. *Iscriz. Alb.* p. 72. Immerito suspecta erat Maffieio A. G. L. p. 517.

2433. VINICIO COCTAEO GALAT 1) || VII. VIR. EPVL. LIBERTO || OPTIMO PATRONVS. — Romae. Fabrett. p. 703, 241.

1) Calatori.

2434. L. IVNIVS. SILANI || L. PARIS. DISPES || CALATOR. AVGV 1) || VIXIT. ANNOS. XXXII || IN. FR. P. XII. IN. AG. XII. — Romae. *Memorie Romane* 1, 2. p. 88.

1) Dispensator Calatorum Augurum, unde colligunt editores, omnia sacerdotia suos sibi habuisse calatores. Recte. Cfr. N. 2431—2433.

2435. \* SEX. NVMIO SEX. F. AVSETANOR 1) DECVR || A PRIMA IVVENTA IN SAC. MINER. ADSCRIP || ET OMN. RER. SACR. SCRIBAE VIXIT AN. LXXIII || M. VII. DIE. IX. SEX. ET P. FILII PATRI || PIENISS. — Victoriae. Mur. 185, 1. Suspecta.

1) Ausa opp. Hisp. Tarraconensis.

2436. L. ANTONIVS. L. F. POM || VASONIVS. PROSPER || SCRIBA. COLLEG. ARVAL || PROCVRATOR. LVDI. MATVT. III. VIR. MON || FIDEI. CONCORD. P. — Romae. Marini *Atti* 1. p. CLXXIX.

2437. AGRIAE TRIPHOSAE VES||TIFICAЕ. LIVIVS THEONA AB || EPISTVLIS GRAEC. SCRIBA || A LIB. PONTIFICALIBVS || CONIVGI SANCTISSIMAE B. D. S. M. — Romae. Grut. 578, 6.

2438. C. IVLI                    TI. CLAVDIVS  
   PHILCAE 1)       NATALIS  
                      Á. LIBRIS  
                      PONTIFICAL.

— Romae. Grut. 306, 6.

1) Philocalae. Ligor.

2439. D. M || T. AELIO AVG. LIB. TITIANO PROX || A. LIBR. SACERDOTAL. 1) DEF. CARNVNT 2) || ANN. XXXII. M. III. D. XIX. MARIT. VIRGIN 3) || DVLCISS. ET INCOMPARABILI BENE || QVE MERITO. QVEM FVNERAVIT FL. AMPELIS CONIVX. CARISSIMA || ET RELIQVIAS EIVS PERMISSV IMP || IPSA



PERTVLIT CONSECRAVITQVE || CVM Q. V. 4) A. XII. M. III. D. XXI. SINE VLLA || QVERELLA. — Romae olim, nunc Lugduni Bat. Fabrett. p. 258, 86. sed correctius in D'Orville *Misc. Observ.* T. 3. 1741. p. 120. et Oudendorp. *Papenbroek.* p. 10.

1) iunge: proximo (ministro) a libris sacerdotalibus. v. D'Orvill. 2) defuncto Carnunti. 3) virginio, *κοῦριδίω*; ita virginia, univir, univira, univiria saepe legitur in lapidd. senioris aevi. v. Fabrett. p. 322. 4) quo vixit.

2440. DIS. MANIBVS || MYRINI DOMITIANI || PVBLICI A COMMEN||TARIS XV. VIR. S. F || ARRVTIA DOLICHE || FECIT CONIVGI CARIS||SIMO ET LIBERTIS || LIBER||TABVSQ. SVIS POSTERISQ || EORVM. — Romae. Grut. 307, 4.

2441. M. TVSCVLANIO || AMIANTHO || MAG. AEDITV. CASTORIS. POLLVC || AVGVSTALIVM H. F || M. TVSCVLANIVS || M. F || RECEPVS. FRATRI. — Tusculi. Nibby *Viaggio* 2, p. 39., qui perperam iunxit Castoris et Pollucis Augustalium; quum sit: *Amianto Augustalium honore functo.*

2442. IVLIA PROCILLÀ VIX. AN. XIX || AMARANTHVS CAE- SARIS AEDITVS || AB CONCORDIA. CONIVGI BENE || MERITAE POSVIT.

HVNC TIBI PERPETVO TITVLVM || GRATISSIMA COIVNX. CORPORIS || EXTINGVTI DEDICAT IPSA FIDES. VIXISTI || ME- CVM IVVENIS CAROSQ. PER ANNOS || QVOS VITA EXEGI DVL- CITER || IPSE MEA || OPTO SI QVA FIDES || REMANET TEL- LVRIS || AMICAE. SIT TIBI || PERPETVO TERRA || LEVIS TVMVLO. — Romae. Oudendorp. p. 17.

2443. \* M. FICTORIO. M. L || SVNHISTORI. CVR || AEDITVO. CASTORIS || ET POLLVCIS || XVI<sup>1)</sup> || AEDIT. VI || CASTORIS ET POLLVCIS || POST MORTEM. H. C. — Romae. Gud. 107, 6. (Mur. 178, 4.) Est suspecta.

1) „non placent mihi XVI. aeditui Muratorii; malo cum XVI. subintelligere aut anni Don. IV, 44. p. 147. aut *lustri* Mur. 186, 1. Posset quoque accipi curationis anno XVI. In Grut. 1099, 8. est: IMMVNI HONORATO CVRATORI XVI. unde Scal. *Ind.* 5. dedit *curator*. XVI. HAGENB. Ceterum nota Curatorem Aedituorum.

2444. DORIDI ASINII GALLI<sup>1)</sup> || AEDITVAE A DIANA || AN- THIOCHVS CONSER || B. M. F. — Sine loco. Fabrett. p. 40, 240.

1) A. Galli sc. serva. Est e schedis Barberinis.

2445. CERDO. ANTONIAES DRVSI || AEDITVMVS VENERIS. — Sine loco. ib. p. 41, 248.

Aedituos Veneris, Plutonis, Capitolii, templi Divi Aug. et D. Augustae. cet. v. ap. Murat. 177. — Aedituum (militarem) Singularium dabimus in Militaribus.

2446. DIS MANIBVS || . . . . . AVG. 1) LIB. BATHYLLVS. AEDITVS TEMPLI DIVI AVG || ET DIVAE AVGVSTAE. QVOD EST IN PALATIVM || IMMVNIS ET HONORATVS. — Romae. Mur. 177, 1. Cfr. Saxii *Miss.* 3. p. 63.

1) C. Iulius supplet Saxius.

2447. \* DIIS MANIBVS || L. POLITICIENO P. FIL || PAPI-  
NIANO || AEDITVO SEPV. SERG || FAMILIAE. AEDITVAVIT ||  
ANN. XII. VIXIT ANN. XXVII || M. VI. L. POLITICE||NVS L. F.  
PHILIPPICVS || SACERDOS SERG. FAM || FRATRI PISSIMO ||  
FECIT ET SIBI. — Romae. E Ligorio Langermannus. Reines.  
p. 388, 53. Est manifesto commentitia, neque eam recepissem, nisi  
Savignyum V. Cl. (*Ueber die Sacra privata der Roemer, Zeitschrift T. 2.*  
p. 385.) a Ligorio deceptum animadvertissem.

2448. COLLEGIO TIBICINVM || ET FIDICINVM ROMANORVM  
QVI SPPS<sup>1)</sup> || TI. IVLIVS TYRANNVS || . MMVNIS PERPETVVS  
ET || . . VLIVS TYRANNVS F || II C DD<sup>2)</sup> || DEDICATVM K.  
MART || . . RSO SERVIANO<sup>3)</sup> || L. FABIO IVST. COS. — Ro-  
mae. Guascus T. 4. p. 139, 70.

1) qui sacris publicis praesto sunt. 2) Huic collegio dedicarunt. 3) C. Urso Ser-  
viano p. Chr. 111. — Exstat iam ap. Grut. 175, 10. TVBICINES SACRORVM  
apud Gud. 108, 1. (Mur. 184, 2.) et Reines. p. 363, 16. sine dubio debentur Li-  
gorio. v. etiam in Cap. de Re militari §. Res navalis.

2449. C. TITIVS	HIC SITA EST
C. F. QVI	PROPTIAE. PVPA
RVFVS	ET FAMVLA
TITIA	BACCHI. CYMBALIS <sup>1)</sup>
ZOSARIV.	C. TITIVS
	PHILODESPOTVS
	VIX. AN. XIX.

— Romae. Grut. 318, 12. Marini *Acti 2.* p. 415.

1) i. e. Cymbalistris, ut notat etiam Marinus contra Forcellinum v. *Cymbalis*.

2450. M. D. M. Q. PVBLICIVS || CHARITO SACERDOS. ET ||  
C. PVBLICIVS || HERMES || AEDITVVS || ET SECVNDA CYMBA-  
LISTRIA. — Celeiae (Cilley). Poocke p. 116, 9.

2451. AELIE RECEPTAE || TYMPANISTRIAE || M. D M. I.<sup>1)</sup> —  
Romae. Mur. 174, 1.

1) Magnae Deum Matris Idaeae.

2452. D. M || PRIMIGENIO LVSTRALI || AVGG. N. ALFIA  
VERECVNDINA || PATRI PIENTISSIMO. — Romae. Fabrett.  
p. 326, 458.

2453. . . . MAXIMO. TRIB. POTEST. XIII. COS. III. P. P ||  
COLLEG. VICTIMARIOR. QVI IPSI ET SACERDOTIBVS ET ||  
MAGIST. ET SENATVI APPARENT. QVOD CVM COMMODIS  
EORVM || IMPVGNARETVR LIBERALITATE EIVS RESTITVTA  
SINT. DEDIC. VI. KAL. MAIAS. — Romae. Fabrett. p. 450, XIII.  
Dedicata est Hadriano. p. Chr. 119.

2454. C. IVLIO FIRMINO || VICTIMARIO<sup>1)</sup> || MIL. LEG. XXX.  
V. V || AGRIP.<sup>2)</sup> STIP. XXVIII || ET || M. AVRELIO || ANTIOCHO  
MIL. LEG. XXX. V. V. II. F. C. — Coloniae Agripp. Grut. 515, 4.

1) Male pro cognomine habuit Scal.; potuit esse *Victimarius* minister sacrorum  
domi suae, vel etiam apud ipsam leg. XXX. 2) Agrippinensi, patria. Perperam Maffei



A. C. L. p. 347. cavillatur hoc saxum ob Legionem Agrippinensem, quae sane nulla fuit.

2455. \* FVLVIVS INQVILIVS || VICTIMARIVS || SIBI ET || FVLVIAE FILIAE || MERITISSIMAE || INVERSO MORTALITATIS ORDINE || FEC || LIBERTABVSQ. S. — Romae. Reines. p. 376, 35. Commentitia e schedis Langerm. i. e. Ligorio. Sed *Victimarios* praeterea inuenies ap. Fabr. 639, 332.; 677, 34. Mur. 864, 1. *Victimarium principalem* in classe Misenatum.

2456. M. AVRELIO CAESARI || COS. II || IMP. CAESARIS || T. AELI HADRIANI || ANTONINI. AVG. PII || PONTIFIC. MAXIMI || TRIBVNIC. POTEST. VIII || IMP. II. COS. III. P. P. FILIO || DECVRIALES PVLLARI || ET H. V. 1) —

a postica parte: LOCVS. ADSIGNATVS || LOLLIANO AVITO. ET STATILIO M. F || CVR. OPERVM PVBLICORVM || DEDICAT. PR. NONAS IVNIAS || SEX. ERVCIO CLARO II. CN. CLAVDIO. SEV . . . . 2) — Romae. Priora exhibent Don. Cl. IV, 43. Gud. 92, 1. Mur. 239, 6. Donati p. 166, 3. posteriora Donati l. 1.

1) Ii; qui e Collegio Pullariorum in decurias descripti essent, et *Honore Vsi*, (non *Haruspices Urbani*, ut volebat Mur.) id est, qui quamvis pullariorum munere ipsi non funderentur, illorum tamen collegio essent adscripti. 2) SEVERO COS. p. Chr. 146. — Ceterum cfr. Grut. 627, 5. ubi: PVLLARIVS PRIOR. et in fine PRIMIPIL., pro quo Cannegieter *Nom. Rut.* p. 44. haud improbabiler legit PRIMIPVLLarii.

2457. CRITONIA. Q. L. PHILENIA || POPA DE INSVLA || Q. CRITONI. D L. DASSI || SCALPTORIS VCLARI || SIBI SVISQVE POSTER. EOR. (cum duobus sceletis ad latera). — In Via Aurelia. Fabrett. p. 17, 75. Murat. 948, 9., qui VCLARI explicat *Viri Clarissimi*. Est *Vascularii*.

2458. De Fictoribus *Pontificum et Virginum Vestalium* (quorum unum v. c. habes supra in *Rege Sacrorum*, et alium in *Virginibus Vestal.*) vide, quae congressit Marini *Atti* 2. p. 791.

2459. D. LAELIVS BALBI L || SATVR. VIATOR || VII. EPV-LON. — Romae. Mur. 174, 6.

2460. \* D. ALLEIVS CILONIS L || PAMPHILVS || ACCENSVS VELATVS SIBI ET SVIS POSTERISQ. EORVM || D. ALLEIVS D. L. HYMENAEVVS || ACCENSVS VELATVS || ALLEIA D. L. VICTORIA || ALLEIA D. F. EVGENESIS || ALLEIA D. F. VICTORIA || HOC SEPVLCRVM SIVE ARA CVM SVIS || MACERIS HEREDEM EXTRANEVM || NON SEQVETVR. — Sine loco. Reines. p. 843, 68. Fabrett. p. 433, 40. Est Ligoriana, ac procul dubio subdititia, ut haud paucae earum, in quibus *Accensi velati* memorantur; v. c. Mur. 1067, 4., quae est e schedis Pacediani suspectissimis. Sinceras contra dedimus supra N. 411. 2453. et 2482. Consulendi sunt in primis de hisce *Accensis velatis* temporum posteriorum Fabrett. p. 433. *Gor. Etr.* 2, p. 285., etsi hi quoque mihi non satisfaciunt; minus etiam Goettling in *Hermes* 1826, 2. p. 99., qui ap. Grut. 479, 1. 483, 5. perperam corrigit *Duumvir Accensorum Velatorum*, (id quod sensu omnino

caret;) quum utrobique sit *Duumvir Iuri dicundo*, idem *Accensus Velatus*; atque posteriores hos *Accensos velatos* mirum in modum confundit cum *Accensis velatis* veteris rei publicae, Ciceroni, Livio, Festo memoratis. Rem sic mihi animo informo: veteris rei publ. *Accensos velatos*, militiae sane genus, sua sibi habuisse sacra, quae conservata fuerint etiam post Accensorum velatorum militare institutum iamdudum abolitum. Sacra enim interire Romani non sinebant. Hinc ii, qui praecerant sacris istis, nomen illud vetustum retinebant, prorsus mutato significato, ita ut sacerdotii minoris istud genus esset, sive potius religiosum collegium; quocirca sensim factum est, ut, quemadmodum e lapidd. nostris N. 111. 2153. et 2182. constat, pro honore haberetur etiam ab hominibus haud tenui loco ortis. Segregandi igitur hi Accensi velati a ministris sacrorum, ad quos eos deprimunt Philippus a Turre, et ex parte etiam Gorius, referendique potius ad sacerdotes, vel sacrificulos certi generis. Collegii Accensorum velatorum libertus quoque memoratur, nomine ab ipso illo collegio derivato, ut rerum publicarum liberti ab iisdem nuncupabantur: (REATIVS. SALLVSTIANVS REIP. REAT. LIB. S. F. Fabr. p. 435, 48.) scil.:

2461. T. VELATIVS ACCENSORVM || VELATORVM L. GANYMEDES SIBI ET || CLAVDIANO. — Romae. Fabr. p. 433, IV. Haec extra omne dubium posita est, utpote domestica inser. Fabretti.

2462. - - APPARITORI || PONTIFICVM || PARMVLARIO. — Fragn. ap. Grut. 1087, 6.

2463. P. SAENIVS || P. D. L. ARSACES MENESTRATOR AB || HERCVL. PRIMIG<sup>1)</sup> || PETRONIA D. L. FAVSTA CVNC<sup>2)</sup> || PETRONIA P. C. D.<sup>3)</sup> L || DIGNA. — Romae. Grut. 315, 2.

1) v. Murat. 64, 4. 2) *Coniunx* Scal.; sed HAGENB. rectius *Concubina*. 3) Publii, Caii et Caiae.

2464. FISIAE || SEX F || RVFINAE || SORORI || FISĪ SERENI ||  
AVG  
LARVM MINISTRI<sup>1)</sup> || L. D. D. D.  
— Nolae. Grut. 1088, 7.

1) utique num. plur. *Ministri Larum Aug.* sed Grut. suspicatur *Magistri*, ut Grut. 1068, 8. contra *αὐτόπτην* Sirmondum (et Pocock. p. 68, 6.)

In basi:

2465. AGATHEMERVS VETTĪ || SVAVIS CAESIAE PRINE<sup>1)</sup> ||  
POTHVS NVMITORĪ || ANTEROS LACVTVLAN || MINIST. PRIM.<sup>2)</sup>  
FORTVN. AVG. IVSS || M. STAĪ. RVFI. CN. MELISSAEI D. V. I.  
D. P. SILIO. L. VOLVSIO SATVRN. COS.<sup>3)</sup>

In altera basi:

2466. TAVRO STATILIO || TI. PLATILIO AELIAN. COS<sup>4)</sup> ||  
L. STATIVS FAVSTVS PRO || SIGNO QVOD E LEGE FORTVNAE ||  
AVGVSTAE MINISTRORVM PONERE || DEBEBAT. REFERENTE  
Q. POMPEIO AMETHYSTO || QVAESTORE.<sup>5)</sup> BASIS DVAS. MAR-



MORIAS DECREVERVNT || PRO SIGNO. PONIRET (*sic.*) — Pompeiis.  
von Goro p. 136.

1) *Primae an Phryne?* 2) vides memorari h. l. ministros primos, ut alibi sacerdotes primos. 3) *Coss. suffecti anni 3. p. Chr. v. Marini Atti 1. p. XLIV.*, qui ex hoc lap. optime suppletur. Item *Ameloveen Fast. p. 473.* 4) Hos nondum reperi. 5) vides hic Collegium Ministrorum istorum cum Quaestore suo. Inter Deorum ministros referri debent etiam LECTICARI DEI (Iovis, Romae.) ap. *Mur. 126, 1.*

2467. SYLVANO DEO SACR || Q. VIBIEDIVS PHILARGIRVS ||  
MINIST. LAR. AVG. ET AVG || MERC. 1) TECTVM MENSAM ||  
LAPID. 2) ARAM. VOTO SVSC || E. M. D. S. P. E. 3) — Grument.  
Romanelli *Topografia T. 1. p. 397.*

1) Augustalis Mercurii. Romanelli. Videtur potius: Augustalis. Mercurialis. 2) lapideam. 3) e monitu de sua pecunia erexit.

2468. D. M || C. TROLLIO HERMETI || PATRONO ET CLAVCO ||  
PVBLICO A SACRIS || TROLLIA EVCARPIA SIBI . . || LIBERTIS.  
LIBERTABV || POSTERISQ. EORVM . . . || H. M II . . . . || IN  
FR. P. X . . . . — Fori Sempronii. Donati 1. p. 85, 3.

2469. LALI PVBLICI || SACERDOTIALIS 1) || CINERIBVS.  
LOCVS || AVONIA APHRODISIA || CONIVGI BENE||MERENTI  
FECIT. — Romae. Lupus *Epit. Sev. p. 3. Mur. 161, 4.*

1) Servi publici collegii Sacerdotum. ita: Publicus Pontificum.

2470. DIS MANIBVS || CLAVDIAE ANTONIAE || LIB. LACHNE ||  
PHILIPPVS RVSTIAN || PVBLICVS AB || SACRARIO || DIVI AV-  
GVSTI || CONIVGI CARISSIMAE || FECIT ET SIBI. — Romae.  
*Mur. 893, 3. Publicum Augurum habes ap. Grut. 1087, 7. Fabrett.  
p. 336, 502. 503. Mur. 170, 4., quos titulos dabimus in Cap. de ma-  
trimonio.*

§. 24. VARIA AD SACRA OMNIS GENERIS  
PERTINENTIA.

2471. Fragmentum Fastorum feriarum Latinarum apud Oderic.  
p. 231., quem consule:

. . . . NIO . . . LVAN . . . GRA . . .  
LAT FVER PR IVL  
C. MINICIO FVNDANO C . .  
C. VETTENNIO SEVERO  
LAT. FVER PR IDV AVG  
P. AELIO HADRIANO C  
M. TREBATIO PRISC  
LAT FVER VI I IVL  
P. CALVISIO TVLLIO  
L. ANNIO LARGO  
LAT FVER VI II.

Item :

2472. . . . AECIO . . . MO COS  
 .. ICIRIO MARTIALE  
 .. LAT. FVER. III. IDVS AVG.  
 .. VLPICIO LVCRETIO BARBA COS.  
 . . . . ECIONE MEMMIO AFRO  
 . . . LAT. FVER. III. K. IVL.

Fragm. tabulae repertae in Monte Albano 1765. Marini *Atti* 1. p. 129.  
 Ceterum Coss. isti fastis sunt ignoti.

2473. D. M || PRIMILLAE AES||TIONES. CVI ET || SACRIS  
 DOMESTI||CIS OFFERRE CON||CESSERAT. 1) OLLAS || VI. MINO-  
 RES ET || LIBERIS EIVS IN || AVITO CONDITORIO || INDVLSIT ||  
 C. CINCIVS || PRIMIGENIVS || ET AELIO SEPTI||MILLO NEPOTI ||  
 ET LVCIANO. — Romae. Grut. 1134, 6.

1) i. e. Cui viventi concesserat propter nescio quam necessitudinem, ut particeps esset sacrorum suorum domesticorum.

2474. \*TESSERAM || PAGANICAM 1) || L. VERATIVS FELICISSI||  
 MVS PATRONVS PAGANIS || PAGI TOLENTINES || HOSTIAS  
 LVSTR. ET TESSER || AER. EX VOTO L. D. D || V. ID. MAIAS.  
 FELICIT. — Tolentini. Reines. p. 1016, 8. Est suspecta.

1) „Paganicorum sacrificiorum impensas ut compendifacerent pagani Tolentinenses Veratius patronus hostias lustrales de suo praebuit, eiusque liberalitatis testem tesseram hanc aeream lubens dono dedit.” — Holsten. 1. 1.

2475. IN. HDD.  
 SALVOS IRE T. ALBANIVS SALVOS VENIRE 1)  
 PRINCIPIA  
 NVS EVOK  
 AVG. N. —

Romae. Guascus T. 1. p. 97, 58.

1) in aliis similibus: *Salvos ire. Salvos redire.*

2476. NE GVSTATO QVAS || SACERDOS NON GVSTA||VERIT.  
 — Salerni marmor cum effigie Sacerdotis. Mur. 2099, 4.

2477. HIC LOCVS || SACER EST. — Venetiis in ara quadrata.  
 Mur. 149, 3. cfr. Pers. *Sat.* 1, 113. Calpurn. *Ecl.* 2, 55. HAG. Mss.

2478. LOCVM RELIGIOSVM PER INSOLENTIAM ERVTVM  
 VIRTUTE ET N. 1) AVG. REPVRGATVM REDDIDIT. C. SEVERIVS  
 EMERITVS O. P. S. 2) — Loco mihi ignoto. (Ex *Philosophical Trans-*  
*actions* Vol. 48. T. 1. 1753. datur in Bibl. Epigr. HAGENB. Mss. T. XI.  
 p. 67.

1) Numine. 2) Centurio. Pecunia sua.

2479. LAPIDÈS. PROFANEI. INTVS SACRVM. — In Valle  
 Gaudenti prope Tibur. Fabrett. p. 674, 14.



2480. HOSPEB. HOSPITIUM. TIBI || AD. LVCVM DECIDIO-  
RVM || HIC. LVCVS. SACER. MACERIE || CINTVS. (sic) CVM. SVIS.  
ADITIS || AGRO. NON. CEDIT. — Capuae. Polcastro p. 194, 1.

2481. VICI CENSORI<sup>1)</sup> LVSTRATIO ERIT IDIBVS SEPTEMBR.  
— Romae. Fabrett. p. 672, 7.

1) Vicus Censorius erat in regione XIV.

2482. FVLGVR || DIVM. (Florentiae.) — FVLGVR || DIVOM.  
(Nemausi.) — FVLGVR || CONDITVM (Panormi.) — DE CAELO ||  
TACTVM || ET || CONDITVM. (Opitergii.) Mur. 129, 2, 5, 4, 3.

2483. D. D<sup>1)</sup> || M. CAESIUS DAPHNVS || DVO. BIDENTAL.<sup>2)</sup>  
NVCKERIAE ET || VETVSTAM AED. GENI STABIAR || LABANTIB.  
MARMORIB. VEXATA || PROVIDE RESTITVIT. — Inter Stabias  
et Nuceriam. Romanelli *Viaggio a Pompej*. T. 1. p. 183.

1) Decurionum decreto. 2) bidentalia.

2484. SACRO || SVSCEPTO || SORTIBVS SVBLATIS || C.  
GALLIO || ATTICVS || MEDIOLANIENS. — Mediolani. Grut. 132, 6.  
4019, 4. Fabrett. p. 668, 528.

2485. Tabellae sortium Praenestinarum vel Antiatum ap. Mur.  
493, 8. 9, 10, 7, 12.:

a) QVR PETIS POSTEMPVS CONSILIVM. QVOD ROGAS  
NON EST.

b) DE VERO FALSA NE FIANI || IVDICE FALSO.

c) CORRIGI VIX TANDEM QVOD || CVRVOM EST FACTVM.  
REDE. <sup>1)</sup> Fabrett. p. 669, 530.

1) Crede.

d) NVNC ME ROGITAS NVNC CONSVLIS || TEMPVS HA-  
BVI<sup>1)</sup> IAM.

1) f. abiit.

e) LAETVS LVBENS PETITO QVOD DABITVR || GAVDEBIS  
SEMPER.

f) NON. SVM. MENDACIS. QVAS || DIXTI. CONSVLIS. STVL-  
TE. — Gor. *Etr.* 1. p. 264, 50.

2486.

IVCVNDVS LIVIAE DRVSI CAESARIS || F. GRYPHI ET VITALIS ||  
IN QVARTVM SVRGENS COMPRESVS DEPRIMOR ANNVN

CVM POSSEM MATRIS DVLCIS ET ESSE PATRI  
ERIPVIT ME SAGA MANVS CRVDELIS VBIQVE

CVM MANET IN TERRIS ET NOCET ARTE SVA.  
VOS VESTROS NATOS CONCVSTODITE PARENTES  
NE DOLOR IN TOTO PECTORE FIXSVS EAT.

— Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 170, 1.

§. 25. DEDICATIONES. CONSECRATIONES. VOTA.

2487. N. PVMIDIVS Q. F.                      M. RAECIVS Q. F.  
M. COTTIVS Q. F.                              N. ARRIVS M. F.

M. EPILIVS M. F.                    L. HEIOLEIVS P. F.  
 C. ANTRACIVS C. F.                C. TVCCIVS C. F.  
 L. SEMPRONIVS L. F.                Q. VIBIVS M. F.  
 P. CICEREIVS C. F.                M. VALERIVS L. F. Z. M. 1)

HEISCE. MAGISTREIS. VENERVS. 2) IOVIAE || MVRVM AEDIFICANDVM COIRAUERVNT || PED. CCLXX. ET LOIDOS 3) FECE-  
 RVNT || SER. SVLPICIO M. AVRELIO COS. 4) — Capuae. Grut. 59, 8.

1) Z. M. notae f. corruptae. 2) Ita Apianus, ut in aliis lapp. Campanis (Fabrett. 626, 225. 635, 298.) CERERVS *murum*. Grut. VENERIS. 3) ludos. 4) u. c. 645. Ita Pontanus. Grut. C. Q. F. Ceterum hic lapis inter genuinos antiquissimus est cum nominibus Coss. Quae ap. Grut. adduntur: M. CLOELIO M. F. ARABO. lapidis alius fragmentum esse, ex Apiano ita integrandum: HORDIONIA A. L. ZOSARI(um) scite animadvertit HAGENB. Mss.

2488. L. AIENVS L. F. Q. BAEBATIVS SEX. F. AEDEM DEDICARVN || IOVIS LIBERI FVRFONE. A. D. III. IDVS QVINCTI-  
 LEIS. L. PISONE A. GABINIO COS. 1) MENSE FLYSARE 2) || COMOLATEIS 3) OLLEIS LEGIBVS. ILLEIS REGIONIBVS VTEI  
 EXTREMAE VNDAE. QVAE 4) LAPIDE FACTA. HOIVSQVE AEDIS  
 ERGO. VTEI QVEI AD EAM AEDE. SCALASQVE LAPIDES  
 TAVCTVENDO || COLVMNAE STANT. CITRA SCALAS AD AEDEM  
 VERSVS. STIPITESQVE AEDIS. HVMVS TABVLAMENTA QVE.  
 VTEI TANGERE. SARCIRE. TEGERE. DEVEHERE. DEFIGERE.  
 MANDARE. FERRO. 5) OETI || PROMOVERE. REFERRE FAS QVE  
 ESTO. SEI QVOD AD EAM AEDEM DONVM DATVM DONATVM  
 DEDICATVM || QVE ERIT. VTEI LICEAT OETI. VENVM DARE.  
 VBEI VENVM DATVM ERIT. ID PROFANVM ESTO. VENDITIO.  
 LOCATIO AEDILIS ESTO. QVEM. QVOM. QVE. VEICVS FVR-  
 FENS FECERINT. QVOD SE SENTIVNT. EAM REM. SINE SCE-  
 LERE SINE PIACVLO. ALIS 6) NE POTESTO. QVAE PEQVNTIA  
 RECEPTE ERIT. EA PEQVNTIA. EMERE || CONDVCCERE. LOCARE.  
 DARE QVOD ID TEMPLVM MELIVS HONESTIVS SEIT. LICETO.  
 QVAE PEQVNTIA AD EAS RES DATA ERIT. PROFANA ESTO.  
 QVOD D. M. 7) NON ERIT FACTVM. QVOD EMPTVM ERIT AERE  
 AVT ARGENTO. EA PEQVNTIA AD ID TEMPLVM DATA ERIT.  
 QVOD EMPTVM ERIT. EIS REBVS EADEM LEX ESTO. QVASEI  
 SEI DEDICATVM SIT. SEI QVI HEIC SACRVM SVRVPVERIT.  
 AEDILIS MVLTIPLICATIO ESTO || QVANTI VOLET. IDQVE VEICVS  
 MI. PARS FIFELTARES. SEI APSOLVERE VOLENT. SIVE CON-  
 DEMNARE || LICETO. SEI QVEI AD HVC TEMPLVM REM DEI-  
 VINAM FECERIT IOVI LIBERO AVT IOVIS GENIO. 8) PELLEIS ||  
 CORIA FANEI SVNT. — In oppido S. Nicandri prope Aquilam ex  
 parietinis Furfonis, cuius nulla mentio apud Mannert. Mur. 587, 1.

1) u. c. 696. 2) Immerito hoc mensis nomen Quinctili respondentis suspectum fuit Muratorio. v. Lanzi *Saggio* 3. p. 619. 3) cum latis, Lauzius explicat. 4) undique id. 5) Construendumne *mandare ferro* (dativ.) an leg. *mundare ferro*, vel: *mundare. ferre* (oeti pro uti.) 6) Hinc confirmatur Catulli Lucretiique *alis*, *alid*. v. Sillig ad *Catull.* 29, 15. 7) dolo malo. 8) nota Iovis Genium. cfr. N. 1730.





MOLENT. ET COLONIS INCOLISQVE. THVS VINVM  
EA DIE PRAESTENT.  
ET PRIDIE. K. IVNIAS. QVOD EA DIE T. STATILIO  
TAVRO. M. AEMILIO LEPIDO COS. IVDICIA  
PLEBIS DECVRIONIBVS CONVNXIT. 6) HOSTIAS  
SINGVL. INMOLENT. ET THVS ET VINVM AD  
SVPLICANDVM NVMINI EIVS. COLONIS ET  
INCOLIS PRAESTENT.  
EXQVE HIS TRIBVS EQVITIBVS ROM. . . .  
LIBERTINIS VNV. 7)

DIXI. HANC TIBI ARAM PRO IMP.  
CAESARE. AVG. P. P. PONTIFICE MAXI  
MO. TRIBVNICIA PTESTATE XXXV  
COIVGE. LIBERIS. GENTEQVE EIVS  
SENATV. POPVLOQVE R. COLONIS.  
INCOLISQVE. COL. IVL. PATER. NARB.  
MART. QVI SE NVMINI EIVS IN. PER  
PEFVVM. COLENDO OBLIGAVERVNT.  
DOQVE DEDICOQVE. VTI SIES VOLENS  
PROPTIVM 9)

— Narbone. Grut. 229, 4. Morelli *St. T. 2. p. 59. Millin Voyage T. 4. 1. p. 375.*, cuius typum exhibui.  
1) u. c. 764. p. Chr. 11. 2) Coloniae Iuliae Paternae Narbonis Martii. 3) u. c. 691. 4) Errat Millin tres illos Equites tresque Libertinos  
Collegium Seviorum Augustalium constituisse putans. Augustales enim, in provinciis non minus, ut arbitror, atque in Urbe demum post Augusti  
obitum instituti sunt a Tiberio. Tacit. *Ann. 1, 15. Hist. 2, 95.* Sed id quidem apparet, collegium hoc ex tribus Equit. tribusque Libertinis constans  
originem dedisse postea Seviris Augustalibus Narbone ceterisque locis, ubi post Augusti tempora instituti sunt. 5) u. c. 725. cfr. Dio. Cass. 52, 40.  
v. Millin. 6) indices, plebis olim partem, decurionatus honore dignatus est, vel in amplissimum Ordinem Decurionum transiit, allegit. 7) *unus*  
*multum et crustula Plebi det.* scite supplet Morellius. 8) quae infra scriptae sunt. Ante ista erasa fuerunt nomina Sacerdotum vel Flaminum, a  
quibus ara dedicata est. 9) PROPTIVS. Morelli, recte.

<sup>2490.</sup>

L. Helio. Caesare. Imp. P. Coelio. et.

VII. Idus

Cn. Domitius Valens II. Vir. I. D. Pra

Legem dixit in ea verba quae. infra.

Iuppiter. optime. maxime. quandoque. tibi h  
ollisque regionibus dabo dedicaboque. quas hic h

stiquis hic hostia. sacrum faxit. quod magnum ne

leges. huic. arae. eadem. sunt. quae. arae. Dianae. sunt. i N. AVVENTINO. MONTE. DICTAE. HISCE. LEGIBVS. HISCE.

Sicuti. dixi. hanc. tibi. aram Iuppiter. optime. maxime. DICO. DEDICOQVE. VTI. SIS. VOLENS PROPITIUS. MIHI COL-

meis. Decurionibus. Colonis. Incolis. Coloniae. Martiae I VILIAE. SALONAE. CONVIVIBVS. LIBERISQVE. NOSTRIS. —

ALBINO. 1) VIBVLLIO. PIO. COS. 2)  
OCTOBRES

EVVNT. C. IVLIO. SEVERO PONTIF.

SCRIPTA SVNT

ODIE. HANC. ARAM. DABO. DEDICABOQVE. OIIMS. LEGIB.

ODIE. PALAM. DIXERO. VTI. INFIMVM. SOLVM. HVIVS.

ARAE. EST

C PROTOLLAT. ITCIRCO. TAMEN. PROBE. FACTVM. ESTO.

CETERAE

REGIONIB.

REGIONIB.

LEGISQVE

LEGISQVE

LEGISQVE



Salonae olim, nunc Patavii, partim veteri, partim novo in marmore. Quae inclinatis literis excusa sunt recentem, quae rectis, antiquam scripturam repraesentant. De recentioribus tamen, auctore Morcellio, minime dubitandum, quippe quum Cyriacus Anconitanus aliique integram inscriptionem ante descripserint, quam ad Rannusios, eiusdem dominos, mutila perferretur. Edidere Grut. 23, 12. Zachar. *Salon.* p. 41. maneam et corruptam Murat. 325, 5.; omnium vero exactissime Furlanettus in *Morelli St.* T. 1. p. 62.

1) Sic legitur nunc in marmore, sed de plurimorum probabili coniecturâ leg.: L. Aelio Caesare II. P. Coelio Balbino. 2) p. Chr. 137.

2491. . . . ANTONINI . . . . || AVG. TOTIVSQUE DOMVS EORVM. C. VOLCIVS QVIEIVS. ARAM A SOLO EX HS D || N. S. P. F<sup>1)</sup> IDEMQ. DEDICAVIT || ET. OB DEDICATIONE. CONGEN-  
TILIBVS<sup>2)</sup> ET SACERDOTI || . . . . ISCERATIONEM ET . . . —  
Tuneti. Osann *Auctar. lex. Gr.* p. 183. ex Falconerio *Auctar. Inscr. African.* post *Inscriptt. athleticas.* p. 160.

1) Male Osannus interpretatur *de numerata sua pecunia fecit.* Est scilicet: ex HS. D. (numeri nota) *nummum sua pecunia fecit.* 2) notandum istud vocabulum vix alibi reperiendum.

2492. L. CANINIO L. F. II VIR. AVG<sup>1)</sup> || . . . DEDICAT. AED. NEPTVN || EPVLVM TRIDVVM POP. DEDIT || COL. PAEST || L. D. D. D. — Paesti. Mur. 1414, 6. Romanelli *Viaggio* T. 2. p. 23.

1) Si recte habet, erit *Duumviro I. D.* eidemque *Augustali*, nisi leg. IIII Vir. Aug.

2493. I. O. M. DOL<sup>1)</sup> || Q. PBLICIVS MODESTINVS || SEVIR. ET CLAVD.<sup>2)</sup> CENATORIVM<sup>3)</sup> P. S. F<sup>4)</sup> || L. D. D. D. — Bononiae. Morcelli *Opp. Epigr.* V. p. VIII.

1) *Dolicheno.* 2) *Claudialis.* 3) hoc vocabulum alibi vix legitur. 4) *pecunia sua fecit.*

2494. SECVLO FELICI || PHISIAS<sup>1)</sup> SACERDOS. ISIDI.<sup>2)</sup> SALVTARIS || CONSECRATIO || PONTIFICIS VOTIS ANNVANT DII ROMANAE || REIP. ARCANAQVE VRBIS PRAESIDIA<sup>3)</sup> ANNVANT || QVORVM NVTV ROMANO IMPERIO REGNA CESSERE. — Romae. Grut. 83, 15.

1) *Isias.* Boissard. Nardini 3, 178. 2) pro Isidis, sequente S. Nardin. Isidi salutari. 3) de his consule: *Le sette cose fatali di Roma antica - illustrate da F. Cancellieri.* Roma 1812. 8., qui tamen nostrae inscriptionis oblitus est.

2495. Dedicacionis moenium Veronensium mentio fit in marm. Veron. Grut. 166, 2., quod retulianus inter Monumenta historica §. Valerianus. Gallienus. N. 1014.

2496. EX TESTAMENTO L. LICINI. L. F. SERG. SVRAE CONSECRATVM. — Inscriptio fornicis s. arcus de Bára prope Taraconem. Ponz *Viage* T. 13. p. 193. Ad Traiani tempora referunt.

## §. 26. DONARIA.

2497. NOVIOS PLAVTIOS MED. ROMAI FECID. || DINDIA MACOLNIA FILEA DEDIT. — In cista mystica Musei Kircheriani,

Mur. 152, 2. Saxii *Miss.* 3. p. 22., quam Lanzi *Saggio* 1. p. 161. ad Bacchanalia u. c. 568. refert. In patera caelata, una cum cista illa reperta. :

2498. POLOCES. AMVCES. LOSNA. i. e. Polluces (Pollux), Amycus, Luna. Ibid. Ceterum Saxius l. l. MED. male explicat *medicus*, quam sit *me* scil. cistam.

2499. SACRVM<sup>1)</sup> || POMPEIA SEX. FIL || ELEVThERIS ET || SEX. POMPEIVS SEX. F || QVIR. IVSTVS || SOROR ET FRATER || DONVM. DEDER. — Romae. Grut. 1076, 6. Morelli *St.* 2. p. 24.

1) Deo non nominato; hoc singulare est, sed ara ipsa, puto, satis demonstrabat, cui Deo votum susceptum esset.

2500. EROS. GERMANICI L || LOLLIANVS D. D || CLVPEA CVM IMAGINIBVS. — Romae. Mur. p. 121, 2. Morelli *St.* 4. p. 26.

2501. Notandum Grut. 1014, 1. in lap. Spoletino: SI QVI CLIPVEM (in hoc templo) PONERE VOLET. DABIT ARCAE<sup>1)</sup> HS. II. N.

1) PO. i. e. Pontificum, non Populi, inserit Mss. Pighii.

2502. BEBRIX. AVG. L. DRVSIANVS. A. FABIVS XANTHIVS CVR<sup>1)</sup> || IMAGINES ARGENTEAS DEORVM SEPTEM || POST DEDICATIONEM SCHOLAE<sup>2)</sup> || ET MVTVLOS CVM TABELLA AENEA || DE SVA PECVNIA DEDERVNT. — Romae. Morelli *St.* 4. p. 250.

1) Curatores. 2) sc. Xanthae; v. Nardin. *Lib.* 5. C. 6.

2503. IMP. CAES. DIVI TRAIANI || PART. F. DIVI NERVAE N || TRAIANVS HADRIANVS AVG || PONT. MAX. TRIB. POT. XX. COS. III. P. P || I. S. M. R. STATVAM EX DONIS AVREIS || ET ARG. VETVSTATE CORRVPtis || FIERI ET CONSECRARI IVSSIT || EX AVRI P. III. ET ARG. P. CCVI. — Apud oppidum Civitatis Laviniae. Mur. 147, 5.

2504. EX IVSSV I. O. M. D<sup>1)</sup> || L. TERTIVS HERMES || CVM COIVGE SVA ET FILIS || ET OMNIBVS SVIS || CANTHARVM CVM || VASE<sup>2)</sup> SVA POSVERVNT. In latere eiusdem basis: SVB SCRIBA<sup>3)</sup> || FONTEIO EVTYCHO. — Florentiae. Gorius *Etr.* 4. p. 105, 74. Gud. 10, 9. (Murat. p. 476, 5.)

1) dedicatum. 2) basi. 3) templi puta.

2505. DECIMIA. C. F. CANDID || SACER. M. D. DELFICAM<sup>1)</sup> || CVM LARIBVS || ET CERIOLARIS N<sup>2)</sup> XXX || VI. — Sablonetae. Maffei *Mus. Ver.* p. 83, 2. Mur. 163, 4.

1) *delpnica* i. e. tripus; cerielarium, candelabri genus, ut in seq. 2) Numero.

2506. L. GRANIVS CERIO || LARIVM IMPENSA SVA || FACTVM || DEDIT DONAVIT. — Apud Malacam. Mur. 122, 4. v. Saxii *Miss.* 3. p. 14.

2507. P. RVTILIVS SYNTROPIVS || MARMORARIVS DONVM || QVOD PROMISIT IN TEMPLO || MINERVAE MARMORIBVS ET IMPENSA SVA THEOSTASIM EXSTRVXIT. — Gadibus. Mur. 125, 2.



2508: . . . . . || DIVI AVG. N. DIVI IVLI || . . . . N  
 TRIBVNICIA POTESTATE I. COS. II || PONTV<sup>1</sup>) (sic) || CORNE-  
 LIVS BASSVS PONTV<sup>2</sup>) FEX || CAESAREVM<sup>3</sup>) D. S. P. — In Hispa-  
 nia, in turri horaria Ecclesiae B. Isidori. Den. p. 113, 2. Mur. 134, 4.  
 Ceterum cfr. Saxii *Miss.* 3. p. 24., cuius tamen supplementa: *Imp. C.*  
*Caes. Divi Tiber. F. Divi Aug. N. Divi Iulii Pron.* — ex Sallengrii *The-*  
*sauro* 3. p. 864. omnino falsa sunt: nunquam enim DIVVS Tiberius,  
 nunquam Caligula a Tiberio adoptatus est: nec de Germanico Caesare  
 sermo esse potest.

2509. P. VEIDIVS P. F. POLLIO || CAESAREVM<sup>3</sup>) IMP. CAE-  
 SARI || AVGVSTO || ET COLONIAI BENEVENTANAI. — Beneventi.  
 Grut. 227, 3.

1) notandum Pontifex, non addito: Max. v. Cuper. ad *Lact. de Mort. P. ed. Bauldri* 2.  
 p. 112. (cit. HAGENB.) 2) aedem Caesari sacram, ut: Augusteum Pisis. Dianium,  
 Iseum, Serapium, Idolium, Heroum cet. 3) In secunda Ed. Grut. recepta est prava  
 Lipsii coni. *Caesarem*, cfr. Lips. ad *Tac. Ann.* 3, 64. et Marini *Atti* 2. p. 384.

2510. ISIDI PVE . . . || IVSSV DEI NE . . . || FABIA L. F. FA-  
 BIANA AVIA || IN HONOREM AVITAE NEPTIS || PISSIMAE EX  
 ARG. P. CXIIS = {<sup>1</sup>) ITEM ORNAMENTA IN BASILIO. VNIO ET  
 MARGARITA || N. VI. ZMARAGDI DVO. CYLINDRI N. VII. GEMMA  
 CAR||BUNCVLVS. GEMMA HYACINTHVS. GEMMAE CERAVNIAE ||  
 DVAE. IN AVRIBVS ZMARAGDI DVO. MARGARITA DVO || IN  
 COLLO QVADRIBACIVM MARGARITIS N. XXXVI || ZMARAGDIS  
 N. XVIII. IN CLVSVRIS DVO. IN TIBIIS || ZMARAGDI DVO. CYLIN-  
 DRI N. XI. IN SMIALIIS ZMARAGDI N. VIII. MARGARITA N.  
 VIII. IN DIGITO MINIMO ANVLI || DVO GEMMIS ADAMANT.  
 DIGITO SEQVENTI ANVLVS PO||LYPSEPHVS. ZMARAGDIS ET  
 MARGARITO || IN DIGITO SVMMO || ANVLVS CVM ZMARAGDO.  
 IN SOLEIS CYLINDRI N. VIII. — Sine loco. Mur. 139, 4. ex Mont-  
 fauconio.

1) semis et duabus unciis s. dextante. Memoranda est Isis Capitolina. Mur. 154, 2.  
 cfr. Tertull. *Apol.* 6.

2511. M. PLAETORIVS. M. L. EROS || M. ANICIVS. M. L.  
 PRIMVS || MAGISTRI. FANO CONTERMINI || DONO. LYCHNV-  
 CVM. DANT. — Romae in tabula aerea. Marini *Atti* 1. p. 304.

2512. PLISTHENES LEOPHRONIS CERYCIBVS<sup>1</sup>) || ET POP.  
 PRAESENTIPVS (sic) ANTE PORTICVM || XYLOLYCHNVN<sup>2</sup>) PRO-  
 SERPINAE. — Veliae. Romanelli *Topogr. istor. del regno di Napoli*  
*T.* 1. p. 360. Osann *Auctar. lex. Gr.* p. 186.

1) notandi isti *Ceryces*, quorum in saxis Latinis vix alias fit mentio. 2) i. e. *Xylo-*  
*lychnuchum*. Osann.

2513. ANNIVS. C. F. ROMAN || DECVRIO. SIGNVM. CVM ||  
 STATERA. D. D. — Velitris. Cardinali p. 26.

2514. NOMINE || Q. DOMITHI ALPINI || LICINIA MATER ||  
 SIGNVM DIANAE ET VENAITIONEM || ET SALIENTES || T. F. I.  
 — Veronae. Grut. 39, 6. Mur. 123, 4. Maffei *Mus. Ver.* 125, 5.

2515. DOMINO AESCVLAPIO || ET HYGIAE EX PERMISSV || EORVM NEGOTIATIONIS || FABARIAE. 1) GRATIAS || AGENTES. NVMINI || ET ARATIS 2) EORVM || T. IVLIVS GINESYA || CVS. ET CAECILIA || BALBILLA. CERII || OLARIA DVO. SATV || RI 3) ET ANTIOTES || LIBENTES DONVM || DEDERVNT. — Romae. Mur. 20, 3. corruptius, quam 132, 3. Saxii *Miss.* 3. p. 22.

1) vel explicandum: *Sodalicii negotiatorum fab. nomine.* vel iungendum *Aesculapia et Hygiae negotiationis fab.* id est, *ab hoc sodalicio cultis.* 2) MERITIS Cannegieler probabilius quam Saxius GNATIS, Podalirio et Machaoni. 3) SATVRI *s* Canneg. explicat, id est, ornata Satyris, et pro ANTIOTES vult, MVTIOLIS, parvis muttonibus. Saxius SATVRI non tangens, MVTONES legit. Hagenb. nihil adnotat. Equidem cogitabam de lancibus SATVRI et de *ἀμφατισσι*, vasibus utrinque ansatis, dono minus utique obsceno.

2516. ANSIA. T. ARVĪ. L || RVFA EX DD. CIRC || LVCVM MACER || ET MVRVM ET IANV || D. S. P. F. C. 1) — In Valle Dianae, loco la Civita. Mur. p. 470, 4.

1) circa lucum maceriam, — et ianuam de sua pecunia facienda curavit.

2517. Nota: MANIPRECIVM DONAVI. in lap. Metensi ap. Grut. 12, 10.

2518. NVMINI DOMVS AVGVSTAE ET SANcti *Silvani* SALVTARIS SACRVM || IMP. CAES. NERVAE TRAIANI OPTIMI. *Aug. Cerm. Da*CICLI. IMAGINES ARGENT || PARASTATICAS CVM SVIS ORNAMENTIS. ET REGVLIS. *et basibus.* ET CONCAMERATIONE FERREA || C. IVLIVS NYMPHIVS. DEC. ANNALIS SVA *pec. posuit* DONVMQVE DEDIT IN TEMPLO SANCTI SILVANI SALVTARIS QVOD EST IN *Aventino* ET. PRAEDIO SVO. DEDICAVITQVE || IDIBVS IANVARĪS. L. VIPSTANO MESSALLA *M. Pedone* COS. 1) — Apud Liprignanum Castrum. Fabrett. p. 688, 100. Quae inclinatis literis excusa vides, supplementa sunt Fabrettii. Alia minus accurata habes apud Reines. p. 142, 105. v. Ruperti *Ep. ad Reines.* p. 441. a *Turre Mon. Vet. Antii.* p. 302., qui tamen de Silvano Eleutherio pessime erravit, ut videbis ad Mur. 69, 1. Cuper *Apoth.* p. 258. et 302. *HAG. Mss.*

1) p. Chr. 115.

2519. Inter *donaria* memorantur Mur. 344, 5. „TETRASTYLV M NYMPHAEVM — ALTARIVM CVM COLVMELLA — ITEM ORBICVLVM CVM COLVMELLA.”

2520. Ad donaria quodammodo pertinent etiam hereditates legatave, quae Diis testamento relinquuntur; qua de re vide erudite disputantem F. C. Conradum in *Scriptis minoribus.* Diss. II. *de Diis heredibus ex testamento apud Romanos.* Sed, quod sane dolendum, exemplis utitur plerumque spuris p. 139. seqq. v. c. Grut. 59, 2. — 871, 2. — 67, 2. — 25, 3. — Reines. Cl. 1. 269. cet.; id quod in illustribus exemplis sane ponendum est virorum doctorum a Ligorianis praestigiis deceptorum Seculo quoque XVIII.

2521. HOSTIARVM, ut hoc quoque attingam, rarissima mentio fit in Saxi, Acta Fratrum Arvalium si excipias, et sequentem titulum:



TI. CLAVDIVS || OLYMPVS || VDIO SVCCIPIO || IX. HOSIA.<sup>1)</sup>  
 QVAM || IPSI (*sic*) FECIT || SILVANO || D. D. — Romae. Oderic.  
 p. 181, 8.

1) *voto suscepto ex hostia.*

§. 27. SVPERSTITIO IVDAICA ET CHRISTIANA.

(Sic scilicet loquebantur veteres Romani; id quod notandum erat propter hierophantas et fauaticos nostri temporis.)

2522. BETVRIA PAVLLA F. DOMI || HETERNAE QVOS ||  
 TITVTA<sup>1)</sup> QVAE BI||XIT AN. LXXXVI. MESES VI || PROSELITA  
 AN. XVI || NOMINAE SARA MATER || SYNAGOGARVM<sup>2)</sup> CAMPI ||  
 ET BOLVMI || BENIRENAE AY CYMISIS || AVTIS.<sup>3)</sup> — Romae.  
 Spon *Misc.* X. 126. correctius ap. Fabrett. 465, 101. nisi quod PAVCLA.  
 cfr. ib. p. 389.

1) constituta. 2) matri synagogae Brixianorum. Grut. 323, 3. *πατήρ συναγωγῆς*  
 Mur. 1044, 6. et 1713, 1. cfr. Cod. Theod. 16, 8. 3) Solita formula in sepulcris  
 Iudaeorum ac Proselytarum. *ἐν εἰρήνῃ(ῃ) κοίμησις αὐτοῦ vel αὐτῆς* ex *Psalm.*  
 4, 9. *ἐν εἰρήνῃ ἐπὶ τὸ αὐτὸ κοιμηθήσομαι καὶ ὑπνώσω.* Tria praeterea  
 symbola, cornu (*ἐλαιοφόρον*) palmae et candelabra, in Iudaicis monumentis frequen-  
 ter conspiciuntur expressa. v. Lupi *Epit. Sev.* p. 177. et Fabrett. p. 389.

2523. AVR. SOTER ET || AVR. STEPHANVS || AVR. SOTE-  
 RIAE || MATRI PIENTISS || RELIGIONI IVD||AICAE METVENTI.  
 — Polae. Grut. 721, 11. Hanc confudit cum Grut. 855, 2. Hug *Einleit.*  
*N. T.* 2. p. 303. Ita Aureliam Soteriam unicam habemus in Inscriptt.  
 Lat. metuentem rel. Iud. *σεβομένην*, praeter *Saram* Fabretti p. 465, 101.

2524. VERITAS || AMOR ET || ANESTASE || TITVLOS . . .  
 — Romae e coemeterio Hebraeorum. Maffei *Mus. Ver.* 321, 8. Inscul-  
 ptum est candelabrum septem lucernarum.

2525. DIS. M || P. CORFIDIO SIGNINÓ || POMARIÓ || DE  
 AGGER || A PROSEVCHA<sup>1)</sup> || Q. SALLVSTIVS HERMES || AMICO  
 BENEMERENTI || ET NVMERVM OLLARVM DECEM. — Romae.  
 Grut. 651, 11.

1) male Scalig. hunc Iudaeum fuisse putat. Proseuchae mentio ideo tantummodo fit,  
 ut quinam Agger sit intelligendus, accuratius definiatur, ut: *Pomarius de Circo Ma-*  
*ximo ante pulvinar.* Spon *Misc.* p. 230, 4. Reines. p. 637.

2526. \* D. M || AVRELIO BAL||BO. VITA INT||EGERRIMO ||  
 MORIBVSQ || ORNATO QVI SE QVIETIO||RIS PERFECTIO||RISQ.  
 VITAE || DESIDERIO || EX NEGOTIIS || CIVILIBVS IN || QVIBVS  
 FVE||RAT CVM LAV||DE VERSATVS || IOVIS OP. MA || BENEFI-  
 CIO || DVCTO. HIC IN || SPE RESVRR||ECTIONIS QV||IESCENTI  
 LO||CVS PVBLICE || DATVS EST. — Romae. Grut. 1050, 3. — Nisi  
 fictum est a recentiore (habet tamen iam Apianus p. 278.) ut epitaphium  
 eiusdem generis, sed fere ludicrum Feliciani Veronensis Grut. 1052, 8.,  
 de quo vide Reines. *Praef.* p. \* 1. b. Maffei *Verona ill.* T. 2. p. 191.,  
 crederemus Balbum, hominem gentilem, haud longe abfuisse a Christia-  
 norum Sacris. Sed inter alia lectu dignissima Moshem. *Diss. ad H.*

*Eccl. pertin.* T. 2. p. 613. qui notat, Muratorio teste, Cyriaci Anconitani schedas pro soloecis illis: *versatus Iovis Op. Ma. beneficio ducto* exhibere *versatus, exemit Dei optimi beneficio. D. M.* vero etiam in Christianis interdum reperitur. Corsinus tamen *Not. Gr. App.* p. XV. eo fere inclinatur, ut in supposititiis hanc inscr. habeat.

2527. IVNIVS BASSVS V C || QVI VIXIT ANNIS XLII. MEN. II || IN IPSA PRAEFECTVRA VRBI<sup>1)</sup> || NEOFITVS IIT AD DEVM || VIII. KAL. SEPTEMB || EVSEBIO ET YPATIO COSS. — Romae. Murat. 382, 2. Copiose illustratur in *Sculture e pitture sacre estratte dal Cimiteri di Roma.* Roma 1737. fol. T. 1. p. 35. Vnica fere est inscriptio inter Christianas mihi visas, quae disertam mentionem transitus ad nostra sacra contineat.

1) Iunius Bassus memoratur Almeloveenio *Fast.* p. 494. tamquam Praef. Vrbi a. p. Chr. 360.; at vero decessit Eusebio et Hypatio Coss. a. p. Chr. 359. v. Corsini *Ser. Praef. Urb.* s. h. a. v. Saxii *Miss.* 4. p. 114. In Ficoronii typo *Vestigia di Roma antica* P. 2. p. 10. omittitur IPSA. *Neophyti* tamen alibi quoque reperiuntur, veluti Mur. 390, 3.

2528. MEMMIVS SALLVSTIVS || SALVINVS DIANIVS VS || BASILICAM SANCTORVM || ANGELORVM. FECIT. IN || QVA SEPELIRI NON LICET. — Perusiae. Vermiglioli *Iscr. Per.* 2. p. 296.

2529. Eo denique devenimus, ubi IOVI OPT. MAXIMO SANCTI MARTYRES DOMNI<sup>que</sup> SANCTI successerunt:

SANCTIS MARTVRIBVS  
PAPRO<sup>1)</sup> ET MAVROLEONI  
DOMINIS. VOTVM. REDD. <sup>P</sup><sub>X</sub>  
CAMASIVS QVI ET ASCLEPIVS. ET VICTORINA  
NAT. H. 2) DIE III<sup>X</sup>. 3) KAL. OCTOB.  
PVERI. QVI. VOT. H. VITALIS MARANVS  
ABVNDANTIVS. TELESFOR.

— Romae. Gori *Symbol. lit.* T. 4. *Praef.* p. XII. — Seq. pag., quae in altera lapidis parte similia fere incisa sunt, exhibentur. Incipit DOMNIS SANCTIS.

1) *Publio Apro.* 2) in altera: *Natal. Hab.* 3) in altera XIII.



## CAPVT VI.

## LVDI. RES SCENICA. CET.

2550.

1.	2.	3.	4.
CLODIA. A. F.	LASSIA M. F.	A. CLODIVS	A. CLODIVS A. F.
SACERDOS	SACERDOS	M. F. PAL. SCRIBA	MEN. FLACCVS II VIR. I. D.
PVBLICA	PVBLICA	MAGIST. PAG. AVG.	TER. QVINQ    TRIB MIL.
CERERIS D. D.	CERERIS D. D.	FEL. SVB.	A POPVLO.
5.			
L. CELLIVS L. F.			
MEN. CALVOS			
DECVRIO			
POMPEIS.			

*Sub quarta:*

PRIMO DVOMVIRATV APOLLINARIB. IN FORO POMPAM || TAVROS. TAVROCENTAS. SVCCVRSORES. PONTARIOS || PARIA III. PVGILES. CATERVARIOS ET PYCTAS. LVDOS || OMNIBVS ACRVAMATIS PANTOMIMISQ. OMNIBVS ET || PYLADE. ET HS. N. CCIIO IN PVBLICVM PRO. DVOMVIRATV.

SECVNDO DVOMVIRATV. QVINQ. APOLLINARIBVS IN FORO || POMPAM TAVROS. TAVRARIOS. SVCCVRSORES. PVGILES. CATERVARIOSS. POSTER. DIE SOLVS IN SPECTACVLIS ATHLETAS || PAR. XXX. GLAD. PAR. V. ET GLADIAT. PAR. XXXV. ET || VENATION. TAVROS. TAVROCENTAS. APROS. VRSOS || CETERA VENATIONE VARIA. CVM COLLEGA. TERTIO DVOMVIRATV LVDOS. FACTIONE PRIMA || ADIECTIS ACRVAMATIS CVM COLLEGA.

2632. L. MANIO L. F. MARTIALI MVSICO || M. MANIVS L. F. PALATINA PARATVS || FECIT SIBI ET SVIS. SARCOPII. X̄. — Romae. Mur. 963, 8.

2633. HERIAE THISBE || MONODIARIAE<sup>1)</sup> || TI. CLAVDI GLAPYRI CHORAVLAE ACTIONICAE || ET SEBASTONICAE<sup>2)</sup> TERRENVN SACRATVM. LONG. P. X̄. LAT. P. X̄ || IN QVO CONDITA EST. FODERE NOLI || NE SACRILEGIVM COMMITTAS. — Romae. Gud. p. 217, 1. Fabrett. p. 54, 311. corrupte ap. Grut. 1035, 11.

1) scil. uxoris. 2) recte HAGENB. notat Gudium, qui haec ad Heriam retulit, quum Glaphyrus fuerit Choraulae Actionices et Sebastonices, i. e. victor in Actiis ab Augusto in Actiacae victoriae memoriae institutis et in Σεβαστοῖς, i. e. ludis in Augustorum honorem celebratis Alexandriae: Grut. 316, 2. Neapoli: id. 314, 1. cet.

2634. D. M. || CN. VERGILIVS || EPAPHRODITVS || MAGISTER ODARIARIVS<sup>1)</sup> A MINERVA || MEDICA || VIXIT ANNOS SEPTVAGINTA ET . . . — Romae. Fabrett. p. 716, 376.

1) ab *odaron*, cantilena.

2635. TI. CLAVDIVS || QVI MACEDO || PHÓNASCVS || SIBI ET || STLACCIAE DIGNAE || VXORI SVAE. — Albae. Grutero Pighius. 1089, 9.

2636. P. CORNELIVS P. L. || PHILOMVSVS PICTOR || SCAENARIVS IDEM REDEMPT || MONIMENTVM FECIT. H. C. CORNELIAE P. L. cct. — Florentiae. Mur. 948, 4.

2637. L. SVRREDI. L. F. CLV || FELICIS<sup>1)</sup> || PROCVRATORI. AB || SCAEN. THEAT. IMP. CAESAR. DOMITIAN || PRINCIPI || CORONATO CONTRA || OMNES SCAENICOS || VIXIT. ANN. XLIX̄. M. III. D. VIII || L. SORREDVS VALERIA NVS. MAXIMVS. PANT.<sup>2)</sup> || FRATRI PISS. FECIT. — Terracinae. Grut. 331, 4.

1) Ald. *Orthogr.* p. 701, 2. et Smetius: L. SVRREDIO-FELICI. Excidit fortasse D. M. 2) Maximus Pantomimorum; vide Grut. 331, 6. Gud. prob. HAGENBUCH.

2638. OSSA || ICONIVM L || PSALTRIA. — Romae. Mur. 957, 3.

2639. DIS MAN. NAIDI CAESARIS VERNAE || EX NVMERO PYRRICHE. V. A. XXV̄. M. II. DVNO<sup>1)</sup> || ONESIMVS CAESERIS (*sic*) N. CONIVGI B. L<sup>2)</sup> || FECIT ET SIBI ET SVIS POSTERISQ. EORVM. — Romae. Guasco T. 2. p. 132, 318.

1) Die uno. 2) Fortasse M. Fuit ista e numero feminarum, quae pyrrhicham in ludis publicis ducebant.

2640. M. VIPSANIVS || NARCISSVS || ROGATOR AB SCAENA. — Romae. Gori *Etr.* 3. p. 30, 34. Mur. 660, 3.

2641. P. RVSTICELLIVS || SALTATOR<sup>1)</sup> || HERCVL. VIC. M.<sup>2)</sup> — Tibure. Mur. 975, 4.

1) Muratorio appellativum est, unde et in Classe XIII. artium dedit; mihi cognomen potius videtur esse. HAGENB. 2) Non dubito de Hercule Victore accipere, Tibure in primis culto. Sed an praestet *Herculis Victoris Magister*, an *Herculi Vi-*

ctori *Merito* dicavit, aliis decernendum relinquo; ob vocum ordinem in posterius magis inclin. HAGENB.

2642. SCAENICI || ASIATICIANI<sup>1)</sup> ET || QVI IN EO||DEM COR||PORE SVNT || VIVI SIBI FE||CERVNT. — Viennae Allobrogum. Millin *Voyage* 2. p. 24.

1) neuliquam *Asiatici*, ut volebat Binard de la Bastie, sed quorum dux erat *Asiaticus* nescio quis. Millin.

2643. L. SVCCONIO L. F. PAL || PRISCO IIII V. I. D. Q. A || OMNIVM CORPOR. PATR || ITEM TREBIS. DECVR. PONT. || IIII VIR. I. D. PATRON MVN || DECVRIAE IIII. SCABILLAR<sup>1)</sup> || VETERES A SCAENA || AMANTISSIMO SVI || EX AERE CONLATO. H. A. I. R.<sup>2)</sup> — Interamnae. Don. p. 525, 42. accuratius quam ap. Fabr. C. V. 263.

1) Cfr. Grut. 467, 7. DECVRIAE IIII. SCAMILLARIORVM OPERAE VETERES A SCAENA. 2) Honore accepto, impensam remisit. Cfr. Gud. 99, 7. — *Scamillarii* a *scannum*, *Scabillarii* a *scabillum*, rectum utrumque.

2644. C. NORBANI SORICIS || SECVNDARVM<sup>1)</sup> || MAG.<sup>2)</sup> PAGI. AVG. FELICIS || SVBVRBANI || EX. D. D. LOC. D.<sup>3)</sup> — Pompeiis. Romanelli *Viaggio a Pompej* T. 4. p. 35.

1) Scil. partium actori. 2) Magistro. Pagus hic Augustus Felix suburbanus prope Pompeios memoratur in aliis quoque titulis Pompeianis. 3) *ex Decurionum decreto locus datus.*

2645. D. M || AEMILIAE || IRENE. QVAE || VIXIT ANN. XXVI || DIEBVS XIII || AVRELIVS EVTYCHES. STVPIDVS<sup>1)</sup> || GREG. VRB. CON||IVGI KARISSIMAE. — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 127, 5.

1) „Stupidus gregis scenicarum urbani: persona quae risum stupiditate quadam incitabat. Arnob. 7. p. 239. *Mimis nimirum Dei gaudent — delectantur, ut res est, Stupidorum capitibus rasis.*”

2646. \* D. M || CLAVDIAE FAVSTINAE || FILIAE PIENTISSIMAE || QVAE VIX AN. XVI || TI. CL. AVG. LIB. PHILETVS || A COMMENT. RAT. VESTIVM SCAENIC. ET || GLADIAT.<sup>1)</sup> ET FLAVIA PROCVLA PARENTES || ITEM M. FLAVIVS DAPHNVS ET CL. MARTIALIS || FRATRES FECERVNT ET SIBI LIB. LIBERTABVS SVIS. POSTERISQVE EORVM. — Sine loco. Fabrett. p. 371, 151.

1) a commentariis rationis vestium scaenicarum et gladiatoriarum. Est suspecta.



## CAPVT VII.

## M A T R I M O N I V M.

SPONSI. CONFARREATIO. CONNVBIVM. AETAS NVBILIS. MARITI DVO  
EIVSDEM MVLIERIS. VXORVM VARIA GENERA. IVS TRIVM LIBERO-  
RVM. DELICIVM. CET. FILII NATVRALES. SPVRII FILII. PVPILLI.  
BVLLA. TOGA VIRILIS.

— Δοχή ἐστὶ τῶν γενέσεων πάσαις πόλεσιν  
ἢ τῶν γάμων σύμμιξις καὶ κοινότης.

PLATO.

2647. DIIS MÁNIBVS || VALERIAE. M. F || FORTVNATAE ||  
VIXIT ANNOS VIII || MENSES VIII. DIES XVIII || M. VALERIVS  
ANICETVS || VIX. AN. XX. QVI FVIT || SPON<sup>1)</sup> || EIVS. — Romae.  
Grut. 837, 2.

1) Sponsus. Cfr. Grut. 584, 9.

2648. — — — || PII FELICIS AVG. DVCENARIO || PRAEF.  
VEHICVL. A COPĪS AVG || PER VIAM FLAMINIAM || CENTENA-  
RIÓ. CONSILIARIO || AVG. SACERDOTÍ CONFARREATI || ONVM  
ET. DIFFARREATIONVM<sup>1)</sup> || ADVSMPTO IN CONSILIVM ADĪS.<sup>2)</sup>  
LX. M. N̄ || IVRISPERITO.<sup>3)</sup> ANTIATES. PVBL. — Romae. Mur.  
p. 1024, 4. Guasco 1, 105. accuratius ap. Marin. *Iscriz. Alb.* p. 143.

1) *Diffarreatio* ex uno Fēsto nota, egregie confirmatur hoc lapide, cuius nullam rationem habuit Hasse *Güterrecht* T. 1. p. 144. 2) Guasco: Ad HS. Recte. 3) *Iurisprudens* in fragm. ap. Marin. l. l. „Vnica antea erat inscriptio sincera, in qua ICTi mentio fieret.” Olivieri *Calog. Raccolta* N. 6. p. XV. Aliam tamen, in qua Iurisperiti mentio fit, damus in Cap. *de Re militari*.

2649. DĪS MANIBVS SACRVM || VIVENIAE L. F. HELIADI ||  
VIXIT ANNIS XVI. MENSIB. VI || FECER HELIVS AFFINIANVS  
PVBLICVS || AVGV RV M CVM SEX. PSYCHE CONIVGI || FILIAE  
PIENTISSIMAE. — Romae. Grut. 1087, 7.

2650. D. M || HELIO AFIN || PVB. AVG || SEXTIA PSYCHE ||  
CONIVGI B. M. — Romae. Fabrett. p. 336, 502. Don. p. 145, 39.  
Mur. 170, 4. In hoc lapide visuntur insculpti iuvenis et puella iun-

gentes manus super ara, cui tres panes impositi, signum videlicet matrimonii initi per confarreationem.<sup>1)</sup> Iuvenis sinistra volumen tenere videtur. In utraque latere duo Genii alati: infra sphinges tripodibus insistentes. Mur. Imaginem ipsam exhibere Begerum *Thesaur. Brandenb.* T. 3. p. 468. et ex eo Montfaucon *Ant. expl.* T. 5. p. 145. *Tab.* 123. me docuit Saxius *Miss.* 3. p. 57.

1) Hac de re aliter sentit Cannegieter *Ep. ad d'Orv. Obs. misc.* T. 4. 1742. p. 204. „Non subit, credo, animum Muratorii locus Taciti *Ann.* 4, 16. de desuetudine confarrearum nuptiarum tempore Tiberii Caesaris. Quare autem nuptias, quas ob difficultates maximas, quantumvis amplissimi sacerdotii spe ostentata, nobilissimi Romae fugerunt, has servus publicus contraxit?“ — Lecto Taciti loco Muratorii coniectura de matrimonio inito per confarreationem non coepit mihi displicere. Primum, ipse Tacitus *confarreandi adsuetudinem inter paucos retentam* refert. Deinde, confarreati patricii nolebant, ne liberi eorum exirent e patria potestate, si flamines legerentur, aut flaminicae fierent, qui metus aliorum non erat; tum Cannegieterus *publicos servos* vix pro servis habitos tradit dedita opera de iis commentans, dum saxum Mur. 29, 6. conatur illustrare, et aliter, atque a Mur. factum, interpretari. Praeterea Helius Afrianius, etsi Publicus Augurum inscribatur, libertus tamen fuit plenis nominibus L. Vivenius Helius nominatus. Duxerit itaque Sextiam Psychen coniugem non iam servus publicus, sed libertus. Denique sub Augusto, non sub Tiberio demum potuit vixisse Helius noster; epitheta enim in ANVS iam sub Augusto frequentia servorum occurrunt. — Si tres panes ad confarreationem non pertinent, Cannegieterus cur nil adfert, quorsum eos pertinere patet? Sin confarreati Helius et Psyche, (ut Cupido et Psyche apud Appuleium *Lib.* 5.) cur, inquires, in sepulchrali titulo Helii id Psyche voluit exstare? Ut memoria nuptiarum sacrarum, sacro ritu initarum, omnibus maneret testata. HAGENBUCH. Afrianium hunc ad Treboniani libertius tempora amandarim, (cfr. *Mon. nostra histor. in Trebon. N.* 997.) quam ad Augustea retraxerim; vehementerque dubito, an Publicus Augurum revera confarreatis nuptiis usus sit. Quidni confarreationis in anaglypho effigies, quam ego quoque agnosco, merum fuerit symbolum fidei atque amoris coniugalis? Orellius.

2651. FIDEL. SVAE || ASPANIA Q. F. POLLA || Q. PETRONIVS IRENAEVS SACRARVNT. — Romae. Murat. p. 1897, 5. Marini *Inscr. Alb.* p. 46.

2652. De CONNVBIO militibus in tabulis honestae missionis ab Imperatoribus concesso v. Marini *Atti* 2. p. 437. Sollemnis formula haec est: TI. CLAVDIVS CAESAR AVGVSTVS GERMANICVS PONTIFEX MAXIMVS TRIB. POTESTATE XII. IMPER. XXVII. PATER PATRIAE. CENSOR. COS. V. TRIERARCHIS ET REMIGIBVS. QVI MILITAVERVNT IN CLASSE. QVAE EST MISENI SVB TI. IVLIO AVGVSTI LIB. OPTATO. ET SVNT DIMISSI HONESTA MISSIONE. QVORVM NOMINA SVBSCRIPTA SVNT. IPSIS. LIBERIS POSTERISQVE EORVM CIVITATEM DEDIT ET CONNVBIVM CVM VXORIBVS QVAS TVNC HABVSSSENT. CVM EST CIVITAS IIS DATA. AVT SI QVI CAELIBES ESSENT CVM IIS QVAS POSTEA DVXISSENT<sup>1)</sup> DVMTAXAT SINGVLI SINGVLAS. A. D. III IDVS DECEMER. FAVSTO CORNELIO SVLLA FELICE L. SALVIDIENO RVFO SALVIANO COS.<sup>2)</sup> (Sequuntur nomina militum). — Neapoli. Marini *Atti.* p. 448.

1) Cfr. Liv. 38, 36. 2) a. p. Chr. 52.

2653. Coniuges impuberes etiam Hagenbuchii diligentia duos tantummodo investigavit: scil. Grut. 788, 8.: HERACLAE. QVI VIX || ANN. XI. MENS. V. AVR || PATRONA CONVGI || BEN. MER.



FEC. — (Romae.) et Murat. 1368, 9. Romae: D. M || LVCIAE RED-EMPTAE VIXIT || ANNIS XXXXV. N. CASSICIVS PHOEBVS FECIT || CONIVGI BENEMERENTICVM QVA || VIXIT ANN. XXXVIII. ET LIBERTIS cet. — Vtrobique tamén numeri corrupti esse possunt: neque huc pertinent matrimonia virginum annorum XII. Fabrett. p. 585.

2654. D. M || FLAVIAE PROVINCIAE || QVAE VIXIT. ANN. XXXIII || FLAVIVS APOLLONIVS || CONIVGI SVAE BENE || MERENTI FECIT || CVM QVA VIXIT AN || XXII. ET SIBI || ET SVIS. POSTERISQ. EORVM || — In villa Pelucchi. Oderic. p. 220. „Flavia igitur nupsit XII. annis mmor, contra quam Romanis legibus cautum erat.”

2655. MEMORIAE CLA. FEM || L. 1) PAEDVCEAE IVLIANAE || MORIB. NATAL. AC PVD || PRISCIS || INLVSTRIVSQVE FEMI. COMPARANDAE || QVAE VIXIT ANNOS XIII. 2) D. XLVII. 3) || CVM MARITO FECIT. ME. V. D. XX || L. NONIVS VERVS. — Mutinae. Grut. 447, 3. et 448, 9.

1) Memorabile hoc Luciae praenomen in femina, nisi error subest. Fabrett. p. 373. vult L. gentile nomen signare h. l. v. Cap. seq. 2) v. Fabrett. p. 585. 3) Sic interdum dies numerum dierum mensis excedunt.

2656. D. M || MEMORIAE AEL. CRESCENTINAE || COMPARI. 1) QVAE VIXIT || ANNIS VIRGO XII || CVM MARITO. XXX ET || MENSES SEX || AVFIDIVS SECVNDIANVS || VXORI. FECIT. — Romae. Grut. 751, 4.

1) pro uxore. Alia huius usus exempla collegit Canngieter *Nom. Rat.* p. 89.

2657. D. M || L. CALPVRNI. HYPNI || VIX ANN. V. M. VI. D. XIII. HYPNVS ET PRIMA || ET M. CESTIVS FAVSTVS || PARENT. FIL. DVLCISSIMO || FECERVNT. — Romae. Fabrett. p. 121, VII. Aenigma hoc solvit Maff. *Mus. Ver.* p. 149. Hypnus scil. postquam divortium fecisset cum Prima, haec Fausto nubens filium ex primo marito susceptum secum retinuit, quem Faustus vitricus filii loco habuit.

2658. DIS. MANIVS || ATINATIAE T. L. LASCIVAE || FECE- RVNT CONIVGES || CARISSIMAE BENE MERENTI || VIXIT AN- NIS XXIII || C. CALPVRNIVS VALENS || SVCCESVS AVG. L. POSVER. — Romae. Maffei *Mus. Ver.* 270, 6.

2659. D. M || AEMILIAE SECVNDAE || CN. AEMIL. PRIMITI- VOS || ET L. OCTAVIVS IVCVNDVS || FECER. C. B. M. — Vero- nae. Maffei *Mus. Ver.* 147, 3.

2660. D. M || HOSTILIAE || CAPRIO . LAE CONIVGI BENE MERENTE. POSVERVNT || T. SENTIVS IANVARIVS ET || L. TERENTIVS TROPHIMVS. — In villa Pelucchi. Oderic. p. 221. Alter igitur horum maritorum divortium sine dissidio cum Hostilia fecerat.

2661. STRATONICE ANTHI GEMMARI || ARAM GENIO HVIVS DECVRIAE 1) D. D. — Romae. Fabrett. p. 59, 341., qui permulta vocis uxoris ita omissae exempla collegit.

1) scil. gemmariorum. HAc.

2662. D. M || AVR. SECVNDIVS. ET AVR || VALENTINA.

CONVIVI. 1) FEC. SIBI || ET AVR. SECVNDIA NVS. FIL. Θ. AN.  
VII || CRVDELES || PARENTES || FACERE || CVR. — Celeiae.  
Grut. 762, 2.

1) nota *Conviva* pro *coniuge* cfr. Canneg. N. R. p. 90. Nisi est CONiuges VIVI.

2663. D. M || VIRIAE || PRIMITIVAE || VIX ANN. XVIII || MENS.  
I. DIE. XXIV || L. VIRIVS HELIVS || CONIVGI DVLCISS || HAVE  
DOMINA. VALE DOMINA. 1) — Romae. Grut. 840, 8.

1) Epictet. *Enchirid.* C. 62. Wolf. *ἀι γυναῖκες ἐνθυς ὀπὸ τεσσαρεσκαίδεκα  
ἔτων ὑπὸ τῶν ἀρδῶν κυρία καλοῦνται.* Similiter apud Osann *Inscriptt.*  
p. 232. DOMINAE ROGATAE cel.

2664. DIIS MANIBVS || AEMILIVS CELSVS VIXIT || ANNIS  
XXV. H. S. E. S. T. T. L || IVLIA HONORATA MVLIER 1) SVA ||  
MONVMENTVM FECIT. — Loco mihi ignoto. Oderic. p. 257.

1) rarissimum hoc in *Inscriptt.*

2665. D. M || IVLIAE PIETATI || MARITAE OPTIMAE || C.  
IVLIVS. SYMFOR || FECIT. — Romae. Grut. 794, 11.

2666. V. F || L. RHODIVS FESTVS || CASSIAE MAXIMAE ||  
COMITI 1) OPTIMAE ET . P. PAPIRIO EVTYCHO . ET SIBI. —  
Veronae. Grut. 822, 6.

1) nota *comiti* pro *coniugi*.

2667. RVBRIAE TYCHE || T. FLAVIVS HERMES || SODALI 1)  
OPTIMAE || B. M. F. — Romae. Gorii *Xenia* p. 14. XVI.

1) Sodali i. e. coniugi. Scalig. Dubitat tamen cum Grutero HAGENB. Incertum est  
quoque in lapide Strozzi. (Gorii *Xenia* p. 30, 94.):

2668. D. M || IVNIAE DELICATAE SODALIAE PIENTISSIMAE ||  
PHILOCALVS. VIXIT ANN. XVI. D. III. H. V. — Puella XVI. an-  
norum sane uxor Philocali esse poterat.

2669. SEVERINAE || HOSPITAE || SANCTISSIMAE P. AELIVS  
TERTIVS 7 || LEG. III. CYR. — Pisauri. Marm. Pis. p. 23. LIV.  
Mur. 855. 9. Ceterum *Hospita*, ut volunt quidam, honestius h. l. pro  
concupina militis, ut ap. Fabr. p. 754, 605. „MESTRIVS VETERA-  
NVS LEG. XX. ESDRONI CANGIAI QVAM HABVIT PRO VXORE.”  
Contra HOSPITEM Aelia Parthenis vocat Val. Atticum, militem, ap.  
Grut. 564, 5.

2670. D. M || M. SEPTICIO FELICISSIMO || LICERIA SEMME 1)  
HOSPITI 2) B. M. F. — Beneventi. de Vita *Inscriptt.* p. 55, 444.

1) F. SEMNE. 2) *Hospiti* propria significatione h. l. accipit de Vita; omninoque  
dubilat, an in lap. illo Pisaurensi honestiore nomine concubinam significet.

2671. D. M || M. AVRELI VITALLIS. MILITIS CL || PR. AN-  
TONINIAN. RAVENN || NATIONE PANN || III. 1) PROVIDENTIA ||  
STIP. XXVIII. VALERIA FAVSTIENA. FOCARIA 2) || ET HERES  
EIVS || BENEMERENTI || POSVIT. — Ravennae. Grut. 4107, 5.

1) Quadrimesti. 2) i. e. concubina, non legitima coniux, a foco ita dicta. mulier  
quae focum curat. v. *Lexicon Brissonii* s. h. v. Add. Holth. cfr. *Scriver.* ad *Leget.*  
p. 613. et 681. Scaliger v. *Focaria* pro artis nomine habuit in *Ind.* 8. — Vide de  
hac inscriptione, quam unicam propter hoc voc. *focaria* vocat, etiam *Marini Atti* 2.  
p. 478. Habet eandem Donatus quoque T. 2. p. 341, 8., ex quo dedi III. Quadri-



remi, pro III. Triremi. Nec tamen haec unica FOCARIA est in lapidibus; alteram certe reperi:

2672. A. LIVINIUS NEGOTIATOR SVAR<sup>1)</sup> || EMPTO SOLO || IN DIMIDIA P.<sup>2)</sup> SVA || MONVMENTVM SIBI ET || CATINIAE FOCARIAE OBSEQVENTIS<sup>3)</sup> || P. — Compsae. Romanelli *Topografia* T. 2. p. 356.

1) suarius. 2) parte. 3) focariae obsequentissimae.

2673. M. SERVILIUS. M. L. RVFVS || LICTOR. SE VIVO FECIT. SIBI ET || PETIAE C. L. PRIMAE<sup>1)</sup> VXORI. ET || MARCIAE 7. L.<sup>2)</sup> FELICI<sup>3)</sup> CONCVBINAЕ.<sup>4)</sup> OBITAE<sup>5)</sup> || SERVILIAE M. L. APATE. VXSORI SVAE. — Romae. Grut. 631, 5.

1) Primae cognomen esse, neque libertos ab ordine manumissionis numeratos contra Turnebum docet Rein. p. 767. Hae. 2) i. e. Caiæ, s. mulieris Libertae. 3) nota Felix cognomen muliebri. Mur. 1516, 3. 4) cfr. *concupina mei amantissima*. Grut. 640, 8. 5) mortuae. Contubernales dabimus in Capite de servis.

2674. MAMMEDIAE || VICTORINAE || L. CORDIVS || PROCLVS || CONIVGI KARIS || TRIVM LIBEROR || Q. VIX. AN. XXI || B. M. F. — Sine loco. Fabrett. p. 650, 259.

2675. L. APVLEIO || BRASIDE || HABENTI. III. LIB. IVS || DAT. AB. IMP. . . . . || . . . . . AVG || VI. VIR. AVG. ORNAMENT || DECVRIONAL . HONOR || ET AVG. MVN. AEL. KARN || COLLEG. FABR. || PATRONO. ET. QVINQ || OB. EXIMIAM. EIVS. ERGA || SE. LIBERALITATEM || CIVIS. DEDICATIONE. CVM || COLLEGA. SINGVLIS. HS. N. L || ADIECTO. PANE. ET. VIN. DED || L. D. D. D. — Pisauri lapis effossus an. 1770., quem singulari dissertatione illustravit C. V. Hannibal de Oliveriis. Pisauri. 1771. Polcastro. p. 37, 19.

2676. PERSICVS LIBERTVS MANVMISSVS AT. CONSILIVM || PROCVRATORIO NOMINE APVD DOMITIAN. CAES. IN || SECVN. COS || EXERCVIT DECVRIAS DVAS VIATORIA || ET LICTORIA.<sup>1)</sup> CONSVLARES. C. CORNELIO PERSICO || F. HABENTI EQVVM PVBLICVM. CORNELIAE ZOSIMAE || MATRI EIVS. HABENTIVS.<sup>2)</sup> QVATTVOR LIBER. BENE||FICIO CAESAR. LIBERTIS. LIBERTABVS. POSTERISQVE || SVIS. EORVMVE. — Romae. Grut. 631, 2.

1) decurias duas viatorias et lictorias ex hoc saxo affert Mur. 515, 5 Rectius ἐπιζῶς viatoriam et lictoriam citasset. Hae. 2) habenti ius. v. Mur. 1013, 5. 1028, 1. Id. v. Grut. 631, 2. Spangenberg pag. 155. Labus *Dissertaz.* pag. 49. Heinecc. Hauboldi p. 211.

2677. GRAXIAE ALEXANDRIAE || INSIGNIS EXEMPLI || AC PVDICITIAE || QVAE ETIAM FILIOS SVOS || PROPRIIS VBERIBVS EDVCAVIT || PVDENS AVG. LIB. MARITVS || MERENTI. VIX. ANN. XXIII. M. III. D. XVI. — Romae. Grut. 617, 6. correctius ap. Fabrett. p. 188, 428. Cfr. p. 187. XXXVIII.

2678. L. APISI. TITI F.  
MAIAE. L. F.

APISIAE. L. F. F.<sup>1)</sup>

L. APISI. L. F. F.

C. APISI. L. F. F.

ARBITRATV. APISIAE RVFILLAE. — Amiterni. Giovenazzi *Aveia*. p. 61.

1) recte exemplis quibusdam ex Mur. 703, 2. Donio Cl. 2, 35. Fabrett. p. 715. 366. Giovenatus docuit in notis his L. F. F., L. F. designari ingenuitatem Apisiae, L. et C. Apisii; alterum vero F., eosdem filios esse L. Apisii Titi F. et Maiae L. F.

2679. CALVINAЕ || M. SILANI || DELICIO || IVNIAE SP. F. TYRANNIDI || VXORI OPTIMAE || C. ALBIVS LIVILLAE L || THYMELVS || HERC. AVGVSTALIS.<sup>1)</sup> — Tibure. Grut. 1024, 2. (et minus correcte 315, 4.)

1) construe: C. Albius Livillae lib. Herculanius, i. e. Herculis Tiburtini (Grut. 1013, 4.) Augustalis Iuniae Tyrannidi Spuriae filiae, eidemque delicio Calviniae, filiae M. Silani.

2680. VISINIAE (Gor. VISTINIAE) HALLE || DELICIVM HELYCI || ET HELYCENIS LIB. || VIXIT ANN. III. — Sine loco. Fabrett. p. 44, 245. Ib. 247. — SOPHRONENI DELICIO SVO. VIXIT ANN. X. MENS. VI. — Ib. 252. AEBVTIVS IVCVNDVS DELICIA. TYCENIS. De coniuge XVI. annor. ib. 251. Aliae blanditiae: MARGARITION. ib. 253.:

2681. D. M || SEX BRITID || IUVENI MARGARITIONI CARISIMO. VIXIT ANNIS II. MENS. VII. DIEB. XVIII || FECIT. L. VERGIL. ITALIC || ET CLAVDIA LAVDICE. — (Romae.) ISSA et ISSVLA. ib. p. 45, 254.:

2682. L. APONIVS ABASCANIVS. V. A. III. M || VI. T. FLAVIVS ANICETVS ET || Aponia SYRILLA ISSVLO ET DELICIO || SVO FECER. — Romae.

2683. D. M || GENEAIA SVCCESAE || FILIAE DVLCIS SIMAE QVAE || VIX. ANN. XI DIE || XXX || HOC PAT. INFELIX || POSVIT PIE. NATE.<sup>1)</sup> MEREN. ET MATER SIMILEM LACRIMIS TITVLVM SVE PELLICI<sup>2)</sup> IVNIXIT. QVOD FILIA PATRI || FACERE DEBVER. MORS || IMMATVR. FAC. VT FACERET PAT. B. M. — Maceratae. Donati 2. p. 364, 6.

1) pia natae. 2) i. e. deliciae, delicatae suae, corculo suo, ut apud Fabr. p. 373, 102. Donati. Nisi est corruptum ex DELICIAE.

2684. V. A. VII. IN A. P. XII<sup>1)</sup> || P. SCANTIVS || P. L. ANTIQC || GAGVSA.<sup>2)</sup> SIBI || ET SVIS. QVIS.<sup>3)</sup> IN || EIVS POTESTATE || ERVNT. IN F. P. XV. — Ad pontem Cestium trans Tiberim. Grut. 993, 4.

1) nota insolitam traiectionem. 2) haec fortasse corrupta; nec tamen placet Reinesii emendatio Avgvsr. ex Grut. 618, 5. 3) v. Walch. in *Gorii Xen.* p. 87.

2685. D. M || NICERATVS AVGVSTORVM N. SER || PEDAGQVS A CAPVT AFRICAE || AELIAE QVINTAE ET AEMILIAE ANTHVSAE || CONIVGIBVS FECIT. ET SIBI ET || VLPIO VITALI ET DONATO SERVO FIDELISIMO ET ATTEIANIS SVCCESAE ET PRIMITIVAE || ET DVOBVS INCREMENTIS VICTORI



ET || CHRYSOMALLO. ET SI QVI DIO MALO || TEMPTET. RE-  
CEDAT AB HOC SEPVLCHRO. — Florentiae. Marini *Atti* 2. p. 425.,  
quem vide erudite de isthoc voc. *incrementum* pro *filio* vel *alumno* dis-  
putantem. Rarius est etiam illud *Dio malo* pro *malo genio instinctus*,  
nisi corruptum est pro *dolo malo*. A CAPVT pro *ad caput*.

2686. D. M || C. MAMERCIO SP. F. IANVARIO Q. AEDILI.  
PRAEF || II. VIR. Q. ALIMENTAR. ET || PACCIAE LVCRITANAE ||  
P. PACCIVS IANVARIVS || FILIO NATVRALI<sup>1)</sup> ET MA||MERCIA  
GRAPTE MATER || INFELICIS. FILIO ET || COGNATAE PISSIM.  
— Avellini. *Grut.* 434, 4. sed correctius ap. Mur. 746, 4. inprimisque  
Lupulum p. 59. Sine causa pro spuria habuit Maffei A. C. L. p. 338.

1) Puto Paccium Ianuarium, adhuc servum (Ianuarius servile nomen frequentissimum)  
ex Mamercia Grapte genuisse filium matris gentem secutum; nisi velis eundem filium pa-  
trem postea nactum adoptione in matris gentem Mamerciam; uti filii naturales quo di-  
stinguantur ab adoptivis dicuntur alii, v. c. *Grut.* 684, 13. Sed prius hic praeferam,  
quia SP. F. simul inscriptum est. HAGENB. Mss. cfr. *Zaccaria Istituz.* p. 94.

2687. C. MODIVS FELIX || ET C. MODIO FELICI || FIL. ET  
COCCEIO SILVINO FIL. NATVR. ET MODIO RENATO LIB. ET ||  
SATTIAE SILVIAE || VXORI VV. SS. F. <sup>1)</sup> || CAESIAE VENERI. —  
Beneventi. de Vita p. 42. *Zaccaria Istituz.* p. 396. Vides hic a filio distin-  
gui alterum filium naturalem.

1) Vivi sibi fecerunt. de Vita. *Vivis supra scriptis fecit.* Zaccaria.

2688. A. <sup>1)</sup> FVLVI. A. F. CELERIS || FECIT L. OPIIVS VALE-  
RIANVS || FILIO NATVRALI. <sup>2)</sup> QVI VIXIT || ANNIS XV. MESES.  
VIII. DIES. VIII. — Romae. *Grut.* 684, 13.

1) ante A. deesse vid. D. M. 2) Celeri huic duo patres fuerunt, L. Oppius natura,  
A. Fulvius adoptione; neque aliter acceperim *Grut.* 696, 9. C. MODIVS FELIX || ET  
C. MODIO FELICI FIL. ET COCCEIO SILVINO FIL. NATVR. cet. quam Coc-  
ceio illi patrem adoptivum Cocceium aliquem fuisse. Cfr. *Grut.* 179, 3. 434, 4. *Fabr.*  
p. 47. 267, 136, 116. HAGENB.

2689. D. M || AGABROTVS FELIX || VIVOS SIBI FECIT || ET  
MINDIAE EPITEVSI || CONIVGI KARISSIM. ET INCOMPARABILI ||  
CLAVDIANAE || FILIAE NATVRALI || LIBERTIS LIBERTAB. Q.  
POSTERISQ. EORVM. — Pisauri. *Grut.* 752, 10. *Marm. Pis.*  
p. 37. LXXXIII.

2690. DIIS MANIBVS || Q. LOLLII FELICIS. VIX. ANN. LXX ||  
MENSES III. DIES XIX || LOLLIA IONIS FILIA NATVRALIS ||  
IDEM LIBERTA PATRI OPTIMO ET || Q. LOLLIVS FELIX PA-  
TRONO BENEMERENTI || EX TESTAMENTO EIVS HS III M.  
N. || ET EX SVO AMPLIVS ADIECTIS HS III CCC. M. N. FE-  
CERVNT ET SIBI || ET SVIS LIBERTIS LIBERTABVSQVE || PO-  
STERISQVE EORVM. — Romae. *Grut.* 945, 3.

2691. D. RACHIA EVTYCHIA M  
FECIT CN. RACHIO || TELESPHORO PATRONO ET CONIVGI  
CVM || QVA VIXIT ANNIS XXI. MENSIBVS VII. ET CN. PA-  
CILIO FRVCTVOSO FILIO. QVI VIXIT ANNIS X. MENSIBVS VIII.  
DIEBVS XXII. HORIS || V. ET SIBI ET RACHIAE FORTVNA-

TAE FILIAE NATVRALI IDEMQVE SOCIAE || ET LIBERTIS  
LIBERTABVSQVE POSTERISQVE || EORVM. ET SI QVIS HVIC  
MONVMENTO POST ME || ALIQVAM CONTROVERSIAM FACERE  
VOLVNERIT AVT DE NOMINE AVFERRE. INFERET AERARIO  
P. R. H. V. M. N. INFRONTE P. XII. IN AGRO || P. XII. H. M.  
D. M. A. — Romae. Fabrett. p. 47, 266. Sociae scil. conditionis ser-  
vilis vel libertinae. II. V. M. pro HS. V. M. Servitute concepti *Spurii*  
F. quandoque dicebantur, etsi patris ipsius diversum nomen in la-  
pide insculperetur. v. c. Fabrett. p. 46, 258. D. M. C. Iulio C. L.  
Palleo. C. Iulius Sp. F. Col. Palleus patri indulgentissimo. ib. N. 259.  
C. Velius A. F. Scaptia sibi et cuncubinae (*sic*) suae et Veliae Sp. F.  
Tertiae filiae meae. — ib. 260. L. Voluseno Sp. F. — — Agrypnus  
Caes(*aris servus*) fil. pientissimo. Vbi Fabrettus explicat *Spurii filio*, quum  
tamen ipse potius filius *Spurius* esset dicendus.

2692. Confirmat autem sequens lapis usum istum Romanorum, ex  
quo dicere solebant *Spurii filius* vel *filia*, pro *Spurius filius* cet.:

P. VALERIVS SPVRI. F. || MONTANVS VIVVS FECIT || MA-  
TRI ET PATRI || ILARIONI SVRIA. DOMETIA. ET SVIS. — Ve-  
ronae. Maff. Mus. Ver. 143, 4. accuratius quam ap. Grut. 730, 10. et  
742, 5. Contra Mur. 194, 2. PROCVLO SPVRIO MODESTAE LIB.  
FILIO. Vtrumque rectum.

2693. Alii notas SP. F. explicare malebant: Sine Patre Filius; ut sal-  
tem in seq.:

VARIAE. S. P. F || IVSTAE || L. MARIVS || IVNIANVS ||  
VXORI || RARISSIMAE || SANCTITATIS || VIXIT. ANN. XXV ||  
MENSES XI. DIES XVIII. — Quarti. Lupulus p. 60.<sup>1)</sup>

1) qui haec adnotat: „Feminam hanc Variam Iustam S. P. F, sine patre filiam fuisse,  
sive incerto patre natam, vel ipsum VARIAE nomen satis indicat. *Varios* enim dictos  
memini apud veteres, qui *ex vario semine* in lucem emissi erant, cuiusmodi luculent-  
tissimum testimonium ex Lampridio habemus in *Hellog.* C. 2., qui tradit Imperatori  
huic *Varii nomen idcirco inditum a condiscipulis, quod vario semine, de meretrico*  
*utpote, conceptus videretur*, quam rem displicet Facciolatum haud monuisse in v. *Va-*  
*rius.*” De omni hac re porro consulendus ibid. Lupulus, et Cannegieter *Nom. Rat.*  
p. 20., ubi multas Inscriptt. collegit, in quibus potius leg. censet *Spurius filius*  
et *Spuria filia*, quam *Spurii filius* cet.

2694. ANNEIAE SP. F || AMPLIATAE || LIBERTIS LIBER-  
TABVSQ || MEIS || POSTERISQ. EORVM. — Neapoli. Grut. 856, 10.

2695. Adoptionis rarissima sit mentio in lapp. v. c.:

P. AEL. ANTIPATRO MARCELLO || EQ. R. DEC. COL. AP.<sup>1)</sup> ||  
FIL. P. AEL. ANTIPATRI A. MIL.<sup>2)</sup> ET II VIR COL. SS.<sup>3)</sup> ET  
ADOPTIVO || P. AEL. MARCELLI V || E<sup>4)</sup> EX PRAEF. LEGION  
VII. CLAVD. ET || I ADIVT. DABES ET || FILETVS ACTOR. —  
Vindobonae. Grut. 345, 3. correctius ap. Maff. Mus. Ver. 242, 5. (Duell.  
p. 16, N. 5.)

1) Apulensis. 2) a militibus; si Maffei recte interpretatus est literas ligatas huius  
saxi, ut id exhibet Duellius. Sed HAGENB. observat probabilius fere interpretandum  
FLAMINIS. 3) Supra scriptae. 4) Viri Egregii. Sed Grut. V. ET. ex literis legatis  
VTE. unde Hagenbuchio magis placet VETERANI.



2696. AVR. CENSORINO VET || BENIGNISSIME MEMORIE || VIRO QVI VIXIT AN. LXXX. P. M<sup>1)</sup> || VALLEA VXOREI<sup>2)</sup> VAL || PROBANTIVS ADOP.<sup>3)</sup> FILIVS || BM. DISPOSVERVNT. — S. l. Donati 2. p. 279, 6. ex Passioneo.

1) *plus minus*. 2) leg. VXOR ET. 3) *adoptivus s. adoptione*: cfr. Grut. 346. 2. quod dedimus in Capite de nominibus.

2697. D. M || OLVS PVBLICIVS || POLYTHIMVS. TVTOR TITI FLAVI A||GATHANGELI PVPHILI SVI MATRI || SEXCTAE FORTVNATAE. DEFVNCTAE LOCVM EMIT. MASSAM || CALCAVIT. CVPAM AEDIFICAVIT. DE BONIIS EIVS OMNIBVS. CONSVMMAT. \* CCXXV. CVR || FAC. — Romae. Don. p. 381, 6. (Fabrett. Cl. 1. 115.)

2698. ANNIAE || SEFATRINE<sup>1)</sup> || SILENIO Q<sup>2)</sup> || POSVIT. — Perusiae. Lanzi *Saggio* T. 2. p. 428. Vermiglioli *Iscriz. Per.* T. 2. p. 335.

1) in hoc nomine Lanzius agnoscit digamma pro SATRINAE. 2) P hoc inversum vel simpliciter significat Pater, ut in seq.:

2699. AVFIDIENVS C. T || VOLFRENSVIA || AVFIDIA C. T || TERTVLLA. Melazzo prope Tuder. Vermiglioli l. l. — inversum F nil aliud denotat, quam *filius* et *filia*: vel Probum in Notis si audiamus, T significabat *Pupilla*: unde hoc quoque loco explicari possit *Pupillae*.

2700. HERCVLI. BVLL || M. VLPIVS || AVG. LIB || TIMOCRATES. AEDITVS || D. D. — Romae. Visconti *Museo Pio-Clem.* 3. p. 114. (bullam, ut ap. Grut. 25, 2. IVNONI. BVLLAM.)

2701. L. RAGONIO L. F. PAP. TVSCEN<sup>1)</sup> || QVINTIANO C I<sup>2)</sup> || OB HONOREM || TOGAE VIRILIS || VERECVNDIVS SER || DOMINO OPTIMO. — Asuli. v. Lazzari *discorso sopra alcune iscrizioni Asolane* in Calogera *Racc.* 40. p. 339. Similem eidem positam inser. habet Grut. 580, 11. et 463, 2. Fuit Cos. p. Chr. 235. v. Lazzari l. l. p. 343.

1) Tuscennio. 2) Clarissimo Iuveni. non *Civi*, ut dizinabat Lazzari.

2702. L. RAGONIO L. F. PAP. VRINATIO LARCIO. QVINTIANO COS. SODAL || HADRIANALI LEG || LEG. XIII. GEM. DONIS || MILITARIB. DONAT. AB. IMP . . . || ANTONINO AVG. PRO || COS. PROVINC. SARD || IVRIDICO PER APVLIAM. PRAEF. FRVM. DAND || PRAETOR. AEDIL. Q || PROVINC. AFRIC || SEVIR || CHRYSOPAES. EVTYCHES . . . SERVI || DOMINO OPTIMO. — Cfr. Grut. 45, 9. et 1029, 1.

## C A P V T VIII.

## NOMINVM RATIO APVD ROMANOS.

Legitimus ordo nominum, militum praecipue, signandorum hic erat: praenomen, nomen gentilicium, nomen patris, tribus, cognomen, patria. Cfr. Grut. 506. lin. 11, 17. 507. l. 9, 13. v. c.:

2703. L. MARIVS L. F. FL. CANDIDVS SISCIA. — Romae. Fabr. p. 510, 515.

2704. L. DVCCIVS || L. F. VOL. RVFI||NVS VIEN || SIGNIF. LEG. VIII || AN. XXII || H. S. E. — Eboraci. ib. N. 515. Idem Fabrett. p. 511. aliquot inscriptt. ab hoc ordine aberrantes collegit.

2705. IMP. COMMODO AVG || N. VII. ET P. HELVIO || PERTINACE † ER COS<sup>1)</sup> || COH. X. VRB. TI CL || PLAVTIVS TI. FIL || FABIA RECEPTVS || ROME. STIP. XX. O. CASSI || ET L. VETTIENVS. L. FIL || RESTVTVS. STIP. XV || O. POLLIONIS CAMERIAE MARTI VOTVM L. B. S.<sup>2)</sup> — Romae. Grut. 56, 4.

1) p. Cbr. 192. Deflectit saxum hoc in positu et ordine verborum ab regula, quam vulgo lapides militares tam sepulcrales quam votivi sequuntur, quae hanc potius ordinem suasisset: Ti Cl. Plautius (duobus gentilitiis nominibus usus, ut alii multi, illo iam aevo) Ti Fil. Fabia (tribu) Receptus, domo Roma, Miles Coh. X. Urbanae, centuria Cassii, Stipendiorum XX. et L. Vettienus L. Fil. (tribus huius deest) Restutus, i. e. Restitutus, (compendio marinarum in hoc cognomine inprimis solito) domo Cameria, Miles Coh. eiusdem, centuria Pollionis, stipendiorum XV. Saxi ordo turbatior et impeditior fraudi fuit Scaligero, ut daret *Ind.* 6. *Centuria Pollionis Cameria*, nullo sensu. Cameriae enim aequae ac ROMAE patriam notat, quam communiter ablativo exprimi solitam interdum et gignendi causa occurrere observavi. Quod Plinio Camerium neutr., Livio Cameria fem. ut saxo huic. HAGENB. 2) libentes solverunt vel libens. adverbial. Id. (cfr. Grut. 63, 2.)

2706. Praenomina interdum omnibus literis scripta reperiuntur:

D. M || AVR. ALBANAЕ || CONIVGI B. M || INCOMPARABILEI (sic) QVAE || VIXIT ANNIS XXIII. MENS || II. D. XIII. MARCVS AVRELIVS || MAXIMVS MARI||TVS. FECIT. — Romae. Giovenazzi *Scholia ad T. Livii Fragm.* p. XXXIII.

2707. D. M || GLYCERO V. A || IIII. GAIVS IVLI||VS EVTYCHVS || ET IVLIA EVCHE || FILIO DVLCISSIMO FECERVNT. — E schedis Barberinis. Fabrett. p. 29, 156.



2708. D. M ■ L. 1) BAEBIO CALLISTIANO ■ Q. VIX. ANN. II.  
MENS X ■ DIEBVS XXV. BAEBIA FAVSTINA ■ ALVMNO KA-  
RISSIMO FECIT. — Perusiae. Vermiglioli *Iscria. Per.* T. 2. p. 325.

1) „Ecco un fanciullo, che non giugnendo a tre anni di età ha il suo prenome. Se questo avessero i fanciulli è una quistione trattata da più eruditi. Il Castiglione (*Thesaur. Antiq. Rom.* T. II.) provò con chiarissimi esempi che i fanciulli ebbero prenomi, anche prima di giugnere ad un anno, e forse fino dal dì del nascimento.” Idem. Huius generis quam plerumq; sane supersunt, veluti:

2709.

C. IVLIVS SP. F. MAXIMVS

VIXIT ANNIS II. MENSIBVS V

ATROX. O FORTVNA TRVCI QVAE FVNERE GAUDES

QVID MIHI TAM SVBITO MAXIMVS ERIPITVR

QVI MODO IVCVNDVS GREMIO SVPERESSE SOLEBAT

HIC LAPIS IN TVMVLO NVNC IACET ECCE MISER.

— Romae. Marini *Acti* 2. p. 655.

2710. OSSA ■ IVLIAE C. L. DONAT ■ PVERO NATO ET  
NOMINE ■ IMPOSITO 1) EST MORTVA. — Fori Sempronii. Do-  
nati 2. p. 566, 12. ex Passioneo *Append.* p. 161, 12.

1) notandum hoc.

De praenominibus consule Fabrettum Cap. 1. et Zaccaria *Istitu-  
zione* p. 69. seqq. Nos rariora quaedam delibabimus.

APPIVS:

2711. CLODIAE VIR. VEST ■ APP. CLODII F. PHSS ■ C. CLO-  
DIVS C. F. — Romae. Fabrett. 50, 158.

2712. APP. MADIO EVIDEMONI SENIORI ■ APP. MADIVS  
EVDAEMON FIL ■ ET MADIA ZOE ■ COIVGI B. M ■ FECERVNT.  
— Ibid. Fabrett. 50, 159.

AVLVS s. OLVS. v. c. OLVS CAESENIVS FORTVNATVS. —  
O. TERTVLL. FIL. — Fabrett. p. 26, 116. 118. OLVS TERE-  
TIVS PVDENS VTTEDIANVS. — Maffei *Mus. Fer.* 259, 1., ubi ta-  
men Seivert p. 40. habet VOLVS. OLVS certus est etiam Mur. 1524,  
10. et sic pronuntiasse Latinos aliquando patet ex inscript. bilingui  
Musei Nariani (*Biagi Mon.* p. 124.):

2715. A. COSSINIVS PHILOCRATIS (sic) PVTEOLANVS ■ ΑΙΟΣ  
ΚΟΨΙΝΙΟΣ ΦΙΛΟΚΡΑΤΗΣ ΠΟΤΙΟΛΑΝΟΣ ΧΑΙΡΕ. — Cfr. Gell. *N.  
A.* 17, 21, 17. ubi editur *Olus*.

COSSVS vix praenominis loco habendum est. v. Marini *Acti.* 1.  
p. 86, 105.

FAVSTVS contra praenomen est, etsi obloquente Fabretto. v. Ma-  
rini *Acti* p. 76. 92., 96. 517. v. c. in Act. *Frat. Arv.* Tab. XIII. FAV-  
STVS CORNELIVS (*Sulla*). Cfr. Marm. Pisaur. p. 196.

HERIVS.

2714. C. PLACENTIVS. HER. F. MARTE SACROM. — In  
aerea lamella apud Fabrett. 27. LV.

MANIVS in lapidd. scribitur NV. Sed omnibus literis:

2715. MANIVS || AEMILIVS LEPID || STRATO ROGATOR ||  
IN FRONTE P. XII || IN AGRO P. XIIIX. — Romae. Oderic. p. 530:

NVMERIVS frequenter in primis legitur in lapp. Pompeianis recens effossis. Cfr. Fabrett. 30, 145. OCCIVS inter praenomina refert Mur. 1326, 7., sed parum probabiliter. PAVLLVS praenomen gentis Fabiae. v. c. Act. Frat. Arv. Tab. 1. PAVLLVS FABIVS Q. F. MAXIMVS. v. Marini p. 13. 76. et Fabrett. p. 23.

Hagenbuchius de hoc praenomine ita disputavit: „Ex Gordonii *Itinerario Angliae septentrionali* Maff. Mus. Ver. 416, 1 et 4:

1.

2716. DIS DEABVSQ  
P. POSTVMIVS  
ACILIANVS  
PRAEF  
COH. I. DELM.

locis non indicatis.

voc. *Postumius*;

voc. *Paulus*;

4.

2717. PRO SA . . . .  
ANTONINI AVG. PII  
PAVLVS P. F. PALATINA  
POSTVMIVS ACILIANVS  
PRAEF. COH. I. DELMATAR. —

Maffei in suo Indice nominum:

„P. Postumius Acilianus. 416, 1.”

„Paulus Postumius Acilianus. 416, 4.”

Nonne in utroque lapide idem homo referri videtur? Tunc P. loco 1. non, ut vulgo, *Publius* praenomen erit, sed *Paulus* praenomen. At temere neque in loco 4. legerim P. siglam *Paulus*, neque PAVLVVS Gordonii loc. 4. extense perperam scriptum pro P. solo (i. e. *Publius*) coniecerim. An pro PAVLVVS legemus P. AELIVS? Tunc ex nominibus gentilicis duobus loc. 1. positum modo esset posterius, priore plane omisso, ut saepius. Fortasse praestat loc. 1. patrem, loco 4. filium agnoscere, qui patri in Praefectura Coh. I. Delmatarum successerit, paternoque praenomine dictus *Publius* non sit, sed *Paulus Publii Filius*, quae praenominis *Pauli* raritas effecerit, ut P. F. PALATINA incidere-  
tur ante POSTVMIVS.

PAVLLIO AEMILIO PAVLLI F. PALatina REGILLO in Grut. 348, 9. legitur, Scaligerumque notat Fabrettus, p. 23., qui in suo nominum indice dederit, non voce *Aemilius*, sed, quasi praenomen non esset, voce *Paullus*. Gruteri saxum nititur *αὐτοψία* Schotti et schedis Pighianis: at Metelli schedae habent *Paullo Aemilio P. F. Pal. Regulo*. Bibranus magis etiam variat: *L. Aemil. Paulli F. Paulli N. Regillo*. Ut ineditum dederunt Fabrettus p. 459, 79. et Murat. 668, 5.”

POSTVMIVS. v. Fabrett. p. 30. 157. ubi tamen dubium, an sit verum praenomen: POSTVMO || TVSSANIO CN. F. ANI (sic) PROCVLO.

PRIMVS. — PRIMI PAMPHILI SECVNDI. — Maffei Mus. Ver. p. 145.

PVPVS pro praenomine habet Zaccaria p. 73. ex lap. Mediolanensi ap. Maff. Mus. Ver. p. 569, 6.:

2718. D. M || PVPI ACVTI || IVSTINI || VIRILLIENA || CRESCENTINA || MATER INFELICISSIMA || FILIO. — Sed est ve



*Pupil*, vel *Pupus* est ὑποχορηστικόν, i. q. delictum, delicatus, ut ap. Marini *Atti* 1. p. 263.:

2719. D. M. S || PVPVS TORQVATIANVS || FILIVS BONVS QVI SEMPER || PARENTIBVS OBSEQVENS || VIXIT ANNIS VIII. M. VIII. D. XIII || ITEM ALIVS PVPVS LAETIANVS QVI || IDEM FIL. BONVS ET OBSEQVENS || IDEM PARENTIBVS VIXIT ANNIS || N. V. M. VI. D. VI. POSVERVNT GAIIVS ET EVCHARIS PARENTES || FILIS DVLCISSIMIS. SED NON HOC || MERENTES A VOBIS. QVI SIBI SENSERVNT. III. IDVS SEPT. EX QVIBVS VNVS VIXIT IN || XI. KAL. OCT. ET ALIVS IN III. KAL. EASDEM. — Romae. Et ita explicari praestat, quamvis HAGENB. PVPI. in lap. Mediol. legit *Pupii*.

QVARTVS agnoscit quidem Fabrett. p. 24., sed HAGENB. de eo dubitat, *Quartiniam* gentem potius intelligens in hoc lapide:

2720. \* QVART. ANIVS QVAR. F. POLL<sup>1)</sup> || SATVRNIVS || VERONA || MIL. LEG. V. AVG. PRAEF. VIGIL<sup>2)</sup> || PROCVRATOR VIGESIM. HAERED || ET QVARTINIA BABAERIA || VXOR FECERVNT H. T. I. S || H. M. D. M. ABES || IN FR. PED. XVIII. IN AGR. P. XXV S. — Fabrett. 24, 108. Ex schedis Barberinis. Habent etiam Spon *Misc.* p. 203, 4. Don. VI. 75. Mur. 779, 3. ex Maffei *Ver. ill.* Tab. 4. *Inscript.* 32, 14.

1) Spon rectius PUBLICIA. 2) id. PIAE. VIGIL., quod inauditum est legionis cognomen; neque omnino hic lapis extra suspicionem *voratus* positus est.

SALVINVS. v. Fabrett. p. 28. ex Grut. 559, 8. OSSA SALVINI SEMPRONI. CERONI. — it. SAL. PEDVSIVS DEXTER.

2721. C. PETILIVS M. F. RVFVS || T. FLAVIVS. SAL. F || C. F. C. — Sancti Severini. Mur. 1724, 3. cfr. ib. 1456, 14. Talia, veluti *Numerius Pompeius*, passim per municipia videntur obtinuisse inter tenues sermonis morumque antiquorum reliquias.

SECVNDVS. De hoc ita Hagenbuchius in *Epistola inedita* ad Schoepflinum, anni 1755.: „Inscriptionis Gudianae 62, 7.:

2722. DIS PARENTIBV

S. VINNIA MODESTA

V. S. L. M. — Veronae. — S versus secundi initiale cum PARENTIBV versus primi iungendum esse, ut exeat PARENTIBVS, atque adeo S siglum non esse, quod aut *Sacrum* significet, aut mulieris, quae votum solvit, praenomen *Secunda* sit, ad suavissimum Lamey nostrum scripsi, quum in mentem mihi venit inscriptionis tuae, quae si in ea praenomen femininum *Secunda* locum habere debet, haberi rarissima omnium tuarum meretur. Nam „*Secundi* praenomen in lapidibus rarum, sed *Secundae* rarissimum.” Agnoscis verba tua ex *Alsaciae* p. 449. extr. Ego vero neque Reinesio, quem unum citas, temere accesserim, praenomen *Secundus* tuenti, causam vero suam, Ligerianam, Fabretto p. 25. non approbanti. Multo autem minus muliebri praenomen *Secunda* admiserim, nisi certis et indubiis firmetur lapidibus; potius in eo inter-

pretando ab more et regula communi puto deflectendum non esse. Quid magis obvium in titulis veterum votivis, quam huic vel illi DEO SACRVM? Cur tuum non legemus sic: DEO MERcurio Sacrum. VICTORINA NATALIS. EX Voto Posuit. Lacta Libens Merito.? Femina haec tanto minus praenomen habuit *Secunda*, quod ne nomen quidem gentilicium habeat, sed duo cognomina; quomodo et alia ex Schannato a te p. 472. producta VICTORINA PRIMITIVA. iam olim a Grut. 7, 6. edita. Wormaticensis haec *Victorina Primitiva* me impedit, quo minus *Victorina* saxi tui a me *Natalis* uxor fuisse credatur, ellipsi alias Latinnissima, ut *Terentia Ciceronis*, v. Fabrett. p. 56."

SEPTIMVS. — SEP. ANICIVS DAMA. Grut. 527, 1. sed Hagenbuchius hoc quoque explodit, quum sit *Septimius*.

(OCTAVI et NONI praenomina nonnisi ex saxis Ligorianis, a Fabretto p. 25. recte reiectis adstruuntur a Reincσιο.)

SERVIVS. SER.

SEXTVS.

2723. SEXTO || TVTILIO || ACVTO SEXTVS || TVTILIVS OPTATVS || L. PATRONO SVO || POSVIT || IN FRONTE PEDES XII || IN AGRO PEDES XII. — Romae. Fabrett. p. 50, 144. alibi SEXT. et SEX.

SPVRIVS v. in Capite de matrimonio.

STATIVS v. Fabrett. p. 27.

2724. STA. ARRVTIVS || FLORVS H. S. EST || L. NOVIVS DECEMBER || POSVIT. — Romae. Fabrett. p. 27, 120. cet.

TAVRVS. In rarioribus hoc quoque censendam est, sed indubitatae tamen fidei, in gente saltem Statilia:

2725. T. STATILIVS TAVRI L || CNIDVS || STATILIA T. L || PHILEMATIVM. — Romae, Marini *Atti* 4. p. 43., quem consule. Utrobique T. leg. Taurus, Tauri., ut et in seqq.:

2726. STATILIA. TAVRI L || ALBANA PIA IN SVOS || HIC REQVIESCIT. V. A. III. — Romae.

2727. T. STATILIVS || TAVRI L. SYNISTOR || SVPRA CVBICL. 1) — Romae. Marini l. l.

1) *cubicularios*.

TERTIVS. v. Fabrett. p. 23. ex Grut. 465, 9. et 1109, 1. ac Maffei *Mus. Ver.* 125, 7.:

2728. DIS. MANIBVS || TERTIVS || VERCOBIVS || SVRVS || ARNIESE. 1) CREMONA || MIL. COH. XII. VR. 7. ROSCI || MIL. AN. VII || VIX. AN. XXVII || POSVIT AVLVS. CAESSENIVS. PVDENS FECIT. — Veronae.

1) *Arniensi tribu*.

VIBVS et fem. VIBA, praenomen, quod Scaliger *Ind.* 19. *Grammat.* agnoscebat, Fabrett. p. 50. et *Emendatt. Grut.* p. X. recte docuit; nihil aliud esse, nisi notissimum illud V. oppositum nigro illi O.; *Vivitque*, sive *vivus*, *viva* explicandum.



2729. Duo praenomina interdum unus idemque gerebat; ex quo posteriorum temporum more ignorato errores interdum suborti sunt, ita ut saxorum interpretes de duobus hominibus cogitarent, ubi de uno dumtaxat sermo esset. Cfr. Marini *Atti* 1. p. 234.:

L. POMPEIO VOPISCO C. ARRVNTIO CAPELLIO CELERE. item p. 354. 677. 735. Iste mos ex adoptionibus maxime videtur explicandus.

2750. Veterem illam et pervagatam de feminarum praenominibus quaestionem, vel a Forcellino v. *Praenomen* in compendium redactam, hic recoquere non vacat. Nostrum potius est critice perlustrare singula illa a magno Scaligero in *Ind. Grut.* 49. relata, ut quid inde colligendum sit, cuique constet. Adiunximus alia quoque Muratoriana.

A. (AVLA) Grut. 841, 7. *A. Aemilia* in lapide Hispaniensi exigua sane fidem meretur. 853, 41.:

A. VIREIA. Sed lapis ipse habere dicitur AVRELIA. 930, 9. A. FINIAE iungendum est AFINIAE. Cfr. Mur. 670, 4. 4292, 8.

B. *B. Valentinae*. 888, 7. quod vel ex errore aliquo natum, vel significat *Vivae*.

AP. (APPIA) prodit ex una Ariminensi Garuffii, notissimi falsarii, Murat. 1642, 1. Agnoscitur tamen a Cannegiet. *Nom. Rat.* p. 9.

C. (CAIA) 523, 41. *C. Samniae*, sed 524, 9., ubi idem titulus datur, deest praenomen, ut et apud Grasserum in Nemausensibus. — 416, 2. *C. Comisiae Ariadnes*. sed apud Maffei *Mus. Ver.* 166, 5. in alio simpliciter est *Comisidiae Ariadnes*; quocirca C. in titulo Grut. iungendum videtur cum praecedentibus T. F. *testamento s. titulum fieri curavit*. — 452, 4. *D. Planciae* Hispaniensis est spuria. — 539, 8. *D.* significat *Centuriae*. — 677, 42. *D. Clodiae*. Haec tandem indubitata videtur, quum Smetius *ἀνιόπτης* perhibeatur. — 740, 4. mutilus est lapis Veronensis Saraynae. — 759, 4. C. ATILIA potius est CA-TILIA; praeterea totus lapis suspectus est Maffei A. C. L. p. 205. — 799, 4. C. LARTIA. est CIARTIA. v. Fabrett. *Emendat. Grut.* p. V. — 872, 9. eademque repetita 976, 7. *C. Fulvia Quintia*; huic quidem nihil apponere queo. — 922, 17. C. SENTIAE. MILIAN. viri monumentum est, scilicet C. SENTI. AEMILIANI. HAGENB. — 975, 4. *C. Fanniae C. L.* e Scardeonio, cuius exigua est auctoritas. *Caia* scribebatur etiam K. v. c. de K. *Artoria* 523, 2. vix erit dubitandum. Contra *Y.* in 995, 8. est notissimum illud *D. L. Caiae liberta*. K. in Semigraeco illo 671, 44. legendum *καὶ Φηλίνας γονεῖς*. HAGENB. ita K. significat *καί*. 684, 5. Cfr. denique Mur. 4428, 4.

CN. (CNEA) 974, 5. CN. *Cocciae Irene* prorsus dubium fit collatis 974, 2. et 726, 8. Contra 783, 6. CN. *Liburnia Epictetis* Smetii nititur fide; neque reiicienda GNAEA 274, 2.

D. (DECIMA) 754, 10. ex satis ridiculo errore, quum sit *Dis* — — *Manibus*. Idem accidit Scaligero 946, 17.

T inversum L: 130, 7. quid sibi velit, obscurum est.

L. (LVCIA.) 335, 14. *L. Macedonicae* ex lap. Hispaniensi suspecto. — 347, 5. L. AELIA. ex lap. mutilo et corrupto, legendumque fortasse LAELIA. — 352, 2. LVCIA VALENTINA. omnibus literis scriptum gentilicium est nomen. — 438, 4. *L. Caecilia Alentina* est lapis Verderianus. Sic rursus 441, 9. Maiorem utique fidem meretur 447, 3., quod repetitur 448, 9: *L. Peduceae Iulianae*; ex schedis tamen profertur. Contra 528, 8. L. AVRELIA. SATVR. videtur potius *L. Aurelianus Satur*. — 576, 5. legendum est *Zmaragdi L.(iberti) Domitii Apollinaris (serui) Cubicularii*. HAGENB. 627, 9. *L. Lartia* admodum est dubia. — 633, 10. *L. Pomponia* est *L. Pomponianus*, ut rectius idem Scaliger *Ind.* 20. — 734, 1. *L. Rutilia Severina* debetur Pingonio. — Minus suspecta est 752, 9. L. AFRENA. C. F. SECVNDA. — 757, 1. L. ARCIAE est LARCIAE. — 787, 5. *L. Gemin. Myrines*: „L. non habet lapis.” Gud. — 845, 8. L. est *quinquaginta*. — 859, 1. pro L. ATILIAE CVPITO. Zachar. *Excurs. lit.* p. 53. rectius dat L. ATHLIO CVPITO. — 864, 7. (Mur. 1077, 1.) est lapis Hispaniensus, e schedis duntaxat prolatus. — 867, 6. L. significat *Libertus*. HAGENB. — 886, 6. *L. Liberta*, collatis 885, 5. et 951, 11., ubi accuratius repetitur. — 901, 22. L. APPIA lege LAPPIA. Fabrett. — 954, 2. L. rursus est *Libertus*, iudice Hagenbuchio: idem valet de 959, 11. *L. Liberta*, item de 968, 6. et 999, 7. — Pro *Lucia Filiacula* Grut. 441, 9., quae erat suspecta Maffei A. C. L. p. 340., lapis ipse, teste Labus *Dissertaz.* p. 29. habet L. FILIA. PACVLA. — Murat. 1050, 1. est Hispaniensus suspectissima. *Ibid.* 1244, 1. e schedis, procul dubio Ligoriana.

M. (MARCA.) 372, 3. *M. Aureliae Marcellinae* ex lapide Hispan. Sed ubi primum legitur 325, 8., praenomen rectius abest. — 554, 3. *M. Munatiae*. M. residuum videtur formulae D. M.; idemque valere arbitror de 754, 10. Sic et 885, 14., quod repetitur 1042, 10.: M. *Manibus* potest significare; etsi est lapis Hispaniensus in gratiam praenominum *Publiae* et *Marcae* fortasse confictus. *Manibus* lego etiam 910, 4. Magis dubium est 961, 6. M. ARVLEIA. C. L. HELPIS.: etenim haud nimis placet *Maruleia*. — 1041, 9. *M. Vlpia Modesta*; sed Apianus p. 255, 2., ex quo habet Gruterus, praenomen ignorat, quod errore aliquo natum videtur ex praecedente D. M. — 977, 13. M. bis inversum: N. Scaligero praenomen est mulieris: nos de lapidibus Hispaniensibus ubique ambigimus. — De lapide P. Servii apud Cannegieter *Nom. Rat.* in Praefat. valde dubito.

N. (NVMERIA) etsi cum Petro Servio agnoscit Cannegieter *ibid.* omnino est explodendum: nam 680, 14. pro C. DIDIVS CELER || N. IVNIA MARCELLINA. in lapide ipso legitur C. DIDIVS CELER || N. ET IVNIA. v. Maffei *Osservaz. letter.* T. 4. p. 356. ita, ut verum sit: C. DIDIVS CELER||N. ET IVNIA. — 882, 10. N. ARENIA apud Apianum p. 441. recte iungitur NARENIA.

P. PVBLIAE contra praenomen non possum non agnoscere: etsi in hoc quoque saepius decepta est Scaligeri diligentia. Sed singula videamus, veluti statim in omnium primo 15, 5. P. VINIA. lapis ipse



habet RVTHILIA. — 311, 5. titulus est merito suspectus Maffieio A. C. L. p. 204. Contra indubitatum, puto, erit 316, 2.:

2731. PVBLIAE. AELIAE. IVLIANAE || MARCELLAE S. P. FIL. P. AEL. IVLIANI || EQ. R. FLAM. ET II VIRAL. COL. APVL. ET AD OPTIVE. P. AEL. MARCELLI. VET. EX. PR AEF. LEGG. VII. CL || ET I. ADIVT. DADES || ET FILETVS ACTOR. — Albae Iuliae. qui lapis quinque testibus nititur, nec suspecti quidquam habet, etsi singulare est illud S. P., quod explicant *Sanctissimae Puellae*. Est *SPuriae*. Observandum, haberi aliquot praeterea titulos Dacicis et Pannonicis, in quibus *Publiae* leguntur: 345, 10. *P. Valentina*, 437, 1. *P. Iulia Successa*: item 517, 1. et ead. pag: 41., ita ut istud praenomen illis in regionibus obtinuisse videatur. Nec video quid opponi possit, nisi cavillari velimus, 348, 7. (P. AEMILIA CYNEGIS) — 646, 4.:

2732.     VIV.

P. ALBIVS D. L || CINVS. PROPOLA || AL. SIBI ET || LANIAE M. F. TERTIAE || P. LANIAE. M. F || SECVNDAE || AGRO. PEDV. XV. — Narbone, ubi simul notandae *Secunda* et *Tertia*. Item 687, 8. *P. Ianuariae*. — 741, 2: *Publiae Pagatae* s. *Pacatae* omnibus literis scriptae. — 763, 10. *P. Aelia Artemisia*: „vidit Smetius.” — 879, 3. *P. Mansueta*. — 994, 1. *P. Noniae Proto*. Contra 570, 6. *Leg. XXII. P. PACEI*—A. legendum est, iudice Hagenbuchio: *Leg. XXII. PRimigeniae ACCEPTIA*. — 749, 3. *P. ACCIAE*. iungit Fabrettus: *PACCIAE*. — 768, 8. *P. est Patris*. HAGENB. — 797, 10. *P. IVSTIA*. „P. non habet lapis.” Gud. — 885, 14. est lapis Hispaniensis, qui repetitur 1042, 10. vide supra in M. — 982, 7. ex Pingonio, suspecta inscriptio. — 991, 13. ex Walch. *Xen.* p. 121. emendandum *P. Rabirius* pro *P. Rabinia*. — 476, 9. *Turriae Ariniae* *P. Turranae*. incertae omnino est lectionis. — 751, 5. *PP.* dignitatis est nota, *Praepositus* v. c. vel *Praefectus*.

Q. (QVINTA) Maximam utique habet speciem 992, 11. *Q. Salustia Athenais*. Contra 588, 9. notula inspecta probabile fit, Q. nihil aliud esse, nisi solitum illud lapidum ornamentum, modo hederac folium, modo Graecorum  $\Phi$ . referens, nec vero, ut olim quidam opinabantur, cordis maerore afflicti significatum habens, sed arbitrarium omnino, et puncti tantummodo locum obtinens. — 857, 13. lapis est suspectus. — 872, 8. (integrius 413, 10.) *Q. F.* solita significatione est *Quinti filia*. — 683, 8. pro Q. TI. F. *FIRMINAE* Hagenbuchius rectissime legit *CL. i. c. Claudiae* cet. Omnibus vero literis scribitur in sequente 584, 9.:

2733. QVINTAE || GAMI. MARTIAE || N. L. F. AN. VI || ATTICVS Á MANV || SPONSVS || LOC. D. EX D. D. — Romae. quod quidem, nisi Smetii aliquatenus vetaret  $\alpha\nu\rho\rho\pi\lambda\alpha$ , pro gripho Ligoriano haberem. Nam ut mittam sponsum puellae sexennis, qualis octennis etiam 837, 2., quid sibi vult illud GAMI? dein N. L. F.? a cuiusnam manu Atticus? cur tandem puellae eius generis, Romae praesertim, locus datus ex decurionum decreto? Ludenti Ligorio non

decrant certe nec lapidarii, nec lapides ad talia, si lucrum ipsi procurarent, incidenda. Nihil tamen definitio. Pertinet huc etiam sequens:

2734. QVINCTAE NONIAE || RVFAE ET || NONIAE Q. F. — Quinctulae. In agro Rhegiensi. Grut. 882, 5. Mur. 1734, 5.

SEX. 334, 1. incertae est lectionis. Cfr. Maffei *Ver. illustr.* 4. p. 143. Speciosius utique est 934, 8.:

2735. D. M. S || ANNAE FORTVNATAE || SEX. CETHECILEA.<sup>1)</sup> PA||TRONAE. — Romae. (1) *Cethegilla Reines.*) et 962, 12. *Sex. Avidia Sex. L. Prima.*

T. (TITA.) 482, 2. *T. Petroniae Rufinae*; sed vide, ne T. cum praeced. iungendum Q. *Ann.*, corruptumve sit. — 550, 7. *T. Iulia Valentina.* — 792, 9. *T. Cornelius Marcellinus* || *T. Paternia Florina.* „Fortasse leg. eT ligate ET vel TE.” HAGENB. idemque prorsus valet de praecedente. — 835, 12. *T. Anniae Dariae.* Reperitur T. hoc femininum in lapp. Narbonensibus, Gratiopolitanis et Arelatensibus, ita ut, sicubi sincerum est, ad morem aliquem illius tractus Galliarum sit referendum, quemadmodum simile aliquid vidimus in praenomine *Publia.* — 859, 14. et Zachar. *Marm. Salon.* p. 23, 11. *T. Attiae Laemontinae.* — 880, 9. T. MAXSVMA. TEST. F. I. Sed Murat. 1709, 13.: T. MAX. ET SALVIA. TES. FIE || IVS. — 974, 11. *L. Eranus sibi ET. T. O. Munniae L. L. Primulae*, ubi vide ne T. temere sit reduplicatum ex praecedente ET. Certe enim debebat esse ET. O. T. *Munniae.* Idem valet de 991, 9. *Herma sibi ET. T. Hedistiae Quintae sive Hedistae Quintiae.* — 879, 4. TITA MARCELLINA, omnibus literis scriptum exstat in titulo admodum suspecto, et a Pomponio Laeto, ut videtur, conficto. Inversum T, L incerta sane significatione bis legitur 130, 7. et 754, 7.

TI. (TIBERIA) 892, 9. *TI. Aelia M. F.*, ex lap. Hispaniensi. — 909, 15. corruptum, et viri potius praenomen videtur TI.

DIV. Ex Grut. 799, 6. DIV. LELIAE. ATILIAE., DIV. quoque inter feminarum praenomina retulit Scaliger, sed Gudius 271, 4. rectius habet: DEVILLIAE. ATTILIAE. Cfr. omnino Fabrett. p. 373.

His addamus, quae Fabrettus p. 50. a se visa collegit:

2736. DIS. M || C. 1) GAMICE || C. DIODOTO || CONIVGI || POSTQ. SVIS. — Romae. Fabr. 30, 146.

1) p. 373. ipse Fabr. dabitur, annon leg. sit CLaudia.

2737. L. VIBIO L. F. AN || ASPRO || SEXT. FAVSTINAE || CONIVGI || BENEMER. FEC. — Ibid. ib. 31, 147.

2738. L. SEPTIMIAE PATA||BINIANE. BALBIL||LE TYRHAE || NEPOTILLE ODAE||NATHIANAE. CQ || AVR. PVBLIENA ELPIDIA NVTRIX || PATRONAE DVLCIS||SIME ET AMANTISSI||MAE FELICITER. — Ibid. ib. 31, 148. Mulierem hanc tot nomina habere monstri instar videtur Oliverio ad *Marm. Pisaur.* p. 106.



2739. L. BAEBIAE || SALVSTIAE || CRESCENTILLAE C. F. 1) || VETERIS || SANCTITATIS || MATRONAE ET || LECTISSIMAE || PVDENTISSIMAE QVE CONIVGI CREPERE || ROGATI C. V. — Ibid. Ib. 31, 150.

1) *clarissimae feminae.*

2740. BENE ME . REN . TI || VIR . GI . NI . AE || L. REM . MI . AE . SERVANDAE || L. CALPVR . NIVS RVFINVS . QVAE VIXIT AN. XXI. M. VI. D. XIII. — Ibid. ib. LX.

2741. D. M || EX PERMISSV GALERIAE CLEOPATRAE . FECIT || P. AELIVS FRONT || P. LVCIANE || CONIVGI || ET AELIAE FRONTINAE FILIAE || RARISSI. — Ibid. ib. 31, 149.

2742. Q. RAGONIAE CYRIACETI CONIVGI DVLCISSIME || ET INCOMPARABILI VNI VIRIAE CASTE BONE || QVE VIXIT ANNIS XXI. MES. VIII. DIAEBVS II || Q. IVLIVS DONATIANVS OPTIO. 7. COH. III || CVM QVAM BENE VIXI. AMN. (sic) VIII. MESIB. VIII || DIEB. XXIII. QVAM NVPSI ANNOR. XII || MESVM XI. DIERVM XIII. CONIVGI || BENEMERENTI HIC DORMIT. — Ibid. ib. LIX.

Idem rectissime explicat frequentissimum illud *D. L. Caiae libertus s. liberta. v. c.:*

2743. OSSA || P. ANNĪ . D. L || ACASTI. — Romae. p. 2. IV. In hac formula *Caia*, inquit, non per modum proprii praenominis, sed appellative, quasi mater familias ac domina vocatur, iuxta eam significationem, qua nuptiali ritu nova nupta mariti domum ingrediens, ei dicit, *ubi tu Caius, ego Caia*. Cfr. denique de omni hac quaestione Walch. ad *Gorii Xen.* p. 46.

2744. C. CATIO C. F. MEN. BALBO || D. PETREIAE C. F. PAVLAE || HOS DECVRIONES FVNERE || PVBLICO DE FORO E TRIBVNALI || EFFERENDOS ET HIC HVMANDOS || CENS || FVFISIAE A. L. VIOLAE || C. CATIVS C. F. MEN. GALLVS || PARENTIBVS ET VXORI. — Beneventi. Grut. 386, 5. et 725, 7. correctius apud de Vita p. 8. et accuratius in *Inscriptt.* p. 33, 4., cuius si typo fidendum est, certum aliquando habemus exemplum praenominis *Caiae*.

Inter feminarum nomina notanda ea, quae formam habent masculinam: v. c.

2745. AELIA DEMETRVS || TITYRO CONIVGI || BENEMERENTI. — Sine loco. *Marini Atti* 1. p. 331., ubi similia afferuntur *Cassia Mus, India Barachus, Mucia Antiochus, Calidia Antiochus, Clodia Optatus, Acilia Carnus, Sallustia Helpidus, Flavia Chrysophorus.* (*Marini* p. 260.) Contra *L. Popillius Aequitas* cet. cfr. ib. p. 323.

2746. Inter nomina libertarum notandum GE (γῆ) GA, FA, MA. (*Marini Atti* p. 495.) v. c.:

H. F. M. F

P. FALTONIVS P. L. APOLLONIVS || MAG. VICI. ACCENS ||

RVBRIA C. ET O L. GE || LIGVRIA A. L. OLYMPIA || FALTONIA P. L. HEDISTE || P. FALTONI || HEDISTENIS L. EVCHRESTI. — Romae. Marini *Atti* 2. p. 496. — DECIAE L. L. FA. est ibid. 1. p. 250.

2747. D. M || MAXIMA . . || FORTIONIS || MEMORIA || PIGNVS. AM. . 1) || MAXIMVS || FILI || PIENTISSIMI || ET. FORTIO. PATER. — Galbiate in agro Mediolanensi. Communicata mecum a Io. Labus, V. Cl. —

1) Amor. „Curioso è quest' epitaffio pei nomi di que' figli: *Memoria, Pignus, Amor.*” Labus.

2748. OPTIMVS 1) AVG. LIB. STATILIAE || HYGINAE VXORI ET AVR. STATILIO || OPTIMO FIL. ET LIBERTIS LIB. Q || POST. EORVM. — Romae. Gorii *Xenia* 11, III.

1) „Fortasse Aurelii Aug. lib. hic Optimus fuit; unde filio nomina Aurelio, (a patris gente) Statilio (a matris gente) Optimo (cognomen hoc a patre). HAGENB. Mss.

2749. SEX. ATTIO ATTICO PATRI || VALERIAE SEXTINAE MATRI || VALERIAE ATTIAE SORORI 1) || SEX. ATTIO FESTO FRATRI || ATTIAE NOVELLAE FILIAE || MEMMINIAE PRISCAE VXORI || L. ATTIVS SECVNDVS SIBI ET || SVIS V. P. — Ad Aquas Sextias. Grut. 721, 1.

1) vides nomina feminarum interdum coniuncta ex parente utroque.

2750. DIS MANIBVS || Q. STLACCIVS QVINTIANVS. TVLLIAE || IVSTAE SORORI SVAE PIENTISSIMAE || FECIT ET PARENTIBVS SVIS. VIX. ANN || XXVII. MEN. VII. DIEB. XIII || ET C. VERGILIVS F. FECIT MATRI || IVSTVS. IN FR. P. III. IN AGR. P. III. — Romae. Maffei *Mus. Ver.* 270, 1.

„Mira hoc in saxo nominum gentiliciorum ratio; frater et soror diversae gentis sunt, ille Stlacciae, haec Tulliae.” HAGENB.

2751. D. M || SEX. NONIO RHETORICO || CONIVGI || INDVLGENTISSIMO || NONIA CAENIS. — Romae. Marini *Iscriz. Alb.* p. 112. Raro admodum uxores eadem cum maritis nomina gerunt; exempla vide ap. Marin. l. 1. Reinesium *Inscript.* p. 42. et 395. et in primis Christii *Noctes Academicas* p. 276. Nec tamen inde colligendum cum Heineccio *A. R.* 1, 10, 6. p. 130. *Haubold.* eas, quae maritorum nomina assumsperint, in manum convenisse, eas vero, quae paterna retinuerint, non convenisse. Fortuita res plerumque erat, in libertinae praesertim conditionis hominibus. — Illius generis sunt Ael. Mont. Haeder eiusque coniux Ael. Mon. Festina in lapide Augustano, quem dedimus in Diis immortal. §. Mercurius. Eius rei illustre hoc quoque est exemplum:

2752. DIS, MANIB, || N, FRESIDI, SVCCESSI, DECRET, || FABR. 1) V, A, XIII, || N, FRESIDIVS, FLORENTINVS, PAT, || ET, FRESIDIA, SVCCCESS || MATER. — Auximi. *Zaccaria Isti-tuzione* p. 274.

1) Decreto (Collegii) Fabrum scil. funere honorati. Ceterum cfr. *Cannegieter Nom. Rat.* p. 80. seqq.



2753. D. M. S || LVCIFERO FILIO || QVI VIXIT AN. XVI || M. II. D. XII. COMINI || EPICETVS ET || AEQVICVLANA<sup>1)</sup> || BENEMERENTI || FECERVNT || S. T. T. L. — Forulis, s. Cività Tomassa. Giovenazzi *Aveia*. p. 56.

1) i. e. Cominius Epictetus et Cominia Aequiculana.

Nomina in *anus* desinentia, ut notissimum est, antiquioribus temporibus filiis adoptivis imponebantur derivata a primitiva eorundem gente, veluti *Aemilianus*, *Octavianus*. Postmodo saepe formabantur a nomine materno. v. c. Fabrett. p. 319, 426.:

2754. DIS. MAN || M. AVILIO M. F || QVIR. SCYMNIANO. VIX. ANN. XXIII || MENSIB. II. DIEB. V || FLAVIA SCYMNIS || MATER F. PISSIM. — In villa Pamphilia.

Vel tandem in libertis deducebantur a patronorum nominibus:

2755. DIIS. MAN || TI. CLAVDI. AVG. LIB || EPICETI ACTEANI<sup>1)</sup> VIXIT ANNIS LXXXV || CL. ZOSIME PAT || BENEMERENTI FECIT. — Romae. Fabrett. p. 319, 422.

2) ab Acte, Neronis amica.

2756. D. M || T. FLAVI AVG. LIB || PHOEBI || OTHONIANI<sup>1)</sup> || M. METTIVS || TELESFOR. ET T. FLAVIVS LEONAS. HER. — Fabr. p. 319, 421.

1) ab Imp. Othone.

2757. DIS MANIBVS	N. NAEVIVS MOSCHVS
N. NAEVI. N. F. PALAT.	AVGVSTALIS PVTEOL.
VITVLI	N. NAEVIO VITVLO. F.
DECVRIONI PVTEOL.	DVLCISSIMO
ET NAEVIAE SATVRNINAE	ET NAEVIAE SATVRNINAE.
MATRI EIVS PISSIMAE.	CONIVGI CARISSIMAE
	CONSECRAVIT.

— Marano. Giovenazzi *Aveia* p. 110. Vides N. Naevium Moschum, libertini generis hominem, filio suum Moschi nomen imposuisse Latine conversum, quo libertinitatem, ut loquuntur Icti, magis celaret.

2758. De nominibus virorum ac feminarum in IO exeuntibus consule Marinium *Atti* p. 254. et 496. v. c.:

GRATILLAE. O. L. VRANIONIS GRATILLAE O. L. AMPELINIS  
FILIAE MATRIS. — Romae.

Exempla *πολυωνυμίας* posterioribus fere temporibus usitatae:

2759. C. IAVOLENO CALVINO || GEMINIO KAPITONI. CORNELIO POLLIONI || SQVILLAE. OVVIKACIO<sup>1)</sup> || SCVPPIDIO VERO COS<sup>2)</sup> || PROCOS. PROV. BAETIC. LEG. AVG || PROPR. PROV. LVSITAN. LEG. LEG. III || GALLIC. PR. CAND. DIVI HADRIANI || TRIB. PL. CAND. Q. PROV. AFR. TRIB || MIL. LEG. V. MAC. X VIR. STLITIB. IVD. — In agro Cryptae Ferratae prope Tusculum. Donati 1. p. 333, 44.

1) fuitne OVFentina tribu, VIKACIO s. potius VOLKACIO., ut ap. Donatum 2. p. 358, 10.? 2) Cos. suffecto anni incerti.

2760. IMP. CAES. DIVI TRAIANI || AVG. COS.  $\overline{\text{VI}}$ . F. DIVI NERVAE || COS.  $\overline{\text{III}}$ . TRIB. P.  $\overline{\text{II}}$ . NEPOTI TRAIANO IIADRIANO. AVG. PONT. MAX || TRIBVNIC. POT.  $\overline{\text{XII}}$ . P. P. COS.  $\overline{\text{III}}$ .<sup>1)</sup> MARCVS.<sup>2)</sup> MESSIVS RVSTICVS || AEMILIVS PAPVS ARIVS PROCVLVS IVLIVS CELSVS.<sup>3)</sup> SODAL || AVGVSTAL.  $\overline{\text{III}}$  VIR VIARVM || CVRANDARVM. TR. MIL. LEG.  $\overline{\text{III}}$  || AVG. PR. PR.<sup>4)</sup> PROVINC. AFRI||CAE TRIB. PLEB. PR. PEREGRIN || CVRATOR VIAE AVRELIAE || LEG. LEG. AVG.  $\overline{\text{XX}}$ . V. V. OPTIMO PRIN- CIPI. — In vico Coronili agri Vtrariensis. Don. p. 146, 15.

1) p. Chr. 128. 2) nota praenomen omnibus literis scriptum. 3) tot huius viri nominibus in saxo Gruter. 256, 2. anni 145. p. Chr. duo praeterea accedunt post *Marcus*: *Cutius Priscus*; sed idem in duobus saxis Grut. 197, 5. et 198, 2. p. Chr. 121. simplicius vocatur: *Lucius Messius Rusticus*: vides igitur cum annis procedentibus mutari praenomen, augeri numerum cognominum. HAGENB. 4) Praepre- tor, non ut Gorius volebat Praefectus Provinciae. Id.

2761. Q. POMPEIO Q. F. QVIR. SENECONI || ROSCIO MV- RENAE. COELIO. SEX. IVLIO FRONTINO SILIO DECIANO || C. IVLIO EVRYCH.<sup>1)</sup> HERCVLANEO || VIBVLLIO PIO AVGVSTANO ALPINO || BELLICIO SOLLERTI IVLIO APRO || DVCENIO PRO- CVLO RVTIΛIANO || RVFINO SILIO VALENTI VALERIO || NI- GRÓ CE. FVSCO<sup>2)</sup> SALENTIANO || SOSIO PRISCO. PONTIFICI. SODALI || HADRIANALI. SODALI ANTONINIANI || VERIANI.<sup>3)</sup> SALIO COLLINO. QVAESTORI CANDIDATO. AVG. LEGATO PR. PR. ASIAE || PRAETORI CONSVLI. PROCONSVLI ASIAE || SOR- TITO. PRAEFECTO ALIMENTOR ||  $\overline{\text{XX}}$  VIRO MONETALI. SE- VIRO.<sup>4)</sup> PRAEF || FERIARVM LATINARVM. QQ. PATRONO || MV- NICIPII SALIO<sup>5)</sup> CVRATORI FANI H.  $\overline{\text{V}}$ <sup>6)</sup> || S. P. Q. T.<sup>7)</sup> — Ti- bure. Spon *Misc.* p. 189, 2. Gud. 436, 5., ex quo quaedam emendavi.

1) l. Eurycli. HAG. 2) Spon. GLEVS. . 3) l. vel *Antoniniano*, *Veriano* vel *Antoniniali*, *Veriali*. HAGENB. 4) sc. Equitum Romanor. Id. 5) Salio sc. Herculis v. Gutb. de Sal. p. 17. Id. 6) *Herculis Victoris*, non vero *Huius Urbis*. Id. 7) Ti- burs. ut Grut. 422, 4. Id. Sponius et Gutb. in hoc marmore varia virorum quindecim vel sedecim nomina continua serie recenseri, subiectis continua iterum serie variis dignitatibus; singulas vero singulis nominibus aptare difficillimum esse aiunt. Sed rectissime HAGENB. ad Spon l. l. contendit, nomina ultra quam triginta unius hominis esse, qui inter mortales, nimia illa vanitate *πολυωνυμίας* inauditae remota, vulgo audierit Q. Sosius Priscus, Consul a. p. Chr. 169. Fortasse causae tot nominum quaeri poterunt in adoptionibus, et coniunctione nominum avorum, proavorum, mater- norum etiam, (ne de vitricis addam) quorum imagines domi habebat. Praenomina vero tam multiplicata alia exempla habent, in iis, quae Marini *Attii* 1. p. 149. coniecit ad Mur. 1091, 1. et Reines. p. 463. In feminis *πολυνυμους* observa seqq.:

Fl(avia) Neratia Septim(ia) Octavilla. Grut. 467, 5. Valeria Spu- ria Flaccina s. Flaccina. ibid. 469, 1.

2762. C. REXIO || P. F. FAB || NAVILIANO || SENIORI || EQVO PVBLICO || OMNIBVS HONORIBVS || MVNICIPALIBVS || PER- FVNCTO. — Brixiae. Fabr. p. 570, 141.

2763. MEMORIA || VMIDI HYLATIS || IVNIORIS || VIXIT AN- NIS  $\overline{\text{III}}$ . M.  $\overline{\text{III}}$  || H. S. E. — Via Nomentana. id. ib. N. 140.

2764. L. ANNIO L. L. DIPHILLO MAIORI || L. ANNIO L. L.



DIPHILLO MINORI || L. ANNIVS DIOMEDES LIBERTEIS. — Sine loco. id. p. 371, 147.

Sic etiam in feminis, et ancillis;

2765. NICE. MINOR. MINISTRA || IN FAMILIA. — Romae. Gorii *Xenia* p. 17. XXX.

2766. D. M || TI. CLAVDIO || NICEROTI || QVI ET ASIATII CVS LIVI QVIN||TILIA CONIVGI || PISSIMO ET DVL||CISSIMO FECIT || V. A. XXX. — Bruxellis. Cannegieter *Nom. Rat.* p. 33. et p. 219. correctius quam apud Mur. 328, 13.

2767. DIS. MANIBVS || SALVSTIA HOMILIA || QVAE ET CAECILIA || VIX. ANN. XXV || CAECILIVS DIVS || CONIVGI || B. M. F. — Pisis. Grut. 824, 7.

2768. D. M || VALENTINE || ANCILLE. QVE || ET STEPHANA<sup>1)</sup> || DEF. ANN. XIII || ANTONIAE || VALERIAE<sup>2)</sup> PRIMIL||LA MATER. FILIAE. B. M. — Stratae, ditione Patavina. Grut. 999, 1.

1) in talibus videndum interdum, an alterum nomen sit Christianum, ut in lap. Christiano apud Reines. 1005, 452.: „Accia vel Maria est nomen mihi Tulliana.” 2) scil. Serva.

2769. DIS MANIBVS || SACRVM || ORANAE HILLARAE || PHIA. VIXIT. ANN. L || C. IVLIVS PROCVLVS || MANTIVS BENIVOLVS || VXORI OPTIMAE ET || C. MANTIVS IANVARIVS || QVI VOCITATVR || ASELLVS || MAMMAE INDVLGENTISSIMAE || H. S. E. — Romae. Marini *Acti* 2. p. 505. v. Vermiglioli *Iscriz. Per.* 2. p. 170. Sic:

2770. C. IVLIVS NEREVS. QVI VOCATVR PETITIVS. — Grut. 1132, 13. Notamus hic usum duplicium istorum nominum in primis frequentem fuisse apud Aegyptios. v. Raoul-Rochette *Journal des Savans.* Avril. 1824. p. 240. *ΣΕΝΧΩΝΟΙΣ Η ΚΑΙ ΣΑΠΑΡΑΙΣ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΑ ΠΙΚΡΟΤΟΣ ΓΕΝΝΗΘΕΙΣΑ ΤΩΙ ΔΙ ΘΕΟΥ ΤΡΑΙΑΝΟΥ ΠΑΧΩΝ ΙΖ || ΕΤΕΛΕΤΤΕ-ΣΕΝ (sic) ΤΩΙ ΘΕΙ ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΚΥΡΙΟΥ ΦΑΜΕΝΩΘ ΙΕ ΩΚΤΕ ΕΒΙΩΣΕΝ ΕΤΗ ΜΑ ΜΙΝΑΚ ΔΕΚΑ ΘΑΡΧΕΙ.* (mortua est Senchonsis decima die Martii a. p. Chr. 156.)

2771. OPTATINE RETICIAE<sup>1)</sup> SIVE PASCASIE || CONIVGI AMANTISSIMAE EN||NIVS FILTERIVS SIVE POMPEIVS MARTIVS POSVIT SEPVLCRV||M. CVM QVA VIXIT || ANNIS OCTO. MENSIBVS NOVEM ET || DIEBVS DVOBVS. — Arelate. Grut. 813, 9.

1) ita lapis. Maffei *Ant. Gall. sel.* p. 49. Grut. OPTATINERE. ET ICI||AE. quod Reines. p. 37. emendavit *Optatinae Raeticiae.* Ceterum, quod nemo divinando assequeretur, Christianus est titulus. v. Maffei l. l.

2772. D. M || EVSTATIO SIVE LAMP||ADIO ALVMNO QVI VIXIT ANNIS XVI. M. VII. CLARVS PATRONVS || MERENTI FECIT. — Venetiis. Maffei *Mus. Ver.* 372, 3. cfr. ibid. 420, 5. PHOEBVS QVI ET TORMOGVS HISPANVS. Hinc vindicanda inscriptio nuper Treviris reperta. *Quednow Beschreibung der Alterthümer in Trier.* Trier 1820. Th. 2. p. 38.:

2773. † N H D || GENIO ARE||RIORVM<sup>1)</sup> CON||SISTENTIVM || COL. AVG. TRE || AXSILLIVS AV||ITVS SIVE. SACRVNA<sup>2)</sup> || D D. — Vbi verum vidit Lehne, etsi subdubitante Censore Ienensi *Ergänzungsblätter* 1827. N. 27. Contra duo longe excellentissimi huius aetatis philologi in alia omnia abierunt propter ignorantiam voc. *sive* hoc sensu usurpati. Itaque alter SIVE SACRVNA deleri iussit: quasi vero talia muscorum instar saxis accrescerent; alter punctis positis S. I. V. E, interpretatus est: *Sicut ipsi votum est, sacrum dedit donavit.* Sed cfr. Cannegieter *Nom. Rat.* p. 249. Primas vero literas, alteri adeo non perceptas, ut in iis Dei alicuius ἐπιχωρίον nomen latere suspicaretur, recte supplevit: *In honorem Domus Divinae.*

1) pro *Arenariorum*, de quibus vide in Collegiis. 2) Attendenda sunt huiusemodi nomina peregrina, Germanica praesertim, Gallica atque Hispanica, coniecturam aliquam de deperditis istis linguis facturo, quocirca optandum esset, ut quomodo in Etruscis fecit Lanzius, ex Inscriptt. colligerentur: nostrum fuit, talia passim obiter notare. Miror autem Gulielmum de Humboldt, V. Cl. in eruditissimo libro *Prüfung der Untersuchungen über die Urbewohner Hispaniens.* Berlin 1821. p. 73. *Namen der Individuen.* Inscriptionum Hispaniensium nullam plane rationem habuisse. Sic memorabilis est inscriptio monum. Dodenwerdensis a Cannegietero praesertim illustrati: (Mur. 861, 5.) M. TRAIAN IVC||GVMATTIVS GAI||SIONIS F VET ALAE || AFROR. TPI. (*Titulum Poni Iussit*) propter nomina barbara. Eiusdem generis sunt sequentes: (cfr. Cannegieter *Nom. Rat.* p. 284.)

2774. DEAE || NEHALENNIAE || IANVARIVS. AMBACTHIVS || PRO SE ET SVIS || V. R.<sup>1)</sup> (*sic*) L. M. — In Batavia. Keyssler *Antiqq. Celt.* p. 249.

1) l. S.; nam pro *Reddidit* vix haberi potest.

2775. DEAE || NEHALENNIAE || ASCATTINIVS<sup>1)</sup> || RASVCO || V. S. L. M. — In Zelandia rept. Keyssler *ib.* p. 250.

1) *Aulus Scattinius* suspicatur Hagenb. fortasse sine caussa. Vides Germanos et Batavos solitos retinere patrium nomen, praemisso Romano aliquo. Vno plerumque nomine contenti erant etiam sub Romanis Germani, saepe ad Romanorum nominum modum formato v. c.:

2776. I. O. M || PISTILLVS || ET QVINTVS || ET. MARIA- NVS || BELLICI. F.<sup>1)</sup> || V. S. L. L. M. — Moguntiaci. Grut. 130, 9. correctius in Tenzelii *Monatl. Unterredungen* 1690. p. 378.

1) Filii. Alia nomina vel Germanica vel Celtica, ut vult Mone, dabit tibi *EMELE Beschreibung* p. 76. v. c. *Camulixus, Cintugnatus, Vnissato, Lerisecus, Dacoma, Macona* cet. Britannica nomina passim reperies in Camden-Gibson *Britannia* v. c. T. 2. p. 29.

2777. C. MENVEN DAN- || FILI. BARCVN. — Parkeu.

2778. HIC IACIT<sup>1)</sup> (*sic*) VLCACINVS FIVS || SENOMACIL. — Lhan Vihangel Ierwerth, in Pembrokshire.

1) *iacit* est etiam in aliis Britannicis. Camden-Gibson. T. 2. p. 42. 51.

2779. SASRANI FILI || CVNOTAMI. — St. Dogmael. *ib.* p. 36.

2780. D. M. ET QVIETI AETERNAE || LVCILI METROBI || SIGNO SAPRICI || STATOR CIVITATIS VIENES QVI VIXIT || AN. XXXVIII. M. II. DIVICIA DOMITHOLA MATER FILIOR. III. CONIVGI || KARISSIMO ET INCOMPARABILI PONENDVM || CVRAVIT ET FILI || SVB ASCIA = DEDICAVERVNT. — Viennae



Allobr. Grut. 634, 7. Bimard *Proleg.* p. 88. qui *Signum* recte explicat: populare cognomentum, *sobriquet.* cfr. Vopisc. *Aurel.* 6. *tribuno*, — *huic signum exercitus apposuerat Manu ad ferrum.* Fabrett. p. 252, 42. HIC IACET AVFIDIA SEVERINA SIGNO FLORENTI. Mur. 1382, 8. *Octaviae Felicitati Signo Leonti.* Cfr. Oderic. p. 347. seq.

2781. Ceterum per totum hoc caput unum praesertim librum desideravi, cuius copia in Helvetia non erat. *De Familia Caesennia - inscriptiones - collectae*, lucubrante PETRO ANTONIO BRASCHIO cet. Romae 1731., 4., cuius brevissimam epitomen reperies in Supplementis ad *Nova Acta Eruditor.* Tom. VII. Sect. VIII. p. 370. Conferendus etiam Salmasius in Commentario inchoato ad Arnobium.

## CAPVT IX.

SERVI. OFFICIA DOMVS AVGV-  
STAE. LIBERTI.

2782. VOLVSIAE. PRIMAE || CONIVGI KARISSIMAE || EPA-  
PHRODITVS Q. N. DISP.<sup>1)</sup> || ET || VOLVSIAE OLYMPIADI ||  
CONIVGI SANCTISSIMAE || ET EPAPHRODITVS FILIVS || EPA-  
PHRODITO. — *Infra*: Q. N. (*Lupa cum Romulo et Remo*) DIS.<sup>1)</sup> *In*  
*basi*: LOCVS D. A. QVINTO N. . .<sup>2)</sup> || *A latere sinistro*: PRIMA VIX.  
ANN. XX. M. IX. D. XXIV || OBĪT XII. K. NOV. FVLVO ET  
ATRATINO. COS.<sup>3)</sup> *A latere dextro*: OLYMPIAS V. ANN. XXV.  
M. X. D. V. *In ima basi*: VIX.<sup>4)</sup> ANN. XLI. OB. IMP. NERVA III.  
COS.<sup>5)</sup> — Romae. Marini *Iscriz. Alb.* p. 133. (Donati p. 454, 1. haud  
integrum dat.)

1) *Quinti nostri dispensator*; ita optime interpretatur notam istam Mari ius saepe  
perperam explicatam. v. c. *Athictus L. N. a Frumento* Grut. 592, 8. *Corneliae N.*  
*Disp.* ib. 597, 8. 2) *datus a Quinto nostro*. 3) p. Chr. 89. 4) scil. Epaphrodi-  
tus. 5) p. Chr. 97.

2783. V.<sup>1)</sup> P. LVCILIVS Q. L.  
CROESUS.<sup>2)</sup> PROTAVLES.<sup>3)</sup> — Romae. Marini *Atti* 2.  
p. 530.

1) vivit. 2) Regia servorum et libertorum nomina haec collegit Marini ib. p. 528.:  
Pharnaces, Phraates, Mithridates, Arsaces, Herodes, Priamus, Achilles, Ptolemaeus,  
Romulus, Midas, Artemisia, Arsinoe, Semiramis, cet. 3) ut Choraules, Monaulles,  
cet. v. Marini. p. 612.

2784. ZETHVS T. VINI || ATRIENS. V. A. XX || OSSA SVB  
HOC TVMVLO PIA || SVNT SED ACERBA PARENTI || AMPHIO  
MI FRATER HOC || TITVLVM POSVIT || PARCITE FATA MEIS ||  
VALEANT FRATRESQVE || SORORES. SIT TAMEN || IN VESTRO  
PECTORE CVRA MEI. — Romae. Fabrett. p. 8, XLVII. Ita sae-  
pius servi fratres his nominibus heroicis insigniti fuerunt, ut etiam  
Pollucis, Castoris.



2785.

LVCIFER. V. A. I. ET D. XLV		CALLISTVS
HESPER <sup>1)</sup> V. A. II.		V. A. XII.
PROTOGENES. CAESAR. AVRIF. <sup>2)</sup> FILIIS. SVIS		DONAT TITVLIVS
		IRENIO DEC. <sup>3)</sup>

— Romae. Guasco T. 2. p. 131.

1) haec quoque Lucifer, Hesperus inter pulchriora servorum nomina numeranda.  
2) Aurifex. 3) Decurio inter servos.

2786. DIANAE || AMANDVS || Q. VALERI ASIA || TICI.<sup>1)</sup> || V. S. L. M. — Astae. Mur. 34, 7.

1) ubicunque sic conditionis memoria siletur, ibi servi, non liberti vocabulum cogitatione annecti oportere demonstraverunt Fabrett. Cap. 1, 188 — 223. Hagenbuch. *Epp. Epigr.* p. 53, 157 — 201. 263. v. Saxii *Mss.* 2. p. 182.

2787. Servos exstitisse binomines, id est, servos, quemadmodum ingenuos, habuisse (praenomen,) nomen et cognomen recte negant, paucaque ea exempla, quae contra facere videantur, vel corrupta, vel ad libertos referenda esse docuerunt Hagenbuchius passim, Hultmannus in egregia *Diatriba inaugurali antiquario-iuridica de servis binominibus* Lugd. Bat. 1750. 4., cuius exemplar in nostra bibliotheca civica adservatum, Hagenbuchius variis adnotationibus Mss. ornavit, et Gul. Otto Reizius *Excursu XVI. ad Theophilum Antecess.* T. 2. p. 1208.; quos consulat lector.

2788. D. M || C. MYRTILI || ACTORIS || IVVILLA || CONSERVA || B. M. F. — In agro Tudertino. Grut. 986, 3. et accuratius ib. 4112, 3.: DIS. M || MIRTILI || ACTORIS IVNILLA (*sic*) CONSERVA || B. M. F. v. Hultm. *de servis binom.* p. 45. ita praenomen servo decedit. *Actoris*, quod Scaligero cognomen erat, rectius pro officii nomine accipiunt Reines. p. 632. Gud. Hagenb. Hultm.2789. D. M || A. CORNELIVS || CELER. TI.<sup>1)</sup> CORNELIA || EVTYCHIS. CORNELIAE SEVER. ET CORNELIS. QVILTO<sup>2)</sup> ET ROMANO VERNIS.<sup>3)</sup> PARENTES FECERVNT DVLCIS || SIMIS ET PISSIMIS. — Perusiae. Vermiglioli *Iscriz. Per.* T. 2. p. 324.

1) an fuit T L. *Titi libertus*? 2) nomen quam maxime mirum: fuitne *Quinto*?  
3) Hic quoque minime agnoscendi servi binomines; quippe *vernarum* nomen retinere poterant, etsi una cum parentibus manumissi.

2790. TROPHIMO || LIB || FABIANVS || COS. — Aquileiae. Grut. 955, 10. Bertoli A. d'A. p. 304, 1. Mur. 348, 1.

2791. NAICO || SER || VNCTORI FABIANVS || COS. — Aquileiae. Bertoli A. d'A. p. 305, 2. Mur. 348, 2.

2792. PHAEBIANO SER || MEDICO || FABIANVS || COS<sup>1)</sup>. — Aquileiae. Bertoli p. 303, 1. Mur. 348, 3.

1) „Miro consensu Turrius (*de Colon. Foroiul.* p. 360.) Bertolius et alii hic Duumvirum sen Consulem Aquileiensem Fabianum somniarunt; immo vero Muratorius l. l. et Marcellus de Venuti (*Antichità d'Ercolano* P. II. C. VI. p. 66.) hic L. Annum Fabianum una cum M. Nonio Muciano p. Chr. 201. u. c. 953. Consulem invenerunt, Sed, si quid video, incassum: mihi contra Fabianus Trophimi, Naici, (modo sincerum sit hoc nomen) Phaebiani COS. hoc est *CQnservus* audit. *Cosereus* autem pro *Con-*

*seruus* saepe in inscriptionibus occurrit. (Grut. 990, 11. Mur. 1607, 1.) Par ratio est marmoris Pisaurensis, (Marm. Pisaur. p. 59. Mur. 1603, 13.) ubi:

2793. D. M. TIG (*patera perforata*) RIDI || APER || CONS — cui recte Consulatus notam abesse iussit, et Aprum, Tigridis *Consortem* (ego *Conseruum* cum Hagenbuch. *Dipl. Brix.* p. 133. malim:) significari docuit Oliverius. Neque obstat, Trophimi liberti *conservum* Fabianum se dicere, quum et Turpiliam Eutychem Gnesin libertam (lege: Gnesii libertam) (ex priori fortuna, recte observat Fabrett. p. 698, 205.) Primus suam tamen *conservam* nominet:

2794. D. M || TVRPILIAE EVTYCHIAE || GNESI. LIB || PRIMVS CONSERVAE || SVAE BENEMERENTI FECIT || VIXIT ANN. XXXV. — Romae. Grut. 998, 4. Reines. 895, 50. Fabrett. p. 698, 205." Ita rectissime disputat Hultmann *Misc. Epigr.* p. 381.

2795. Saepe memorantur ALVMNI et ALVMNAE (*Θρεπτοί*) i. e. „liberi nati, expositi, deinde sublati a quibusdam et in servitute educati." (Traian. *Ep. ad Plin.* 10, 72.)

T. AELIVS AVG. LIB || SATVRNINVS || A DIPLOMATIBVS || SARDONICHI || ALVMNO FIDELISSIMO. — Romae. Fabrett. p. 349, 19.

2796. HELENAE. ALVMNAE || ANIMAE || INCOMPARABILI ET || BENEMERENTI. (*Ingentis felis subest figura.*) — Romae. Maffei *Mus. Ver.* 276, 4.

Sed ALVMNI etiam interdum ingenui, ab aliis benigne educati:

2797. L. LVCCIO L. F. PAL<sup>1)</sup> || VMMDIO SE||CVNDO DECVR || L. LVCCI. L. F. TER || HIBERNI II. VIRI || ITER. QQ. PATRON || COL. ALVMNO || COLLEGIVM FA||BRVM QVIB. EX S. C || COIRE LICET || L. D. D. D. — Casini in Campania. Grut. 432, 1.

1) Nota alumnus ingenuum diversa ab nutritore tribu.

2798. D. M || ATILIAE ZOSIMES || VIXIT ANNIS VIII || MENSIBVS QVINQVE || AELIVS ALEXANDER || ET ATILIA TRYPHERA || ALVMNAE. — Romae. Fabrett. p. 349. VI.

2799. D. M || C. PACCIO CLEMENTI || FAENIA FIDA CONIVG || ET L. FAENIVS SOPHRON ALVMNVS || BENEMERENTI FECERVNT. — Romae. Fabrett. p. 353, 56.

2800. D. M || L. CANINIO FELICI || CANINIA CALLISTE || PATRONO ET CONIVGI || ET Q. TEDIVS GALLVS || ALVMNVS B. M. FECERVNT || ET SIBI ET SVIS || LIBERT. LIBERTABVSQ || POSTERISQ. EORVM. — Romae. ib. 58.

DELICATORVM nomen in Inscriptionibus obsceni amoris significationem non videtur habere. (Cfr. Suet. *Tit.* 7.) v. c.:

2801. CASSONIO VITALI VESTINO VERECVNDI || CASSONIO VALENTI CASSONIA VITALIS DELICATIS. — Romae. Fabrett. p. 362. XV. ib. 100. ex Grut. 311, 6.:

2802. D. M || TEIAE EVPHROSYNES || RVFFINAE V. V<sup>1)</sup> || DELICATAE<sup>2)</sup>. — Romae.

1) Virginis Vestalis. 2) est Graecorum ἄβρα.



2805. EVTYCHETI PVERO || DELICATO B. M || L. FVFIDIVS  
SPORVS || DOMINVS FECIT || BREVIS VOLVPTAS || FVIT. —  
Romae. Grut. 661, 9.

2804. DIS. MAN || VERECVNDI || DELICATI VIXIT || ANN.  
XVII. M. II. D. XI || C. VESIVS MARTIALIS. — Veronae. Maffei  
*Mus. Ver.* 163, 3.

2805. D. M || ET MEMORIAE AETERNAE || CALPVRNIAE  
SEVERAE || FEMINAE SANCTISSIMAE || VIVA SIBI PONENDVM  
PRECE || PIT CALPVRNIAE DELICATAE || ET EREDI || ET SVB  
ASCIA DEDICAVIT. — Lugduni. Millin *Voyage I.* p. 462.

## S e r v i p e c u l i a r e s :

2806. DIS. MANIBVS || FLAVIAE ATHENAIDI || APOLLO-  
NIVS || IMP. DOMITIANI AVG || GERM. SER. PECVL || ET FLA-  
VIA PALLAS || PARENTES || FILIAE CARISS. FECER || VIX.  
MENSIB. VIII. DIEB. XXVI. — Romae. Grut. 603, 7.

2807. P. PAPIRIVS P. LIB || THEODORVS || SIBI ET || VA-  
LERIAE CALLIRIOE || VXORI || CORNELIAE CALLITYCHE ||  
PRIVIGNAE || PECVLIARI ANTEA CONT. 1) || II. M. II. N. S<sup>2</sup>). —  
Cremonae. Bianchi *Marm. Crem.* p. CLXXXIV.

1) Nota illud plane singulare, *peculiari contubernali*. cfr. Murat. p. 892, 1. CAR-  
PVS T. CAESARIS VESPASIANI AVG. SERVVS VERNA PECVLIARIS VICARIO  
SVO BENEMERENTI. 2) hoc monumentum heredem non sequitur.

## V e r n a e.

2808. D. M || A. FVRIVS CRASSVS || A. FVRII FESTI VER ||  
LOCO F. HAB. . . 1) || VIX. ANN. III. M. VI || D. XXVIII. —  
Romae. Maffei *Mus. Ver.* 282, 12.

1) loco filii habitus. De *Vernis* consule Cannegieter *Nom. Rat.* p. 60.

2809. ARSINOE SCARIPI TABVL || C. CAESERIS 1) (*sic*) VER-  
NA || ANNORV. XXII. — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 96, 4.

1) C. Caesarem intelligit Augusti filium adoptivum HAGENB. Mss. VERNA de muliere  
rarum: tria praeterea exempla laudat HAGENB. Mss.

2810. FRIMA 1) SATRIA D. L. ATHEMNIO FILIA VERNA. —  
In agro Campano, in villa S. Petri. Apian. p. 135, 1. inscriptio a  
Grut. aliisque neglecta.

1) f. Prima.

2811. CASCIA CAMPRIOLA SILVANO SVO NVTRITIO. ET.  
VERNACLO. SVO 1) || B. M. P. — Sentini. Fabrett. p. 613, 9.

1) sic Mur. 1540, 6. ISAVRICAE VERNACLAE SVAE cct. v. Cannegieter *N.*  
*Rat.* p. 64.

## A vernis distinguuntur SERVI EMPTICII:

2812. DIS MANIBVS || ALYPI. IMP || AVG. SER || MINISTRA-  
TORIS || VERNAE || SPENDON ET HERMES. EMPTICI || DE SVO  
FECERVNT || VIX. ANN. XXIII. — Romae. Grut. 1111, 11. cor-  
rectius in Zaccaria *Istituzione* p. 375.

Tatae. Mammae. Nonnae. Nutricii et Nutrices.  
Compædagogitæ.

2813. DIS. M || ZETHIO CORINTHVS || TATA EIVS. ET NICE  
MAMMA F || V. A. I. D. XVI. — Romae. Grut. 663, 8.

2814. L. VALERIVS CAPITOLINVS || FECIT ||  
PONTIAE VENERANDAE

B. ET L. VALERIO. ACRATO B  
PARENTIBVS ET

L. VALERIO SABRIONI TATAE SVO || ET POSTERISQVE EO-  
RVM. — In villa Pelucchi. Oderic. p. 228. »Videant viri docti utrum  
*avus* potius, quam *nutritor* h. l. voce *tata* designetur." B. B. *bonis bo-*  
*nis*. i. e. optimis. de Scalig. sententia.

2815. Q. PESCIANNVS CHRESTIO || ALVMNVS || CLODIAE  
ASTHIOCHAE || NONNAE<sup>1)</sup> SVAE FECIT. — Romae. Marini  
*Acti* 1. p. 252, b.

1) *nonna* hic pro nutrice positum videtur. Apud Italos *nonna* nunc est avia, quia  
aviae saepe nutricum officio funguntur.

2816. Q. COSIDIVS || ZOSIMVS || VIXIT VALVIT ANN. C̄ ||  
NVTRITOR. Q. ALLID. F. — In via Tusculana. Fabrēt. p. 142.,  
155. Alibi *nutricius*. Grut. 603, 5. *tata*. Fabr. 142, 152. item *tatulus*, ut  
*mammula*. Grut. 663, 2.

2817. D. M || ARGAEO || V. A. V. M. IIII || NAEVIA || CLEO-  
PATRA || NVTRIX || FECIT || DVLCISSIMO. — Prati. Mur. 1435, 14.

2818. D. M || CARPIÓNĪ || AMICO B. M || FÉCIT HÉLIVS ||  
CONPEDAGOGITA<sup>1)</sup>. — Romae. Fabrēt. p. 561. XIII.

1) servus in eodem paedagogio domini sui educatus, cuius necessitudinis interdum  
liberti quoque memores fuere: ib. N. 99.:

2819. D. M || NOETO || TI. CLAVDIVS || EVANGELVS ||  
COMPEDAGOGITAE SVO || F. — Romae.

Servorum ordinariorum VICARII, qui in illorum erant peculio,  
ipsique interdum alios habebant vicarios, haud raro in inscriptt. me-  
morantur. v. c.:

2820. PHILO DESPOTOS<sup>1)</sup> || ADIVTORIS<sup>2)</sup> TI || CLAVDĪ  
CAESARIS || AVG. SER. VICARĪ || ZOSIMENI CONSERVAE || LA-  
NIPENDI M.<sup>3)</sup> FECIT. — Cannis. Romanelli *Topografia* T. 2. p. 273.  
ubi perverse explicatur.

1) iunge PHILODESPOTOS. 2) Nomen proprium. 3) *Lanipendii ministrac*. Cum  
Mola Romanellius. Sed est: *lanipendi* (Dativ. singularis a *lanipens*) (*bene*) *merenti*,  
vel *merito*.

2821. DIS MANIBVS || Q. TVRRANIO MAXIMO || PRAECE-  
PTORI ET || AMICO BONORVM || CONSILIORVM || SAGARIS AL-  
CIMI AVG. SER || VERNAE ARCARĪ PROVINC || ACHAIÆ VI-  
CAR || MERENTI MEMORIA. — Athenis. Stuart *Antiquities* T. 1.  
p. VIII. v. Seguierii Epist. ad Hagenb.

2822. VENVSTVS || PHILOXENI || TI. CLAVDĪ. CAESARIS ||



SERVI || DISPENSATORIS VICARIVS || B. D. 1) V. S. L. M. —  
Romae. Fabrett. p. 303, 292.

1) Bonae Deae.

2823. HEROCLI AVG. DISI 1) || OPERVM || PVBLICORVM ||  
EROS VICARIVS. — Romae. id. p. 302, 284.

1) Disignatori vel designatori? Reines. leg. Disp(ensatori.)

2824. SECVRITATI MARTIALIS || DANAI VICARI FIDELIS-  
SIMI. — Romae. id. p. 303, 293.

2825. DIS. MAN || ASCLEPIADI ATHICTVS L. N 1) || A FRV-  
MENTO || VICARIAE CARISSIMAE BENEMERENTI 2) || FECIT ET  
SIBI. — Romae. Grut. 592, 8.

1) Librarius notarius. 2) *optime benemerenti* legitur in inscript. ap. Fabrett. p. 321.  
XXXI. *Vicarium vicarii* ex Crut. 579, 10. dabimus in Capite de Officiis minori-  
bus: ibidemque videbis servum, qui vicarium haberet, huius dominum dici.

2826. MYRINI 1) || FAVSTI COL || NARBONNESIVM (*sic*) SER-  
VI || VICARIA HIC EST SEPVL || POSTHVS CONTVBERNALIS.  
— Narbone. Grut. 986, 2.

1) *Myrine* Hagenb. *Ep. Epigr.* p. 163. Nota vicariam feminam servi, nisi utrobi-  
que est error pro FOCARIA; ut et servum Coloniae.

2827. HIC OSSA SITA SVNT || FAVSTI ERONIS 1) || VICARI  
SVpra || COCOS. — Romae. Grut. 580, 12.

1) duo hi sunt, non unus; nam de Fausto servo vicario Eronis accipe; etsi Faustum  
Eronem ex hoc saxo memoret Hultin. *Serv. binom.* p. 47., cui tamen non negem,  
servos reperiri duobus dictos servilibus nominibus. HAGENB. *Miss.*

2828. PHAEBO MARCIAE || MAXIMI 1) AD MARGARITA || ET  
ARESCVSAE VICARIAE EIVS || . . . YMENVS CONLEGA. — Ro-  
mae. Maffei *Mus. Ver.* 257, 1.

1) Marciae, Maximi uxoris, servi. Nota *vicariam* et servum *collegam* dictum, ut  
*collega servi mensoris* ap. Grut. 858, 9. Tum adnotante HAGENB., leg. *Clymenus*.  
Grut. 1116, 9.

2829. D. M. THEOTIMAE || ANCILLAE || QVAE VIXIT. ANN.  
XV. M. VI || ANTEIA CLIDE || DOMINA B. M. F. — In via No-  
mentana. Fabrett. p. 703, 244. — *Ancillae* rarissime memorantur in In-  
scriptt., quum id vocabulum sub Imp. paullatim obsolevisse videatur.

S e r v i f u g i t i v i :

2830. PETRONIA TENE ME QVIA FVGI BIS ET || REVOCA  
ME AD DOMV ATHEODETENIS || AD DOMINVM MEVM VITA-  
LIONE.

2831. IANVARIVS DICOR. SERVVS SVM DEXTRI EXCE-  
PTORIS SENA TVS QVI MANET IN REIGIONE QVINTA IN A REA  
MACARI.

2832. TENE ME NE FVGIAM ET || REVOCA ME IN FORO  
TRAIANI || IN PVRPVRETICA AD PASCA SIVM DOMINVM MEVM.

2833. T. M. Q. F. E. REV. ME. P. RVBRIO LAT. DOM. MEO.  
— In lamellis aereis Romae repertis ap. Fabrett. p. 522., 366., 364.,  
361., 368.

## CONTUBERNALES:

2834. STRVCTVRA CVM MVNITVRA SARTOPHAGI (*sic*) VETVRĪ || FELICIS P. P.<sup>1)</sup> SVIS IMPENDĪS FECIT FELIX AVG. LIB || ADIVT. TABVL. ARAT.<sup>2)</sup> QVI SORTITVS EST IN CONTVBERN || SVO ARRIAM RVFINAM. QVAE FVIT VXOR<sup>3)</sup> EIVSD. VET. FELICIS || LOCVS CONCESSVS AB T. AEL. ASCLEPIODOTO. — Romae. Grut. 589, 7. „Smetius vidit.”

1) Praepositi, scil. tabulariorum a rat. HAGENB. Sic P. P. *CellarIs*. Grut. 593, 3. 2) adiutor tabulariorum a rationibus. 3) Arria igitur, postquam uxor fuerat liberti (Veturii), deinde contubernalis facta est Felicis, tunc servi, postea liberti. Ceterum vides ex insigni hoc titulo, servos interdum *sortitos* esse contubernales suas: nisi assignatam eam esse significat a domino, ut est apud *Columellam* 1., 8., 5. „*qualicumque villico contubernalis mulier assignanda est.*”

2835. NOME FECIT SIBI ET || PHOEBO CONTVBERNALI SVO || CARISSIMO ET OPSEQVENTISSIMO || VIXIT ANNIS XXVIII. — Romae. Maffei *Mus. Ver.* 302, 9.

2836. DIS MĀNIBVS || SERVILIAE SVCESSAE || PRIMVS ET SECVNDIO || CONTVBERNALES.<sup>1)</sup> BENEMER || FECERVNT || VIX. ANNIS XXX. — Romae. Marini *Acti* 2. p. 711.

1) hic, ut aliquoties uni uxori duo mariti, uni contubernali duo contubernales titulum ponunt, quod alibi vix reperias, nisi tamen *Contubernalis* h. l. militarem habet significatum, ut Marini *Acti* 2. p. 622. v. in Capite de Re militari.

CONTVBERNALES proprie dictos paucos reperit Fabrettus, veluti p. 317, 409.:

2837.	ALCIMVS	CLAVDIA
	NERONIS CAESARIS	DOCILE
	AVG. SERVOS A	FECIT SIBI ET
	VESTE CASTRENSI	CONTVBERNALI
	VIX. ANN. XXX.	SVO.

— In agro Praenestino.

2838. VALERIAE || HEMERIDI V. A. XV || CHRYSEROS ASIATICI VESTIPLICVS FECIT || CONTVBERNALI || SVAE CARISSIMAE. — Ib. 410. (Sine loco certo.)

2839. HERENNIAE EVPHROSINE || FELIX. SER || M. QVINTILĪ NYMPHI ET || SOCIORVM CONTVBERNALI BENEMERENTI FECIT. — In via Nomentana. ib. 414. Notandus plurium domino- rum (vel societatis) servus.

2840. VITALIS || QVARTIONIS F. PVPA. CONTVBERNALIS VIVA SIBI || ET MARITO FECIT. — Ib. p. 318, 419. (Cristae apud Allobroges.)

2841. DIS. M || PALLADIS || T. STABERĪ || FAVENTINI SER || T. STABERIVS FAVENTINI L. CHARITO CONIVGI DE SE B. M || V. A. XXXII. — Faventiae. ib. 420. Hic libertus patroni servam coniugem vocat, ut in sequentibus quoque:

2842. SECVNDINVS FINITI<sup>1)</sup> VI.<sup>2)</sup> SIBI ET || PETRONIAE



AVITAE CONIVGI || KARISSIMAE. — In S. Viti oppido. Apianus p. 400, 2. inscriptio a Grutero reliquisque neglecta.

1) scil. servus. Aequè neglexerunt Apian. 390, 5. SACRETIO || FINITO || AN. XXX. — Hartpergae. 2) Vivus.

2843. D. M || ALPHVS ORFITI || ET PISONIS SER || GAVILLIAE<sup>1)</sup> CONIVGI || DVLCISSIMAE || B. M. F. — Romae. Grut. 959, 12.

1) ita Gud. et Fabrett. C. IV. p. 303. Grut. GAVTELLIAE. Praeterea nota servum unum dominorum duorum.

2844. DIS. MANIBVS || IVLIAE HELENE CONIVGI || OPTVMAE. DE SE BENE MEIRENTE (*sic*) FECIT TELESFORVS || DOMITIAE.<sup>1)</sup> DOMITIANI SER || ET SIBI ET SVIS. POSTERISQVE || EORVM || IN F. P. XII. IN AGRO. P. VI S.<sup>2)</sup>. — Romae. Grut. 979, 7.

1) est Domitia Augusta, Domitiani uxor. cfr. Eckhel D. N. 6. p. 399. 2) sex semis.

2845. D. M || FLAVIAE HYGIAE || ARAPS CAES. N. SER || PECVLIARIS<sup>1)</sup> LAMPADAR<sup>2)</sup> || CONIVGI B. M. FECIT SIBI ET SVIS || POSTERISQVE EORVM. — Sine loco. Fabrett. p. 507, 509.

1) cfr. Suet. Caes. 76. 2) servus praelucens. Suet. August. 29.

2846. CRENAEI. LIVIAE || DRVSI. CVBIC. SER || COLIT OSSA EIVS CNIDE || LECTRIX. CONIVNX EIVS. — Sine loco. ib. p. 311, 317. Ita contubernales honestiore coniugum nomine sexcenties utuntur in inscript. Sequentem similem nota propter officium:

2847. D. M || THEOPHILO AVG. ADIVTORI || A SACRIS || TYNDARIS CONIVNGI (*sic*) B. M. FECIT. — Romae. Fabr. p. 314, 382. Contra *contubernales* etiam libertae et fortasse ingenuae audiunt:

2848. DIS. MANIBVS || CICEREIAE VITALIS || C. RAECIVS SVCCESVS || CONTVBERNALI ET || LIBERTIS LIBERTAËVS || POSTERISQ. EORVM. — Sine loco. Fabr. 314, 386.

#### S e r v i p u b l i c i :

2849. . . . . SERVOS SVOS PVBLICOS FEC. . . || DEMENSO ADSIGNA. . . || VICANI VICI VATOLANI. . . || . . . || SIGNEM EIVS MVNIFICEN. . . — In Vico Vatolano Lucaniae. Romanelli *Topografia* 1. p. 340.

2850. A. OSTIENSIS<sup>1)</sup> ASCLEPIADES || AEDITVS CAPITOLI || SIGNVM MARTIS<sup>2)</sup> || CORPORI. FAMILIAE || PVBLICE || LIBERTORVM ET SERVORVM.<sup>3)</sup> D. D. — Romae. Don. p. 144, 31. Mur. 177, 7.

1) Coloniae Ostiae libertus. HACENB. 2) Contra Grut. 57, 2. MAVORTIO. SACR. || HOC SIGNVM || A SERVO TANGI || NEFAS EST. (Lanuvii.) Cfr. Lips. *Excurs. ad Tac. Ann.* 3, 36. 3) i. e. Corpori Libertorum (Publiciorum) et familiae publicae servorum. Consule Cannegieter *Nom. Rat.* p. 42.

2851. BANAËVS || DE FAMILIA || PVBLIC.<sup>1)</sup> REG. VIII. — In via Latina. Grut. 1033, 11.

1) de familiis, una publica, altera a Tiberio instituta non tam arcendis incendiis, ut dicit Gud., sed tutelae ductuum causa paratis., v. Front. *de Aquaeduct.* 2. p. 256. Keuch.

2852. ALCIMIADVS || PVBLICVS || MINICIANVS<sup>1)</sup> || V. A. XXXV. VALVRIA || OSIME (*sic*) || CONIVGI B. M. F. — Romae. Guasco T. 2. p. 80, 223.

1) i. e. servus publicus, qui ad porticum Miniciam frumentum publicum distribuebat. — Laetum, *publicum Populi Ro.* damus in Cap. de Officiis minoribus.

2853. PHILOXENVS IVLIANVS || PVBLIC. DE PORTICV || OCTAVIAE A BIBLIOTHECA GRAECA. — Romae. Fabrett. p. 337, 506. — Memorantur praeterea PVBLICI CVRIONALES Grut. 305, 5. — PVBLICVS PONTIFICVM. Grut. 306, 4. — SACERDOTIALIS Mur. 161, 4. — P. SEPTENVIRVM EPVLONVM Grut. 367, 3. — PVBLICVS XV VIRVM SACR. FAC. Fabrett. p. 336, 504. — AVGV-RVM Grut. 1087, 7. Cfr. C. A. H. Epist. ad Dorvillium. *Misc. observatt.* 4, 1742. p. 203. — PVBLICVS A CENSV est Mur. 983, 3.

2854. C. MARIO QVIR. CLEMENTI NESCANIENSI || ORDO NESCANIENSIVM STATVAM PONI || IVSSIT ET DECREVIT. FABIA RESTITVTA || MATER HONORE ACCEPTO IMPENSAM || REMISIT EPVLO DATO DECVRIONIBVS ET || FILIIS EORVM NESCANIENSIVM SING || HS X. BINOS CIVIBVS ATQ. INCOLIS || ITEM SERVIS STATIONARIIS<sup>1)</sup> SINGVLIS || X SICILICOS<sup>2)</sup> DEDICAVIT. — In Castello Nescani in Vandalicia Hisp. Mur. 1063, 1.

1) hi vix alibi memorantur. 2) Siciliquis i. e. duae drachmae.

2855. Habent sua fata etiam lapides; cuius rei illustre exemplum, etsi in re levicula, hic proponere iuvat:

a) D. M || EPITYNCHAN || M. M. SER || CISALPIN. I. L. F || TRANSALPIN || PATR. COLL. NAVT. COMENS || HERED. FAC. CVR. — Mediolani ad S. Nazarium. Porta Romana in Propylaeo. Apianus p. 27, 3. Aldus *Orthogr.* p. 405, 25. Neglexit Gruterus ideo probabiliter, quod incredibilia haec et nimis corrupta censeret. Ceterum sic quoque habent Alciati schedae apud Saxium *Peric.* p. 65. et Zachariae *Excurs. lit.* p. 84., nisi quod aliquot literis auctius praebent: SER. CISALPINI. ET. TRANSALPIN. (*Sax.*) — TRANSALPINI (*Zach.*)

b) D. M || EPITYNCHANO || M. M. SER. VICTIC || ARK. — Mediolani. Mur. 950, 8.

c) D. M || EPITYNCHAN || M. M. SER. VILIC || ARK. — Mediolani. Grut. 356, 3. qui typus sane praestat, si quid certi omnino hic est: *Municipii Mediolanensis Servi Villici* (et postea) *Arcarii*.

d) . . . RIS. CISALPIN. L. T. TRANSALP || PATR. COLL. NAVT. COMENS. HERED || FAC. CVR. — Mediolani. Gud. 145, 7. Don. p. 348, 27. Mur. 526, 6. (hic habet HEREDES).

Iam nihil manifestius est, quam verissimam esse HAGENBVCHII (*Mss.*) sententiam duos titulos plane diversos male ab Alciato, Apiano



et Aldo confusos esse. Nihilominus Saxius, ut in *Periculo* l. l., sic in *Missu* 4. p. 217. suo in errore perseverans miram hanc dat Alciatini saxi interpretationem: *D. M. Epitynchani Municipii Mediolanensis servi Cisalpini et Transalpini Patroni Collegii Nautarum Comensium Heredes fac. cur.* At quid tandem monstri est *servus Cisalpinus et Transalpinus*, idemque *Patronus Collegii* cuiuslibet? Sed sic solemus omnes errare, quicumque in inscriptionibus explicandis versamur; neque propterea ut acerbius minusque humane a censoribus excipiamur, aequum est.

In *Fragm.* apud *Mur.* 1172, 7.:

2856. (*Filio*) — CARPVS COLONIAE || PATER INFELICISSIMVS FECIT. — Beneventi. Muratorius ἀβλεψία quadam, *Coloniae Pater*, exclamat, *illustre munus!* recte reprehensus a *De Vita* p. 141. et *Hagenbuch*. Hic praeterea suspicatur ad v. *Coloniae* supplendum esse *servus* (nisi potius fuit *libertus*:) eodemque modo accipiendum esse in *lap. Aquileiensi* *Mur.* 991, 10. *Helio Colonorum*.

#### F a m i l i a r u s t i c a :

2857. IVLIAE EROTINI || MYSTIS. CAESARIS VILLIC || ET FAMILIA. QVAE SVB EO EST || OB MERITA EIVS. — *Baiis.* *Maffei Mus. Ver.* 349, 4.

Alii VILICI (nam ita plerumque scribunt lapides: v. *Garatonii Curas secundas ad Cic. pro Plancio.* p. 52, ad *Cap.* 25.) hi sunt:

2858. D. M || CLAVDIAE || THALLVSAE. AVG || LIB. ET THALLIAE || F. EIVS HYACIN||THVS VILICVS. MA||PHITHEATRI (*sic*) CON||IVGI SVAE ET FILIAE || EIVS ET SIBI. ET SV||IS. — In via Latina. *Fabrett.* p. 3, 13.

2859. EVTYCHVS VILIC. || A PLVMBO || EVAGOGVS A. F || FECERVNT SIBI ET SVIS. — Sine loco certo. *Fabrett.* p. 38, 185.

2860. HERMEROTI. VICARIO SVO || LVPERCVS SVBVILLICVS || HORTORVM ANTONIANOR || BENEMERENTI FECIT. — *Romae.* *Grut.* 1112, 1. e *Pighii schedis*.

2861. DIS MANIBVS || ARIARATHES || HOLITORIS. — *Romae.* *Marini Atti.* 2. p. 529. Hortulanum dabimus in Capite de artibus et opificiis.

#### F a m i l i a u r b a n a :

2862. NAERIAE CERELLIAE || SABINAE PRVDENTIS||SIME PVELLE || SYMMACHI V. P || FILIAE || FAMILIA VRBANA || AERE CONLATO 1) || MERIT . . — *Romae.* *Marini Iscriz. Alb.* p. 110.

1) alibi: *aere conlaticio*.

2863. V. 1) QVARTIO HILARA MINOR MIDAES MINI||STRA. TEXTOR. III VIR. QVAE- SIMITVR 2) CVM MIDA || SITA EST IN EADEM OLLA. QVARTIO || GRATIAM RETTVLIT. MERENTEI || HILARAE. QVGD VIVA ROGAVIT || SE-

PVLTA EST. A. D. V̄I. K. APRILES ||  
 TI. CLAVDIO NER. P. QVINCTIL.  
 VAR. COS. 3) || MIDA CVBICLARIVS III  
 VIR. HIC SITVS || EST. HILARA MI-  
 NOR VIVA ROGAVIT. VT OSSA SVA  
 IN OLLA MIDAES || COICERENTVR.  
 CVM MORT. ESSET.

— Florentiae. Gor. *Etr.* 1, p. 420. Similia saxa, in quibus huiusmodi tribuni, quaestores, triumviri memorantur, habet Gor. *Etr.* 1, 561, 94 et 95. p. 370, 421. p. 396, 477. Grut. 1156, 1. Puto collegium quoddam servorum in iis commemorari, qui varias artes exercuerint, officia varia obierint, suosque sibi praefectos habuerint, Triumviros, Quaestores, Tribunos, in collegioque illo, quibus quaestoribus quidque actum sit consignari consuevisse. v. c. Gor. *Etr.* 1, 361. Mur. 696, 6. DEMETRIVS CVB. || III VIR. VENVSTO ET EPHEBO Q. 4) (Florentiae) HAGENB.

1) Vivus. 2) *simitu* Plautus pro simul. 3) u. c. 741. 4) Quaestoribus.

2864. AESOPO CAESARIS || AVGVSTI DISP. || APSYRTIANO ||  
MYSEVM VERONENSE, et quae a TE, Antiquariorum aetatis nostrae PRINCIPE, Inscriptionum in primis antiquarum Promo Condo de Republica Literaria benemerentissimo, consilio usquequaque prudenti adiecta sunt, sub finem anni nuper elapsi finem quoque suum accepisse, TIBI gratulor, mihi gaudeo. Opus hoc insignem summae diligentiae et eruditionis TVAE haud vulgaris thesaurum omnibus recludens immortale non minus fore, ac reliqua omnia ingenii TVI acerrimi monumenta, pridem sum auguratus. Cetera quoque, quae unus omnium praestantissime publico bono meditaris et paras ex animi non TVI magis quam nostri voto TE mature perficere et absolvere, ita mihi omnia quae opto contingant, ut vehementer velim. Quare DEVM TER O. M. supplex veneror, ut novis novo hoc anno viribus succinctus assuetam vicem fortissime praestes. Sit TIBI ἀετοῦ γῆρας proverbio celebratum; TIBI, inquam, ἐν νεφελῆσι τῶν ἀετῶν. Vnde quod ad Ios. Iustum Scalligerum, Veronensi patre nobilitatum, Iustus Lipsius, id ego iustissime ad TE, inlustre Veronae TVAE decus. Aquila in nubibus, quod Graeci dicunt, vere TV es: vides, immo pervides omnia; et quicquid venaris, capis.

Pro tribus MVSEI TVI exemplaribus qui adhuc debentur aurei nummi tres Veneti, eos nobilissimi Pestaluzii per Bergomates suos Carattonio, Seminarii Veronensium episcopalis typographo, solvent. Duo exemplaria, ut decebat, sine mora Argentoratum et Noviomagum Geldrorum misi: tertium publicae Turicensium bibliothecae inferendum a me esse, non ignoras. Cur vero in Sociorum seu subscribentium numero nomen me meum profiteri non passus quartum exemplar nullum misisti? Fac, oro, statim mittas, quod mihi servem, qui eximio hoc volumine TVO carere nec volo nec possum: eique adde, quaeso, sex Observationum TVARVM literariarum Tomos. Mihi enim ex bibliotheca Pestaluziana sextum tomum, cuius caput primum me legere iusseras, utendum roganti praestantissimus amicus, Bergamo ad nos



reversus, quattuor modo priores, quod neuter putabamus, Turici se habere respondit. Quod significabis pretium, continuo per eosdem Pestaluzios laetus lubens gratus solvam.

Pag. CX. honorificam LEICHH, meique fecisti mentionem, de diptycho agens consulari, quod ad hanc diem viderit nemo, nec fando quidem audiverit: in quo consulare capitis ornamentum conspiciatur adeo singulare, ut eius simile nusquam alibi prodierit: cuius autem consulis sit, priore diptychi parte deperdita ignorari. Falleris, mi SCIPIO eruditissime, memoria falleris; nam Anastasii a. Chr. 517. consulis esse, certissimum mihi est ex duobus eiusdem Anastasii diptychis integris, in quibus consul iste eodem capitis ornamento conspiciendus datus est ab Wilthemio: id quod TE fugisse miror, Wilthemii libro pridem instructum, cuius paginam 22. in opere TVO perfectissimo de Amphitheatro, seu *Veronae Illustratae* tomo IV. pag. 50. et 105. ad partes vocaveras. Quum de Diptycho Boëthii consulis Brixiano commentarium scriberem, th. XIV. pag. XX. repetere debui Wilthemiano me libro carere: quo haud multo post editum volumen QVIRINIANVM, quin ob id ipsum editum, ab amicissimo SCHOEPFLINO sum donatus.

Ad Eminentissimum QVIRINVM pag. CCXLII. non modo tria diversi generis certamina in tabulis diptychorum Arcobindi tribus, Gesneriana et Hottingeriana, seu duabus Turicensibus; et tertia seu Divionensi, spectari scripsi, sed ibidem addidi: „Quod si Diptychi Divionensis tabulam dextram fors fortuna offerret, ut Hottingerianam obtulit, quartum quoddam certaminis genus videremus.” Si iam tunc Wilthemii liber ad manus fuisset, superaddidissem etiam: In diptychis Anastasii duobus, seu tabulis eorum quattuor adhuc proditis, duabus Leodiensibus et duabus Bituricensibus, quattuor diversorum ludorum genera conspici. Quibus quintum tandem accessit in tabula altera diptychi Anastasiani tertii, cuius tabulam priorem seu dexteram si fors fortuna Int. MAFFEIO offerret, ut diptychi Arcobindiani tabulam Hottingerianam mihi obtulit, sextum quoddam ludorum genus videremus.

De libro meo QVIRINIANO, quem cum epistolio ad TE Kalendis Martiis MDCCCLXIX. missum, licet ex eo tempore nihil prorsus literarum ad me dederis, recte TE spero accepisse, quid TIBI, Itatorum doctissime, videatur, in primis quae obelo notaveris, nimis cupio scire. Eadem, quaeso, opera, quo loco quum meam in epistolio quo dixi brevissime expositam, tum REIMARI in Em. QVIRINI ad LAGOMARSINVM epistola mihi lectam loci DIONIS vexatissimi emendationem, habeas, me edoce.

Per mihi, per, inquam, mihi acerba acciderunt, quae *Mus. Veron.* pag. CCXXXIX. col. a. fin. col. b. init. stomachosius scripta, et, ut ab amantibus iratis solet, in maius aucta edidisti.

Ovid. *ex Ponto*, 2: 2: 23.

*Sed licet arma feras, et vulnera saeva mineris;*

*Non tamen efficies, non ut amere mihi.*

Neque possum TEcum conqueri de ista verborum TVORVM contumelia, postquam literis, credo, meis pridie Non. Ian. 1749. ad TE missis ad eam animi aequitatem es delapsus, ut pag. CCCCLXXXVI. in Emendandis haec poneret: „P. 239. c. 1. in fine *inducitis Deorum*: Quum viri docti iudica-

verint legendum SILVANO (v. Mur. 102, 7.) eruditus quidam ad Equitem cet. literas dedit, obtestans, *Caetera quae heic intermediant dele;*” quibus primum visis statim ad ea confugi, quae apud Poëtam sequuntur:

*Puppis Achaemeniden Graium Troiana recepit:*

*Profuit et Myso Pelias hasta duci.*

Missa, quae mihi facta fuit iniuria PATERNA, quam ita vocans, quo mihi loco sis, quo mihi loco colaris, candide et vere scribo, ab Emendandorum TVORVM loco, quamvis tanta humanitate scripto, ut de SILVMIO tacendi necessitatem mihi imponat, nondum tamen abeo; quia detinent me haec verba extrema, *quae heic intermediant*, paullo ante, eiusdem puta columnae initio, quoque a TE posita, *quae intermediant*. Hanc stili barbariem facillime evitasses ponendo utrobique, *quae intermedia sunt*; seu brevius participialiter, *intermedia*, sc. ὄντα. Meam sordium Fabretti *reman-sarum* reprehensionem contra TE tueri debui. Nunc ex TE quaero, an non soloeca aeque sint, quae TIBI stilo cetera gravi et ornato utenti, exciderunt verius, quam puto probantur. Inscriptio a Gudio emanata, de Sigl. Gr. pag. 69. pro *quae emanavit*. *Perventum* (esse) pro *pervenisse*, initio ep. XV, Ant. Gall. sel. pag. 69.

*Ad te dare sustinui* TE mihi obiecissem memini. Nunc invenio, me ad Bouhierium pag. 13. lin. 6. scripsisse *ad te, Vir gravissime, dare sustinui*, qui ordo verborum meorum nonne ab numero poëtico satis abit? Choriambus autem periodum claudere, quis unquam reformidavit? Sed haec levia sunt. Pergo ad aliud.

Obstupui, fateor, quum praefationis TVAE verba paginae octavae extrema legerem, ac si pag. 84. non, ut in margine omissa parenthesis nota citas p. 84. Muratorii consilium, inscriptiones in veterum auctorum libris relatas in suum Thesaurum importandi, non damnans, quin laudans, id mihi voluissem, nihil me discriminis statuere inter inscriptiones, quas ex marmoribus ipsis rei epigraphicae peritissimi viri recensuerint; et quas docti ex aliorum tantum schedis, flagitiose saepe corruptis, prodiderint. Quod perabsurdum me neque protulisse usquam, neque somniasse unquam, certo scio. Titulum Proaeresii apud Eunapium inveniendum a Muratorio notavi neglectum esse: quem si in Eunapio legi scivisset, haud dubie dedisset, ne ab instituti sui ratione deflecteret. Hanc enim in colligendo Thesauro suo sibi legem fixit, edendi nullo habito discrimine: I. Epigrammata adhuc in vetustis lapidibus existentia (unde unde accepta, sive ab ἀντίπταις, sive ex schedis, sive ex recentiorum libris.) II. Epigrammata, quae dudum perierunt, at in suis libris veteres nobis servarunt: cuiusmodi est Proaeresii titulus ab Eunapio nobis servatus. III. Epigrammata, quae non amplius exstant, at in schedis recentiores nobis servarunt. Hoc Muratorii consilium tantum abfuit ut damnarem: laudavi potius, v. et τερσ. p. 487. lin. 10. et etiamnunc laudo. Habes, quo sensu Muratorii ego laudator p. 84. eius mihi verba sim interpretatus, proxime, credo ad mentem ipsius Muratorii: sensu quidem certe longe alio, quam quem TIBI de me fingebas. Quam bene, quamve male magnus magni libri pater mediam consilii sui partem, de qua pag. 84. me egisse omnibus palam est, sit secutus et exsecutus, ne nunc quidem nar-



randi tempus est. Dico vero audacter, qui aureos, argenteos, aereos, maximos, medioximos, minimos in eadem arca nummos recondi non improbat, sed probat, nemini eum prudenti ita desipere videri, quasi adulterinos inter et veros nummos nihil statuatur discriminis, graves curtis non anteferat, quadrantem denario aequet.

Vtinam TE exorem, Vir Inlustris, qui MSS, Inscriptionum collectiones plurimas percurristi, ut praefationis TVAE pag. X, lego, immo qui ex maioribus, quas non videris, paucas reperire me iudice non iactas, sed verissime scribis pag. CCLI, ut ineditas ex iis inscriptiones nobis producas, quae quum exscriberentur, in schedasque primum referrentur, adhuc exstiterunt, nunc autem occiderunt; quarum in tot lapidum literatorum mortis generibus quantus sit numerus, facile est existimare. Conf. Saxii *peric.* p. 4. fin.

Quae in MVSEO TVO, quod adhuc cursim tantum transire licuit, Epistolis Epigraphicis reposuisti, singillatim me persequi si iusseris, ita morem TIBI geram, ut singulari epistola enucleate sim dicturus, quae utroque pollice probem, et de quibus, in primis ubi brevitatis studiosior rem omnem satis explicare dixisse non videris, a TE dissentiendi causae supersint. Huic autem epistolae malo alia nunc quaedam adtexere, nullo, mihi crede, carpendi studio, sed quia mira ab Antiquariorum Principe, qui TV mihi es, discendi cupiditate flagro.

Pag. 125, 3.

Cum saxi huius EX NAOFYLACE, ut ex meis ad TE literis recordor, collatus a me pridem est, qui in Mur. 831, 6, *NeophYLAX*, seu *NaophYLAX* III. FORTVNA legitur, et variante nonnihil scriptura etiam *NeofYLAX*, seu *NaofYLAX*, seu tandem quoque *NaufYLAX* expleri posset, Totum hoc omissem, nisi tertium *Νεοφύλαξα*, seu *Ναοφύλαξα*, seu *Ναυφύλαξα*, qui custodiae causa *ναυσὶ*, *navibus*, praepositus esset, mihi invenisse visus essem in

Pag. 349, 3.

NAVF. III. AVG. „scribendum, inquis, fortasse erat NAVI. *Navicularius Triremi Augusto.*” De NAVF. tacent indices TVI, contenti pag. 497. col. 3, dare:

III. Augusto 419, 3.

numeris fallentibus, in veros 349, 3. reformandis. Pro NAVF. Gorius, qui primus edidit, NAVE habet vocemque NAVE expressam addere lapidi pretium observat. v. *Τεσσαρακοστ.* p. 611. lin. 11. Si in lapide esset NAVI, pro integro ablativo, aequae ac NAVE, acciperetur commodissime, quo modo Nepos *πληθυντικῶς* semel *naves triremes* 2, 2, 8. et *ἐνικῶς* bis *navem triremem* 10: 4: 1, et 10: 9: 2. plene extulit. Adde Sanctorum mihi Diatr. p. 31. citatum.

Si a TE datum NAVF. in lapide ipso legatur, quod sic a TE in margine exteriori adpositum suadet, NAVF. siglam interpretor, antea nondum visam, vocis integrae, in aliis duobus lapidibus, ut vidimus, iam inventae, NAVFylax III. AVG. ut *NaufYLAX* III. FORTVNA. Si per V, non per O, in 125, 3. incisum fuisset EX NAVFYLACE, de *Templi Custode* nunquam in mentem

TIBI venisset, neque Muratorius 823, 7. quasi a se excogitatum protulisset, unde et ind. Mur. 3. Neophylax, seu Templi custos. 823, 7.

Cl. GORIVM, qui in Musei sui lapidibus hunc postremum edidit *Etr.* T. III. p. 68. n. 97., suspicor insolentia siglae NAVF. deceptum, notissimum vocabulum NAVE ex lapide hoc suo male exscripsisse. TVAE coniecturae NAVicularius obstare et hoc videtur, citius pro E aut F detritis I exscribi, quam E aut F pro I. sic

Pag. 283, 6.

LAELIA PHOEBI fortasse LAELIA PHOEBE legi debet, ne Asinii Theii uxori cognomen desit, et ne τὸ PHOEBI difficilem habeat interpretationem. I male exscriptum pro E, etiam pro T, in

Pag. 273, 4.

Nam versu penultimo IX. SCIX sic legi et interpungi EX *Senatus Consulto* EX, omnia autem quae dedisti sic integrari debent:

.....  
 ..... NIVS. STOLO  
 cura TORES. LOCORVM. PVBLICOR  
 iudi CANDORVM. EX. SC. EX. PRIVATO  
 in. publicVM. RESTITVERVNT

conf. Musei TVI 306, 7. et Goesii *Antiquitat. Agrar.* p. 108. Primum TE putas protulisse, ab aliis saepius editum. Habet enim Gruterus 200, 5. in Gruteroque legi nescius Fabrettus ipse imprudens bis dedit, primo p. 656. n. 482. ex *Barberinis*, deinde p. 675. n. 18. ex *Vaticanis* schedis, ab invicem varie abeuntibus. Muratorius ter iam editam ignorans, ex Comite *Malvasia* dat. 472, 2. Adhuc *Malvasiae* librorum nihil habeo, quantum autem ex P. Burmanno ad Sueton. *Iul.* cap. 9. p. 25. b. mihi constat, *Malvasia* in Grutero scripsit non legi, quod Muratorium ad investigandum tanto negligentiore fecit. Sed ne informi fragmento TVO, ut de alio a TE pag. 239, 5. humane notatus sum, multum adlaborem, redeo ad paginam TVAM CXXV., si tribus quod aiunt verbis dixerō

Pag. CXI. col. b. loc. 3.

F detritum ex E a TE datum esse in cognomine CN. DOMitii ADIFC. pro ADIECTi, ut est per E in Fabr. p. 512. n. 165., ubi et Mur. cito. Nonne vehementer displicere debet in TVO ind. nom. p. DV. col. b. datus Cn. Domadius?

Pag. 125, 4.

In adnotatione TVA de Mur. 613, 4. scribis, Vbi Gruterus 333, 9. *Pugnarum V* habeat, Thesaurum Muratorii habere *Pucharum*. Aut *V* post *Pugnarum* omittere, aut post *Pucharum* addere *Vxor* vel *Vivens* debuisses.

Pergis, addi in Muratorio: *Pucharum nomen feminae, ut Glycerium, Melanium*; quae verba non a Cl. editore, sed a typographo prolata putas. Hanc erga Muratorium clementiam TVAM, qua erroris erubescendi cum absolvere niteris, culpam in innocentem transferens typographum, nequeo probare. Probo quam maxime TVVM de MVRATORIANO THESAVRO iudicium maxime sincerum in fine *prae*f. pag. X. et XI. a TE latum. Num ergo et *Pucharum* indici nominum Muratoriano inlatum typographi incuria dedit? Vt mollissime dicam, quicumque notam Muratorii integram semel



perlegit, TEcum facere recusabit. Vide quae contra Muratorium in epistola ad Inl. BLAVRERVVM pag. 9. 10. disputavi, quum ante omnia totam Muratorii adnotationem cum pulvisculo, fidem reprehensionibus meis facturus, adtulisset.

Erga Muratorium nimis lenis, asperum hoc dedisti, Retiarii inscriptionem Grutero-Muratorianam legitimam non esse. Quid ita? *E schedis*, inquis, *orta, quam nemo vidit unquam*. E schedarum auctoribus neminem unquam ullum *αυτόπλου* typum vidisse, unde nobis fides fit? Eodem iure, seu iniuria potius, sexcentenos lapides, ne minimum quidem *νοθείας κρηπίδιον* de se prodentes, multo minus in se habentes, ex *γνησίων* numero expungemus.

Pag. 147, 2.

MVRATORIO 1251, 8. ex TE danti et heic parcis. Repeto vere a TE ad 147, 1. dicta: *Novus Thesaurus referre verba satis habuit, sed ea ipsa nequaquam feliciter*. Quid enim? CARISSIME versus ultimi pro PIIS-SIME ut condonetur, versus tertii connexionem τῶν E et L ante lacunam adeo non pervidit, ut MARC. ET. . . . . nobis finxerit, pro MARCEL. . . . i. e. MARCELLini, ut lacunam in *Ver. Illustr. Insc. n. 6.* vacuam, heic in *Museo* perite explevisti.

M. Concenetus 147, 2.

in indice TVO pag. 505. col. a. relatus est: praestitisset, puto,

M. Concenetius Marcellinus 147, 2.

Cur enim hominis cognomen nobis subtraxeris non excogito. Cognomen *Marcellinus* si adposuisses, forte et *Concenetius* dedisses, ne sine causa nomen gentilium non in IVS terminaretur. I enim finale genitivi pro II de more accipitur, ut v. 5. PATRIMONI incisum pro PATRIMONII.

Ad eundem lapidem offendit Muratorius, qui saxi TVI in indicibus suis bis tantum meminit:

M. Concenetus 1251, 8.

praeterca, quod quæ ei obreperit nescimus:

M. Cocenetius 1251, 8.

De v. 4. M. CONG. IVSTINVS ex Muratorio nihil intelligimus. TIBI, ut ex lectione TVA explicata video, placuit *M. Congius Iustinus*, quod non-nihil miror. In permutatione enim literularum C et G tot exemplis, quot alia nulla, testatissima CONGenetius pulchre procedere videtur, iuvatque non-nihil, in monumento parvulo memoria CONGENNICIAE apud Mur. 1778, 12.

Per mihi placuit, quod eruditissime notas, non iam ad 85, 4. sed demum ad 88, 2. Varum Macrini patrem minime iudicans, sed patrem dictum, quod eius filius tribus eiusdem nominibus uteretur. Ita interdum IVNIOR dicitur ab alio eorundem nominum *seniore*, quamvis in eadem inscriptione non memorato, distinguendus v. Fabr. p. 368. n. XXIV. Quum *Varus pater* ita explicatu dignus TIBI sit visus, ne temere pater et filius diversarum gentium fuisse crederentur: patrem Marcellinum *Concenetiae* gentis, filium Iustinum *Congiae* fuisse, non valde amo, cum CONG. non CONGIus, sed CONGenetius acceptus rei huic medicetur optime: licet non nesciamus, dari

exempla patrum et liberorum in diversis gentibus recensitarum, de quo in *Epp. Epigr.* agendi occasio mihi fuit, TIBIque ad saxum TVVM pag. 155. n. 7.

Pag. 157, 4.

Adnotationem ad 156, 8. loco non suo datam ad subsequentem inscriptionem pertinere recte notatum est. Sed quicquid id est adnotationis eruditae de duobus unius hominis praenominibus, in spongiam TIBI incubisset rectius, et qui in ind. pag. 508. col. a. occurrit

C. P. Minucius 157, 4.

sic melius esset datus, quantum mea quidem fert opinio;

C. Minucius C. F. 157, 4.

nec non

P. Minucius C. F. 157, 4.

saxum enim totum sic lego: *Caius et Publius MINVCIi Caii Filii Publico MINVCIO Publici Filio AVO.* Non opus est, ut SENTIi duo, APER ET PHILVMENVS a TE aequae ac a me probati iterum in scenam reducantur. v. Mus. TVVM 239, 3. seu Mur. 102, 7. Avo suo duo haec faciunt nepotes, quorum alteri paternum, alteri avitum fuit praenomen. )( *Furiae Q. F. Crispinae* faciunt avi, *FVRII duo, Furius APHRODISIVS, avus, ET Furia TRYPHOSA, avia, NEPTI,* in Mus. TVO p. 190, 4.

Pag. 159, 6.

NCCXVIII. Numerum tam magnum, nec qui *et* proximaret, nondum apparuisse scribis. Apparuerat vero, qui TVVM longe excedit, N. CCCCXVIII. in Mur. 1337, 2., pro quo, quod Muratorius nescivit, in Grut. 778, 8. est N. CCCCXVIII. Si Muratorius editione Gruteri secunda esset usus, Holthenique Animadvertenda consulisset, ab repetendo saxo abstinisset manum.

Alios titulos sepulcrales, magnis quoque numeris notatos, nunc non adduco, quia me folii paginam ultimam iam procedere videntem longius abducerent, quam charta haec concederet.

TVVM *Secundianae* saxum habebat Mur. 1404, 7. in nonnullis a TVIS lectionibus haud dubie male varians, et finiens N. CCCXVIII. Quae autem ibi notavit, a TVIS non dissident: longe autem, quod gaudeo, receditis ab Vrsati sententia, qui *Mon. Patav.* p. 49. numeros eiusmodi de nummis in monumenta erogatis explicaverat.

Finio, non ambigens, si limatissimum opus TVVM, non canis Nilotici more festinans, sed a capite ad calcem quietus legam, ad quod faciendum proxime accingar, uberrimos me fructus percepturum esse. Festive ad 213, 4. *Intelligere, inquis, et interpretari non ita sane in promptu est, ac exscribere fuit et vulgare.* Nullis sumptibus pepercisti, omnes itinerum molestias perpressus es, ut ubique locorum lapides ipsos inquirereres, oculata manu exscriberes, omnibus divulgares; quam ob rem aequum certe est maximas TIBI gratias agi, et haberi semper: neque minores, quod lapides haud paucos unus omnium eruditissime interpretatus intelligere et alios eorundem generum nos doces. Utinam longe pluribus ex beata doctriinae TVAE epigraphicae copia lucem, quam postulant, accendisses, et, quod alios iuxta mecum optasse praefationis TVAE pagina sexta lego, non singulas, sed digniores commentariis illustrasses, adnotationibusque exornasses. Sed ob praeteritas quasdam observationes irasci malle, quam de adlatis gratias agere



piaculum duco. Forte nobiliores quosdam titulos nullis notis a TE nobilitatos alibi nobis enucleabis. TVVM in primis *de Notis Romanorum* Commentarium in chartula invitatoria serio promissum, in aliud vero tempus, ob typographi clamores a TE pag. 487. relatos, dilatatum, noli, quaeso, literarum antiquarum amatoribus diutius invidere.

Vale athleticè, *ΚΡΑΤΙΣΤΕ ΣΚΙΠΙΟ*, et me ama. Turici III. Idus Ian. MDCCL.

## IX.

Principi Eminentissimo  
ANGELO MARIAE CARDINALI QVIRINO  
S. P. D.

IO. GASP. HAGENBVCHIVS.

ETSI comitatem TVAM summam, PRINCEPS EMINENTISSIME, blanda non desiderare verba sâtis novi: TE tamen eruditae antiquitatis vindicem, et promum condum non dicere, non patitur veritas. Vel *καινοπαλαιον εὑρημα* TVVM, cujus typum mecum benignissime communicasti, nemine mortalium dignius erat, quam TE tanto Thesauri Diptychorum Coriani patrono, ut merito TIBI gratuler, mihi gaudeam. TIBI in primis quoque gratulabitur, sibi que gaudebit Praepositus, Florentiae suae decus et ornamentum, Ant. Franc. GORIVS noster. Videor enim mihi videre, quanto illustriora et expressiora TVA in rem quoque antiquariam merita sint futura, quum tantum laudis iis porro iam sit accessurum ex Diptycho antiquo, recenter ex tenebris a TE in lucem producto. De quo his me literis TECUM agere omnino decet, si volo is esse, quem TV me esse voluisti.

*Ludos* exhiberi *Circenses* inferiora eboris TVI docent, quam quae maxime. Omnium enim oculis sistunt Circum, in eoque medio Obeliscum magnum inter utrasque metas, ita ut in utraque earum tres obelisci minores ex una surgant basi, et circa hasce metas quadrigarii curribus feruntur celerissime, iique quattuor. Puto, quod quattuor olim erant agitatorum *factiones*, colorum distinctione quadrifariam divisae: *prasina*, *russata*, *albata*, et *veneta*. Vid. Cassiod. *Variar.* III. 51. p. m. 118.

Quod si scriptoribus Graecis posterioribus, seu Imperii demum Orientalis, fides tuto adhiberetur, ex certisque eos auctoribus antiquissimis in sua id scripta derivasse constaret; harum *factionum* quattuor origo ad ipsum Romulum, Romani imperii conditorem primum, referri deberet. Vid. *Chronic. Paschale* pag. 110. D. et p. 112. B.; quo Cangii volumine egregio, aequè ac Wilthemii libello, carebam, quum mea de Areobindi Diptycho altero abhinc anno operi QVIRINIANO de diptycho Boëthii adiunxi.

Ex factionibus his quattuor postea labente imperio *prasinam* et *venetam* solas eminuisse, et a *prasina* quidem factione *albatam*, a *veneta russatam* esse absorptam autumat Wilthemius pag. 21.; qui si Diptychum

TVVM quattuor quadrigarum Circensium vidisset, ex Diptychorum suorum, Leodiensis et Bituicensis, equis nonnisi duobus, quantum coëgit, non confecisset. Duo equos istos ad ludos Circenses spectare haud negem: at Factionum numerum eosdem imminutum docere non facile dem. Malim ego quidem certe duo Diptychorum Wilthemianorum equos explicare ex his Senatoris *Variar.* loc. cit. verbis: *Equi desultorii, per quos Circensium ministros missos denuntiant exituros, Luciferi praecursorias velocitates imitantur.*

In Diptycho Veronensi itidem duo eiusmodi equi spectantur, *Mus. Veron.* pag. CXI.; quod Diptychum non Consulis incerti, ut putabat editor inlustris, sed eiusdem omnino Anastasii esse, cuius duo Diptycha dederat Wilthemius, ad TE, Eminentissime QVIRINE, Brixiam, antequam serenissimae Reip. Venetae, almae matris TVAE, legationem Romanam susciperes, et ad Inl. Marchionem MAFFEIVM Veronam, anno superiore scripsi, quum primum ad me Museum eius esset adlatum.

„Aedificia autem Diptychi Leodiensis videntur esse stabula factionum. Victor in IX. regione Vrbs, dicta *Circus Flaminus*, posuit *stabula III. factionum*. Credibile est ut Romae, ita etiam Constantinopoli fuisse factionum stabula, quae hic duo sunt, forte quod duae essent tantum factiones, ut supra dictum.” WILTH. p. 25. Nonne vel Victoris locus ab ipso Wilthemio datus quattuor Romae *factiones* superfuisse testatur? TVVM autem Diptychum Romani seu Occidentalis consulis esse deinceps videbimus.

Constantinopoli aliter rem se potuisse habere possum concedere, et duo aedificia de duarum tantummodo *Factionum*, Prasinæ et Venetae, stabulis explicantem tanto facilius fero, quod Wilthemiana Diptycha Anastasii a. Cti. 517. consulis sint Constantiopolitani, non Romani. Iuvat hanc coniecturam *Chronicon Paschale*, quod a. Cti. 532. seditionem Constantinopolitanam referens *factionum* nonnisi duarum, Prasinæ et Venetae, facit mentionem pag. 336. C.

Ad quem annum in notis suis Cangius pag. 595. extr. antiquum adfert lapidem, quem, inquit, ex *Bullingero* describemus, quia deest apud *Gruterum*: itane vero? primum pro *Julio Caesare BVLENGERO* Iesuita, *Henricum BVLLINGERVM* nominat, sacrorum Ecclesiae Turicensis Antistitem secundum, Huldrici ZWINGLIJ successorem. conf. *Clerc. Bibl. chois.* T. VI. p. 251. et P. Burmanni *Cazett. menteur* p. 224. Deinde ignorare Cangius non debebat, *Bulengerianum* lapidem iam fuisse apud *Grut.* 338. 2. in notulaque edit. *Grut. Amstel.* recte *Bulengerus de Circo Romano* adducitur.

Diptychon TVVM Occidentalis, non Orientalis Consulis esse, quae in summo Diptycho restant literae, docent:

AMPADIORVM

quod ubi primum vidi, statim putavi integre legendum esse IAMPADIORVM, ad annumque Christi 530., qui ambo consules in Occidente habuit, nos duci arbitror: quia in Fastorum veterum libris, *Lampadius* consul nullus occurrit, nisi quo anno dictum modo est, *Orestis* collega; quique *Lampadii* et *Orestis* consulatum excipiebant anni duo, Cti. 531. et 532., quod suos sibi consules ordinarios neque Constantinopoli neque Romae habebant, notis for-



mulis *post consulatum Lampadii et Orestis* notati sunt, et quidem ann. Cti 531. ἀπλῶς *Post consulatum eorum*, et ann. Cti 532. *iterum post consulatum eorum*. unde etiam in aliquot lapidibus priscis, ad hosce tres annos adligandis, supersunt huius consulatus, horumque postconsulatuum, *Lampadii et Orestis*, memoriae.

Quid? quod et annum Christi 533. eadem numerandi ratione, *tertium post consulatum Lampadii et Orestis* in Occidente insigniri continuatum esse, doctissimus MAFFEIVS, quo nemo aetatis nostrae peritius lapides antiquos interpretatus est, et utinam plures interpretaretur, se primum putavit docere posse. *Mus. Veron.* 180, 5.

B N M

HIC REQVHSCET IN  
 PACE SCĒM PREBITER  
 VRBANVS QVI VIXET  
 IN HOC SECVLVM AN  
 NVS PLMN̄ XXX ET FVAE  
 PRSB ANVS IIII ET M̄  
 VIII DEPOSITVS SD̄ VI  
 NONAS OCTOB̄ PC̄ IT  
 AQVE IT LAMPADIO  
 ET ORESTO VVCC̄  
 IND̄ XI

„Nova formula heic habetur, quae Urbanum presbyterum depositum „docet sub die VI nonarum Octobrium *post consulatum iterum atque iterum „Lampadii et Orestis*; hoc est anno DXXXIII, ut addita indictio undecima „extra dubitationem ponit. Fastorum auctores hoc anno Iustinianum sine „collega Consulem exhibent; sed marmor nostrum perspicue docet, in Italia „subsignata aliter fuisse monumenta.” Haec inlustris Marchio: quem miror ad marmoris sui verba VI. NONAS. OCTOB. animum serio non advertisse: scilicet a. Cti 533. undecimam Indictionem mense Augusto finitam, et duodecimam ab eiusdem anni mense Septembri iam coeptam esse. Vid. *Epp. Epigraph.* pag. 342. lin. 26., et quem ibi citavi Norisium.

Monumenti Maffeiani formula nova, PC̄ IT AQVE IT, ut reliqua epigrammatis, barbariem spirat, et IT AQVE IT ταυτολόγως garrit pro simplici I Terum, ut extra dubitationem ponit versus ultimus IND. XI., quae a. Chr. 532. mense Octobri omnino procedebat, non amplius *decima*. An rudis marmorarius I Terum AtQVE I Terum dedit, quia non unum tantum, sed duo consules collegas erat, incisurus? An suspicabimur, quadratarium hunc non Marcellini, sed Victoris more annos postconsulatuum ita supputavisse, ut ipsum consulatus gesti annum adnumerarit? *Post Consulatum iterum atque iterum Lampadii et Orestis*, id est, ut Victor extulit, *post consulatum Lampadii et Orestis anno tertio*: qui annus in Marcellino Comite

IND. X̄. item PC. *Lampadii et Orestis Coss.*

scriptus, vitiose item habet pro *iterum*: ut emendat Maffei in *Mus. Ver.* p. 180, b. ante med. et ante eum alii; in hisque Relandus *Fastor.* p. 707.

ibidem e vestigio de more Victoris a Marcellini more annos postconsulatum numerandi diverso agens, nec non monens, annos duo 531. et 532. ἀνυπάτους in Alexandrino seu Paschali Chronico sic signari, ac si Lampadius et Orestes consulatus tres continuos gessissent:

530. *INΔ. Π. Γλ. Λαμπαδίου καὶ Ὀρέστου.*

531. *INΔ. Θ. Γλ. Λαμπαδίου καὶ Ὀρέστου τὸ β'.*

532. *INΔ. Ι. Γλ. Λαμπαδίου καὶ Ὀρέστου τὸ γ'.*

Quae contra MAFFEIVM debui disputare, inlustrantur et confirmantur ex alia etiā inscriptione, quae primum a Fabr. p. 757. num. 631. producta, deinde in praeclaro opere Doniano Class. XX. num. 25. p. 529. repetita est cum hac GORII nostri adnotatiuncula: „Aliquantulum inemen-  
„datam produxit Fabrettus *Inscr. Ant.* cap. X. n. 631. Vide et Relandi „*Fastos Consulares* pag. 703.” Deest in Fabretto vocula prima HIC. Vbi Fabrettus OBI. . id est OBIit, Donius habet OR. I., i. e. hORam I.(unam) aut hORas II. vel III.; nam unitati relictæ forte iunctæ erant aliae, in versu marmoris quarto extremo abruptæ.

Haud infrequens est vocabulum *horæ* sine adspiratione scriptum, in primis in titulis Christianorum, ut ORAS VI in eo, quem, quod ad rem nostram tanto magis facit, in exemplis horarum etiā in senum epitaphiis enumeratarum adfert Fabr. p. 482. n. 590. et ut ineditum habet Mur. ad a. Chr. 402. (T. I. p. 398. loc. 4.) ob consulatum Honorii Augusti quintum: quum tamen typus iste Muratorianus, magisque Fabrettianus, ostendere videantur, post V. unam atque item alteram unitatem abscissam, adeoque titulum quinto Honorii consulatu seriore esse. Cuius in Fastis suis tacendi Relandus hanc ipsam, ni fallor, causam habuit, quod, cui Honorii consulatui eum adligaret, nesciebat.

Eadem τῆς *oræ* orthographia interdum quoque in tumultis ethnicorum. v. g. Mur. 1775, 5. ORIS VII. et 1799, 10. ORA pro HORA, ubi hi versus elegiaci quattuor habentur:

*Iter septem annis ego iam fatale peregi:*

*Nunc rapior tenebris, et tegit ossa lapis.*

*Desine soror me iam flere sepulchro.*

*Hoc etiam multis regibus ORA tulit.*

Post me si legeretur *inlatum*, aut alia si adferretur medicina, hexameter posterior staret, quem uno pede claudicare ex marmorarii incuria observat MVRATORIVS: at de initio prioris hexametri, *iambum* pro *spondeo* male habentis, neglexit monere.

Saxum Fabrettino-Donianum etsi lacunosum sit, ad implendum tamen est facillimum, et a Bimardo in Mur. *Proleg.* pag. 125. E. non modo recte

SVB. DIE. PRID. IDIBVS. Decembris

INDICTIONE. VNdecim-

MA. ITERVM. POST. consulatum

LAMPADI. ET. ORESTIS

v. v. c. c.

suppletum, sed etiam optime ad a. Cti 532. est adligatum, quod anno illo, post Consulatum Lampadii et Orestis secundo, pridie Idus Decembres, Indictio Vndecima decurrebat, a Septembri eiusdem anni numerari coepta.



Hoc Fabretti et Donii saxum recoquit ceu ineditum Mur. 422, 6. ex *Petro Saxio*. Puta ex eius *Pontificio Arelatensi*, quod ob miram libri raritatem ex editione Aquis Sextiis 1620, 4. vulgata accurate recusum est in Io. Burchardi MENCKENII Scriptoribus rerum Germanicarum, praecipue Saxonicarum, Lips. 1728. Fol. Tomo I. loco V. pag. 107—379. In volumine hoc Menckeniano pag. 167. B. sic exhibetur, *sepulcralis inscriptio Thaumastae, e ruderibus his annis proxime elapsis eruta, quae talis est*:

HIC IN PACE REQUIESC-  
 BONAE MEMORIAE  
 THAVMASTA QVAE V-  
 XIT ANNOS LX ET ORI  
 - SVB DIE P. R. IDIB-D  
 INDICTIONE. VN  
 MA ITERVM POST  
 LAMPADĪ. ET. ORES:  
 V V CC.

Collata Muratorii *ἐξδοσει* videbis non modo ANNOS LX̄ Mediolani in ANNOS XL̄ esse corruptos, sed praeterea Muratorium ORI sine indicio mutasse in OBI, versumque quintum cum tribus sequentibus eundem de suo ita explesse, ut, quae in Saxii libro aderant lacunae, in Muratorii Thesauro nullae appareant.

Si SAXII typus in Menckeniano Tomo accurate recusus est, versum quintum sic integrabimus:

D. SVB. DIE. PR. IDIB. DEC

id est, *Deposita SVB. DIE PRidie IDIBus DECembris*. Quod nisi SAXIO, tamen, ni fallor, *ἀντόπη*, de lacunula initio versus quinti tuto credi possit, ut ibi Fabretti et Donii typi ante SVB quidquam excidisse non indicant, id tamen exemplis discimus, tritissimam siglam *Deposit.* interdum incidi omissam esse, v. gr. Fabr. p. 759. num. 615.; quod monendum duxi, ne τῆ̄ OBIit, si *Deposita* excludatur, opus esse existimetur; ne nunc dicam, diem obitus seu mortis eundem diei depositionis non fuisse, ut quidam putarunt, non observantes, depositionem seu sepulturam uno aut altero die post mortem esse factam.

Bene Muratorius saxum SAXII Arelatense retulit ad a. Cti 532. Gorius vero in sua adnotatiuncula, quam supra vidimus, iussit videri Relandi *Fastos* p. 703., id est ad a. Chr. 531., seu *primum post Consulatum Lampadii et Orestis*, ad quem quidem certe annum Relandus pag. 705. extr. 706. init. haec habet: „Fabrettus *Inscriptt.* pag. 757. POST . . . LAMPADI. ET. ORES . . . V. V. C. C.”: sed profecto non decebat Relandum omittere τὸ ITERVM ante POST, ne de mense dicam Decembri, et indictione XI., quae omnia atque singula Relandum, Inscriptionem Fabrettinam ad a. Chr. 532. certissime referendam esse, docuissent.

GORIVS in Doniano indice suo consulari

“ V. C. 1282. P. C. 530.

“ LAMPADIVS ET ORESTES COS.

“ XX. 25. 72.

“ XX. 100. P. C. eiusdem XX, 101.”

postrema haec linea *XX*, 100. *P. C. eiusdem XX*, 104. loco vero mota ad *VOLVSIANVS COS.* est retrahenda. De *XX*, 25. satis dictum ad a. Chr. 552. pertinere: idemque dicendum de *XX*, 72. p. 559. nam sic desinit: *ITERVM P. C. LAMPADI. ET. ORESTIS. V. V. C. C. CONSS.*

Relandus ad a. Chr. 551., qua dixi pagina 706., sic pergit:

„Ex corpore inedito inscriptionum Marquardi Gudii *P. C. LAMPADI. ET. ORESTIS. VV. CC. CONSS.*” Inscriptiones ex MS. Gudiano depromptas Relandus *Fast.* p. 7. acceptas refert viro clari in rep. literaria nominis, Francisco HESSELIO, qui eas iam tum parabat edere, et multos post annos tandem edidit: ex editoque Inscriptionum Gudianarum *Syntagmate* 371, 4. inscriptionem, cuius ultimam tantum particulam dederat Relandus, eandem Donianae *XX*, 72. esse vidi, eademque opera cognovi, male et hanc Relandum ad a. Chr. 531. adtulisse, iterum omissa voce *ITERVM* ante *P. C. LAMPADI*; quo nomine notatus merito est ab Hesselio in indice Gudiano 22. seu Consulium, pag. LXVI. a. lin. 6. „Lampadius et Orestes *VV. CC.* „371, 4. [*Illud notandum est*, iter *PC. Lampadi et Orestis VV. CC. „Conss. Nam iter, hoc est*, iterum, non video in Fastis Relandinis anim- „adversum.]”

Hanc Gudiano-Donianam inscriptionem ex Donio repetitam Muratorius 422, 5. retulit ad a. Chr. 532., ad quem eam annum haud dubium est referri debere.

Sed a saxis consularibus *Lampadii et Orestis* ad eorundem diptycha ut pergama, nondum sum oblitus, quam Diptychi *Orestis* epigraphen mecum communicavit praestantissimus Antiquarius, GORIVS noster, operis mei, *TVIS* editi *AVSPICIIS*, pagina CLXXXVI. Cuius ego diptychi praestantiam hanc esse dixi pag. CLXXXVIII., quod *ORESTIS*, cum *Lampadio* a. Chr. 530. Consulis, nomina priora tria antea ignorata nos edoceat,

*RVFII GENNADII PROBI ORESTIS.*

Vtinam *TVVM*, Eminentissime *QVIRINE*, Diptychum alterius eiusdem anni Consulis, *LAMPADII*, nomina nobis omnia servasset! Ita enim demum fieret, ut sciremus, in *LAMPADII* nominibus nomen *POSTVMI* vel *POSTVMII* an quoque fuisset; quod adhuc cogimur nescire, licet Fastorum scriptores recentissimi, Almeloveenius, Relandus, Muratorius auctum hoc *POSTVMI* nomine *LAMPADIVM* extulerint: ille *Postunium Lampadium*, hi *Postunum Lampadium* vocantes.

*POSTVMI* nomine Lampadius hic primum dici coeptus est a Panvino: in cuius Fastis editionis Venetae 1557. pag. 135. par consulium a Chr. 530. sic occurrit,

*POSTVMVS LAMPADIVS V. C.*

*FL. HORESTES. V. C.*

at in eiusdem editionis indice consulium *Lampadius, V. C. praenominis Postunius* legitur. In altera, quam nuper mihi emi, Panvianorum Fastorum editione, Veneta quoque, 1558. libro III. pag. 65. consules a. Chr. 530. his nominibus sunt scripti,

*Postumus Lampadius V. C*

*Fl. Orestes V. C*



et in commentario in libr. III. Fastorum p. 425. eiusd. edit. *Lampadii*, inquit, *mentio est in vetusta inscriptione Neapoli sic*

POSTVMVS LAMPADIVS

V. C. CONS. CVRAVIT

at in Appendice alteri huic editioni suffixa pag. 12. consules anni Cti 530.

*Postumius Lampadius* *Fl. Orestes*

dicuntur.

Saxum Neapolitanum, quo uno nixus Panvinus consuli *Lampadio* a. Chr. 530. nomen, seu, ut ipse vocat, praenomen modo *Postumi*, modo *Postumii*, dedit, in prima inscriptionum collectione Apiani et Amantii, edit. Ingolst. 1534. fol. CX. loc. 1. sic habetur

POSTHVMIVS LAMPADIVS

V. CONS. C. A. MP. CVRAVIT

qui typus etsi in nonnullis Panviniano inferior sit, eidem tamen praestat, quod inter CONS. et CVRAVIT quattuor has literas C. A. M. et P habeat, quae si, ut par est, congregentur, optime exit, non CONSul, quod Oauphrio Veronensi imposuit, sed CONSularis CAMPaniae. Consularitatem autem Campaniae Consulatum ordinarium Romae gestum non involvere, monui in *Epist. dedicator.* ad Nobiliss. BLAVRERVVM pag. (78.) lin. 22.

Panvinianum saxum legitur quoque, post Smet. 13, 13., apud Crut. 193, 1.

POSTVMIVS

LAMPADIVS

V. C. CONS. CAMP.

CVRAVIT

„Capac. l. 1. *Hist. Neap.* c. 3. lapidem istum primum omissa tamen voce „CONS. Neapoli ad DIVAE MARIAE Rotundae conspici dicit, item hunc e „regione POSTVMIVS. LAMPADIVS. V. C. CAMP. TEMPLA. CLIVOS. „ET. PLATEAS. NEAPOLEOS. RESTITVI. CVRAVIT.” Quod nisi in hac editionis Gruteri secundae notula operae Amstelædamenses peccarunt, peccat posterior Capacii titulus omisso CONS. ante CAMP., ut priorem eiusdem eandem vocem CONS. non habere notant, qui notulam hanc editioni Gruteri repetitae intulerunt.

Quae ut inedita datur Inscriptio apud Don. II, 42. pag. 77. et ex Donio apud Mur. 482, 4., eadem est Gruterianae, omisso male versu secundo LAMPADIVS.

Est et alia apud eundem Don. V, 65. pag. 177., a Muratorio neglecta: quam et ipsam si non eandem priori, eidem tamen similem, et eiusdem certe hominis esse, nemo non videt. In indice nominum Doniano a GORIO relatus est voc. *Postumius*: „M. Postumius Lampadius. V, 65.” ubi praenomen Lampadii precarium M. (*Marcus*) non tolerandum, sed tollendum est.

Si Donianae Classis V. inscriptionem 65. diversam esse a 42. Classis II. placeat magis, non dissentiam. Nihil enim est, quod obstat, quo minus existimemus, ab eodem Lampadio, consularitatem Campaniae sustentem, plura opera et aedificia publica curata, statuendaque ordinata esse: cui titu-

lus sit erectus, REDINTEGRATORI OPERVM PVBLICORVM, legendus in Grut. 459, 1. et post Gruterum in Spon *Misc.* 160, 2. et Fabrett. p. 398. n. 286.

In Gruteri ed. sec. adnotant, Fabrettum LANPADIO habere, ut saepe N ante labiales, non in M mutatum, sed retentum invenimus in saxis et Graecis et Latinis, his tamen longe paucioribus, quam Graecis. Neutra nunc adnumerandi tempus est. Cur vero hi adnotatores tacent, in Fabretto POSTVMO esse pro Gruteri POSTVMIO?

*Fabretto calido sub pectore fervida bilis*

*Intumuit, quam non extinxerit urna cicntae:*

Sponium nonnisi ut corrumpere, *Miscellaneous* suis commiscuisse. Maluit Fabrettus iram suam omnem evomere in Sponium, hominem Gallum, quam invehere in hominem Italum, Capacium, ex quo Sponius Neapolitanum lapidem desumpserat: vixque dubito, non Sponium, sed Capacium culpae proximum inventuros esse, quibus Capacii liber est ad manus.

„Videtur hic idem, qui Cos. fuit A. Chr. DXXX. cum Flavio Oreste, „idque in Occidente. Postumii huius et mentio fit CDLIX, 3. (leg. „459, 1.) Almelov.” Haec Holth. in *Add. Grut.* T. IV. p. 324. a. ad Grut. 193, 1., quae bene conveniunt cum iis, quae Almeloveenius ipse in *Fastis* suis *consularib.* T. II. p. 135., extr. de Lampadio consule a. Chr. 530. adnotavit: *an hic? qui memoratur apud Gruter. Inscr. p. 459. n. 1.*

Quod sine ulla adfirmatione, dubitanter, ut vides, Almeloveenius dixerat, id sine cunctatione admissum adfirmatumque video ab Holtheno, qui utrumque Gruteri saxum 193, 1. et 459, 1., ad Lampadium a. Chr. 530. consulem putavit pertinere: quippe qui indici nominum Scaligerano hoc scripserit supplementum: *Lampadius V. C. Cos. Camp. 193, 1. 459, 1. 1059, 3. 1060, 7. A. V. C. 1282. post C. N. 530.*

Sic et Relandus morosa sine cogitatione existimasse est existimandus, *Fastorum* suorum pag. 703. ad a. Chr. 530. initium dans saxi, editi a Fabr. p. 398. Grut. 459. Spon *Miscell.* 160.

Lampadium vero, Consularem Campaniae, demum sexto post C. N. seculo floruisse, eique ordinem (scil. summum, i. e. senatum) Capuensem voti et obsequii sui pignus locavisse, animum inducere vix possum: magisque quartum, quam sextum, seculum redolere saxa Lampadii, consularis Campaniae, videntur, unde mihi non displicet coniectura Sponii, qui *Misc.* pag. 160. extr. *Lampadius*, inquit, *iste videtur idem esse, qui anno Christi 366. sub Valentiniano I. Praefectus fuit urbis Romae, et antea Praefectus Praetorio, de quo Ammianus Marcellinus lib. 27. cap. 2. (3.) et Lacarry in historia Christiana sub Praefectis Praetorio.* Quam memorat Aegidii Lacarry historiam, aequae atque alteram eiusdem, Historiam coloniarum a Gallis in exteris nationes missarum, et ab exteris nationibus in Gallias deductarum, olim mihi quaesitas, nondum vidi.

Vnum hoc addo, hunc Praefectum Vrbi Lampadium Panvinio minime ignotum fuisse, ut patet ex eius commentario in librum III. *Fastor.* ad annos V. R. C. 1117. et 1118. p. 443. iuit., ut non temere suspicer, nisi in manuum Neapolitanae Inscriptionis typum, qui CONS. pro CONS.



CAMP. habebat, Panvinius incidisset, eum Lampadium, consularem Campaniae, non de Lampadio Consule sexti seculi, sed de Lampadio Praefecto Vrbi a. Chr. 366. potius fuisse interpretaturum.

Neque coniecere non licet, Lampadium quarti seculi, quamvis consulatum nunquam consecutum, unum proavorum Lampadii a. Chr. 530. consulis fuisse. Hancque LAMPADIORVM familiam veterem et inlustrem sexto seculo imprimis claruisse, tandem vel ex eo coniecero, quod in Diptycho TVO πληθυντικῶς

## LAMPADIORVM

legatur, non ἐνικῶς LAMPADII. Cuius pluralis numeri, in Diptychis ante TVVM invisitati, rationem etsi non facillimum sit expedire, audaculi notam vix effugiturus, quid mihi de hoc numero videatur, brevi ante, quam finiam, QVIRINO exponam meo, ut, si minus veri similia dicere videbor, certiora ex TE, Cardinalis Eminentissime, idemque PATRONE Eruditissime, cognoscam, veroque ipso cognito errores possim deponere meos.

Consuli TVO forma augustiore expresso adsunt viri duo minore forma exsculpti, ad dextram alter, alter ad sinistram. Tribus his viris tres subsunt sellae, quarum media ab reliquarum duarum forma nonnihil differt. An interpretari licebit de Lampadiae familiae munerariis tribus? De Lampadio consule, Orestis collega, a. Cl. 530., deinde de Lampadiis duobus aliis, qui eodem anno magistratibus consulatu minoribus, fortasse praetura alter, alter quaestura, fungentes dederint ludos. Non modo enim consulatui, sed etiam urbanae praeturae, et quaesturae, edendorum onus ludorum incubuisse constat. Vid. vel Symmachum *Libr. IV. epist. 59. et 60.*

An, qui ad dextram Lampadii consulis expressus est, frater, ad sinistram filius fuerit; an filius uterque Lampadii consulis, in tanto antiquitatis de familia Lampadia silentio decernere temerarium esset: in primis quia periit altera Diptychi TVI tabella: quae si superesset nobis, fortasse illius, quam curae TVAE et operae debemus, literas certius interpretaremur, genitivique pluralis, LAMPADIORVM, rationem et syntaxin melius cognosceremus.

Quare modum nunc facio hariolandi, et quod hodie mihi restat temporis, FLORAE QVIRINI, digne apud nos edendae, TE ita volente et iubente, do, dico, dedico.

VALE, Eminentissime PRINCEPS, et mihi favere perge.

Turici Helvetiorum ad diem VIII. Idus Maias.

MDCCLI.

## X.

V. Cl. Io. Augustus ERNESTI Nonis Maiis 1750. ad Breitingerum. (Respondet Breitingeri epistolae a Tittmanno editae (in *D. Ruhmkennii* (sic) *L. C. Valckenaerii ad I. A. Ernesti epistolis* Lips. 1812. pag. 78.)

Nondum legeram, quum epistolam tuam acciperem, quae de Hagenbuchii epistolis dicta sunt in Actis Ioecherianis. Sed admonitus demum a

Te legi: neque sine indignatione: adeo frigide multa et inepte dicta sunt. Fortasse non aberras a vero, quum Reiskium eius excerpti auctorem coniecis. Sed nihil certi habeo. Ioecherum ab illo tempore non vidi: alioqui facile ab eo auctorem comperissem. Leichius NOSTER mirandum in modum exagitatus, vehementerque castigatus est a Dörvillio in commentario ad Charitonem, eadem de causa, propter quam Hagenbuchio vestro vapulavit. Neque tamen ille desinet sibi placere, sibi plaudere. Ἐνδοῦν φρονεῖν ἠδιστος ὁ βίος. Neque minus propterea ille Professor Graecae linguae fiet, quam Winclerus, qui non ita multo ante, quam illam professionem acciperet, interrogatus in Schola Thomana a puero quodam, quare ἄνθρωπος (τις) duos accentus haberet: Bene facis, respondit, quum interrogas; bene de te spero; cras tibi dicam.

---

 XI.

Viro celeberrimo

I O. I A C O B O B R E I T I N G E R O

S. D.

I O. A V G V S T V S E R N E S T I.

---

Accepi epistolam Tuam cum adiunctis muneribus literariis, quae mihi tanto iucundior fuit, quanto erat longior. Etiam poemata illa grata fuerunt: etiamsi ingenue fateor, aures meas nondum adsuefieri potuisse isti generi versuum, qui ὁμοιοτελεύτοις carent, quae mihi videntur esse in versibus nostris necessaria, tamquam vicaria numerorum, quibus Graeci Latinique versus commendantur auribus. Quod si pedes veros adhiberent istius rationis auctores, non modo ferrem istos versus, sed etiam vulgaribus praferrem. Atque id fieri posse arbitror. Nunc mihi meram prosam legere videor. Sed haec tu melius cum Bodmero Tuo. Heumanni ἐρημνείας et κολύσεις nunquam probavi. Invita ille Minerva in his rebus versatur, meliusque fecisset, si se literariae historiae finibus continuisset. Versio N. T. Germanica mirabile opus est. Si in versione fas est Ebraismos servare, etiam ubi argumenti ratio, aut aliae legitimae causae non desiderant, cur non potius tenebimus Lutheri versionem? si pure scripta versio desideratur, talis Heumanniana non est: neque bonus ille vir hoc consecutus est, ut possit ubique Ebraismos agnoscere, quod propter assuetudinem Ebraicogermanicae versionis Lutheri legendae et audiendae, paucissimi consequuntur. Et tamen ille, ut mihi Gesnerus scripsit, ita sibi in his placet, ut admonentium voces ferre non possit. Itaque nihil melius est, quam a disputatione omni cum eo abstinere. Sed quando Tibi invidiam facere voluisse videtur, bene fecisti, quum eum repulisti. Quae de Hagenbuchianis Epistolis scripta sunt in Actis Ioecheri, non sunt a Leichio, sed a Reiskio, qui famem suam et



miseriam solatur aliis ridendis et perstringendis.\*) Dubitare non sines amplius Hagenbuchium V. Cl. Res est certa. Perlata ad me est ante paucos dies Apologia Carmeli Itali contra eundem Reiskium: nam idem auctor est illius recensiois, qua et Euripides et eius interpres Carmelus perstringuntur. Indignor interdum homini, sed magis miseret me eius. Atque ita animatus sum in Trillerum. Contra eius coniecturam de loco Suetonii (*Aug. C. 80.*) confirmabatur remedio harundinis et arenarum scis esse scriptam epistolam a Medico Springsfeldio, et quidem humanissimam. Eam putat esse scriptam instinctu meo, sive potius totam a me: quod ego possum liquido iurare falsum esse. Itaque non modo in illum Springsfeldium scripsit asperimam epistolam, sed in ea etiam in me, quamquam parcens nomini, impetum fecit: idque, ut mihi aliquis dixit, instinctu Gotschedii, narrantis ei de amicitia, quae mihi Tecum intercedit. Etiam Hypercritici Alpini in ea mentio fit. Sed ego potius credo ei accidere, quod lupis, qui saeviunt maxime, quum maxime esuriunt. Nam misera est hominis conditio, non habentis, unde suos honeste alat, eaque de causa etiam Vitembergae misere irascentis.\*\*) Spiesius ad me non venit. Neque opus est ea in re consilio meo. Nam ipsum credo scire, Gotschedium per Magistratum academicum adigendum esse, ut iuratus dicat, unde illum libellum acceperit, eique hoc nomine, quod permiserit exscribi typis, actio iniuriarum impingenda, si velis eum ulcisci.

Codices Callimachi, quorum collationes desidero, sunt Venetiis in bibliotheca D. Marci, in Ambrosiana et in Florentinis; si has per Te consequi possem, longe gratissimum foret. Nolo perire lucubrationes meas in hunc poetam, quem etiam nova versione donabo: eaque iam parata est. Leidenses Graevianam recoquere volunt, cupiuntque meas notas et versionem addere. Xenophontis libellos quos velitis edi, nescio. Nam ab initio nullos edere volui, nisi qui per me et Bachum editi sunt. Alias in nullo scriptore Graeco libentius laborarem, quam in Xenophonte. Passus sum me induci, ut Taciti cum Lipsii et Gronovii notis edendi curam susciperem, et aliquid etiam de meo adderem. Nollem factum, sed non potui resistere auctoritati eorum, per quos id a me petebatur. Interea venient fortasse Callimachia subsidia ex Italia. Opusculum de interpretatione N. T. non

\*) Hic si quis margini adscriberet.

*Hic nigrae succus loliginis, haec est*

*Aerugo mera — quot quantisque opprobriis exciperetur!*

Et merito fortasse. Non enim homines illos nunc penitus novimus. Alia rursus de Ernestio tecte significantur in Reiskii libro de vita ipsius acta. Neque tamen hic repetere iuvat Ariosteum illud, cuius in Maffei et Hagenbuchii epistolis perlegendis saepenumero in mentem mihi venit:

*Oh gran bontà de' cavalieri antichi!*

*Eran rivali, eran di sè diversi,*

*E si sentian degli aspri colpi iniqui*

*Per tutta la persona anco dolersi;*

*E pur — —*

ORELLIVS.

\*\*) Pudet me paene Ernestiani nominis, talia, in quibus de esurientibus inimicis propemodum laetatur vir alioqui magnus, describere. „Sed fiat iustitia, et percat mundus!” Tempora illa talem ferebant *μικροψυχίαν*.

est properandum. Descriptio quidem operis et institutio facta est: sed res constat maxime observationibus minutis, quae non simul occurrunt. Ceterum non dimittam ex oculis et animo rem institutam, donec ad maturitatem aliquam redegero. Wetstenii novum Testamentum audio esse absolutum, et spero id propediem ad me perlatum iri. Novi aliud nihil habeo, quod Tua intersit scire. Prolusionem subito scriptam aequi bonique consules. Vale, decus literarum, et mihi favere perge. Scr. Lipsiae d. XVI. Maii MDCCLI.

P. S. Hanc epistolam, quum ad mercatorem, per quem Tuam acceperam, misi, ecce ille eodem die iam abierat. Itaque dum aliam occasionem eius mittendae exspectavi, *ἔωλος* facta est. Sed incidit aliquid, propter quod eam per publicos cursores mittere decrevi. Totus iam sum in Tacito expoliendo atque illustrando. Paucas notulas adspargere in animo habui. Sed dum opus aggressus sum, materiam largiorem datam reperi notarum; praesertim quum apparatus non spernendus librorum mihi daretur. Accepi enim codicem MS. e bibliotheca Guelferbytana, editionem primam Spirensis, qua nemo interpretum adhuc usus est, eamque e bono codice ductam. Comparavi etiam alias editiones, Venetam Puteolani, Beroaldi Romanam, primam Rhenani: unde intellexi nondum in crisi hac adhibitam esse iustam diligentiam: saepe pro coniecturis proponi, quae iam sunt in antiquis libris, vitia typographica esse propagata per multas editiones, et super iis criticas coniecturas proferri cet. Itaque id egi, ut in notis historiam et quasi genealogiam lectionum indicarem, et in praefatione historiam editionum accuratiorem scribere decrevi. Sed vehementer desidero editionem Romanam, quae Sec. XV. prodiit, quum libri priores sex nondum essent inventi. Eam nusquam potui reperire. Lipsius eam bis terve laudat: editorum reliquorum nemo vidisse videtur. Saltem nemo laudat. Ex ea videtur Veneta a. 1498. per Franc. Puteolanum fluxisse. Igitur magni refert scire, quid ille hinc sumpserit, quid mutarit. Venit mihi in mentem sperare, eam editionem in terris vestris, quae Italiae sunt propinquiores, fortasse reperiri. Itaque Te rogo, ut si iste liber apud vos reperiri possit, eius mihi copia ut fiat cures, et proximo mercatu per mercatores mihi mittas. Redibit magna cum gratia. Etiam Mediolanensi a. 1516. careo. Sed aequius, quod illam non dubito totam ductam esse e Romana Beroaldi a. 1515. edita. Si non in tam angustum tempus me concludi passus essem, propterea, quod id meo consilio, quod ab initio erat, sufficere putarem, adissem Em. Quirinum per literas, ut excerpta Codd. Vaticanorum sequeretur, qui a Norisio in Epochis Syromacedonum laudantur. Nunc ei rei tempus non sufficit: et satis habeo per editiones veteres et codicem Guelf. utcumque Tacito consuluisse.

Wetstenii Testamentum iam perlustrandi facultatem habui: nescio an et vos Helvetii, quando ille suo sumptu edidit, eaque de causa mercatores librarii nulla exempla in tabernis habent. Vidi in Prolegomenis, quae valde mutata et aucta sunt, multis verbis narrari, quae in Helvetia in eius causa acta sunt: eius narrationis initium a Tuo nomine fieri: totam esse vehementius scriptam. Ceterum vereor, ut bonus vir ex illo opere multum



lucri faciat. Longe aliam eius rationem fore conceperam animo. Sed fortasse Tu iam ipse vidisti, eaque ego frustra Tibi narro. Vale, Vir celeb. et mihi favere perge. Scripsi prid. Kal. Sept.

## XII.

Viro celeberrimo atque eruditissimo  
IOANNI CASPARO HAGENBVCHIO

S. P. D.

IO. IAC. REISKE.

Communicavit nuper mecum celeberrimus Kappius noster literas, a Te, vir laudatissimi nominis, ante biennium fere ad Cl. Leichium exaratas, in quibus vehementer adversus auctorem, Tibi tunc temporis ignoratum, nunc autem notum, recensiois Epistolarum Epigraphicarum, quae in libello vernaculo, *Zuverlaessige Nachrichten*, prodiit, inveheris magnumque ipsi malum minaris. Legi quoque specimen illis literis adiectum refutationis, quod prolixam illam et operosam et calidam fore prodit. Novi quoque tandem Tibi non latere, recensiois illius, quae bilem adeo Tibi movit, me auctorem esse. Quisquis id ad Te, sive hinc Lipsia, sive e Belgio, retulerit, vera retulit. Caussam hinc et argumentum ad Te, vir celeberrime, scribendi sumpsi, veniamque a Te eorum rogandi, quae mihi forte exciderunt non animadvertenti gloriae tuae iniuria. Post sedatum, qui me tunc scribentem tenebat, fervorem intelligo, potuisse quaedam dissimulari, alia mitius efferri, denique me lapsam hinc illinc fuisse inscitia, aut praecipitatione. Tot autem ea, et tam gravia et indigna esse, atque tu existimas, vix putem. In eo certo certius falleris, et toto caelo a vero abes, si putas (audio enim te putare) me ab Helvetiis tibi male cupientibus subornatum esse. Iniuriam et mihi facit, et tuis civibus tam iniqua suspicio. Nempe non nosti me, cui neque venalis calamus, neque animus factiosus est. Amori odiove, parum meis, inditis omnino nihil tribuo. Laudo vel in ipsis inimicis, si qui mihi sunt, sed sunt oppido pauci, et reprehendo in amicis, quos, factionum osor, non sane multos habeo, quae mereri laudes aut reprehensionem videntur, praesertim in publico loco. Intelliges huius mei moris rationem ex iis, quae nuper ad arrogantis Itali Carmelii nugae in Actis Eruditorum respondi. Quidquid in commendationem tuam, aut secus, dixero, domi, crede, natum fuit, non aliunde subditum; veritatis amor, non animi vitium aliquod, à me exegit et impetravit. Parturienti (reddo Tibi vocem Tuam) nemo mihi adstitit Helvetius Saxove; de consilio meo, antequam exsecutus fuisset, nemo vivus mortuusve novit. Id sancte tibi affirmo, eaque, quae virum honestum decet, fide. Refutationem edere si institues, (moliris enim, ut fama fert) non intercedo, non deprecor. Liceat tibi me nominatim aggredi. Sed id velim tibi dictum habeas monitumque, quibuscunque tan-

dem me modis excipias, responsurum me nihil esse. Contentiosus et tricator non sum, neque opinione mei turgeo. Carius meum mihi venit otium, quam ut in minutiis et rixis ingloriis aequae atque inutilibus consumendum putem. Satis mihi est sententiam meam, ut occasio fieret, eruditis in medio ponere, eorumque, utcumque cadat, iudicio submittere. Doceat, qui meliora novit, et lubens amplectar. Importunos autem, quorum vis et facetiae in crassis sitae sunt conviciis, Suburra dignis, impotentis animi indicis, rideo mediufidius et contemno. Non illi mihi, sed sibi nocent, invidiamque concient, et bonae, si quam forte tuentur, caussae irarum et verborum intemperantia detrahunt penes eos, qui quos conviciis pugnare vident, protinus, ut sibi diffisos, damnant. Si prava sunt, et iniqua, et imperita, et, si vis, scurrilia, quae aut contra Te, aut alium quemcunque scripsi, evanescant ipso senio, et ipse primus agnita damnabo, et nulla erit aetas, quae sponte non damnet. At proba et aequa perstabunt, quibuscunque tandem machinis et armis petantur. Ut Tua fama, vir celeberrime, a meo meique similium iudicio labem non contrahit, sic neque mea a Tuo periclitabitur. Id quoque Te velim perpendere, quod, si talis sum, qualem refutatio Tua me pingit, nimium honoris eam publicando in me collaturus sis. Homo tam vitiis onustus, tam undecunque absurdus, atque tibi visus fuit auctor recensionis, circa quam nostra lis versatur, contemni meretur, non refutari. Alias Tuum de illo iudicium sycophantiae suspectum reddes, eoque id magis, quo magis illum conviciis oneres. Videor mihi quaedam in Te notasse, quae cives Tui Tibi vitio fortasse verterunt. Vide ne de nihilo sit ille consensus hominum tam dissitorum, et nulla consuetudine iunctorum. Imaginis quam pinxi Tuae, colores ipse Tu mihi, nemo alius, subministrasti.

Tantum et Tua et mea et rem literariam (*sic*) interesse autumabam ne nescires. Vale, vir celeberrime atque eruditissime, et mihi, si potes, ignosce, et utere me, si qua in re Tibi utilis esse potest homo ingenuae frontis. Nunquam erga Te malo animo fui, neque ero, qualemcunque Te mihi praestes: sed doctrinam Tuam et egregia in bonas literas merita sum-mopere qua par est, venerabor. Scrib. Lipsiae d. 8. Febr. 1752.

---

 XIII.

Cl. et doctissimo Viro

IOAN. CASP. HAGENBUCHIO

S. P. D.

IOAN. FRANCISCVS SEGVIERIVS.

---

Ut autem, cl. Hagenbuchi, melius intelligas, quamam de causa indicis mei publicationem in aliud tempus differam, et in tuam sententiam prorsus non adducar de methodo, qua usus sum, deque iis, quae nunc addenda



forent, hęc iterum verba facere necessarium esse putavi. Et primum quidem de praemissis: Praefatio nostra in tres partes praecipue dividitur, in quarum prima de necessitate conficiendi inscriptionum indicis et de adminiculis quibus usus sum dissero: in altera de libris atque auctoribus omnibus, quorum in indice fit mentio: in tertia vero indicis rationem trado. Duplex index praefationem excipit; unus chronologicus Auctorum omnium, ex quibus antiqua monumenta excerpsi; alter vero eorundem alphabetico ordine digestus, in quo librorum tituli, et laudatae editiones accurate describuntur. His confectis, a Graecis inscriptionibus exordior; Latinae sequuntur. Index uterque bifariam partitur. Romanorum lapides prius, Christianorum posterius recensentur. Utrorumque primus versus apponitur, maiusculis literis exaratus; tum ratione temporis habita auctorum quorumcunque loca subtexuntur, qui eosdem retulere. In indicem hunc etiam refero breves illas inscriptiones, qui in anulis, sigillis, gemmis, vasis, in statuarum basibus, et in similibus sculptae sunt; nec separatim, ut primum facere decreveram, sed suis locis, qui librum nostrum evolvat, omnes inveniet. Eae vero, quas ex antiquis auctoribus elicui, cum illis tamen non confundentur: separatus indiculus omnes suppeditabit. Post Graecas Latinas trado eodem instituto ac methodo, nisi quod a sigillis vel numeris incipientes in calcem conicio, quoniam earum initia diversimode interdum legi possunt, diversasque sedes inde requirunt. Verum tamen ut totam constructionem melius assequaris, exempla quaedam hic subiiciam. A Graecis exordium.

ΑΣΚΑΗΛΙΩ ΚΑΙ ΤΥΛΙΑ ΣΩ-  
ΤΗΡΣΙΝ.

Smet. 28, 13. Caryoph. Th. Herc. 85.  
Grut. 68, 5. Mur. Th. 18, 1.  
Gualter. I. Marm. Taur. T. 1, 227.  
Trist. Com. Hist. Pirro Not. Sic. Eccl.  
T. 1, 467. T. 1, 345. Latine  
Patin. Imp. Rom. Paciaud. Ant. di Ripatr.  
Nun. 179. in Misc. Ven. T. 6,  
Fabrett. 119. n. 5. 128. Latine.

Ο ΔΗΜΟΣ ΘΕΑ ΡΩΜΗ ΚΑΙ  
ΣΕΒΑΣΤΩ.

Kyriac. Epigr. n. 72. Vand. Diss. 416.  
Fabric. Rom. 16. Cors. Fast. Att. T. 1, 42.  
Grut. 105, 9. Pass. Th. Gem. Astr.  
Mems. d' Arch. T. 3.  
T. 7, c. 9. Berthald. de Ara.  
Patin. in M. Art. 392. c. 17. qui extra  
Saubert. de Sacr. ordinem ponitur,  
Vët. 100. quia prima edit. non-  
Vand. de Orac. 618. dum ad manus.

Latinarum exempla quaedam, ex iis praesertim, quas Stumpfius vester attulit.

DEAE AVENTIAE ET. GEN. INCO-  
LAR. T. IANVARIUS FLORIANVS.

Stumpf. Chron. 535. Pat. Rél. Hist. 331.  
Glandorp. Onomast. Et. et Dél. de la Suiss.  
v. Iannarii. 2 361.  
Guill. de reb. Helv. Breval. Remar. I. T. 2,  
85. 40.

Grut. 110, 2. Scheuchz. it. alp. 505.  
Plantin Helv. Ant. 58. \*) Bochat. mém. de la  
Suiss. 2, 438.

\*) utor edit. an 1735, quae habetur in *Thes. Hist. Helv.* Prima tamen laudabitur, si aliquando nanciscar.

DEAE AVENT. T. TERTIVS  
TERENTIVS  
SEVERVS.

- Apian. 454. Et. et Dél. de la Suisse.  
Stumpf. Chron. 536. 2, 362.  
Guillim. de reb. Breval Remar. I. T.  
Helv. 85. 2, 40.  
Grut. 110, 3. Scheuchz. it. Alp. 419,  
Chiff. Vesont. 156. 501.  
Vrsat. Mon. Pat. 19. Bochat Mém. de la  
Plant. Helv. Ant. 58. Suisse. 2, 497.  
Patin. Rél. Hist. 330. Ciantar. Diss. 22.

DONATO CAES. AV... SALVIANO.

- Apian. 455. Plant. Helv. Ant. 58.  
Stumpf. Chron. 536. Patin Rél. Hist. 331.  
Smet. 168, 18. Breval Remar. I. T.  
Guillim. de reb. 2, 44.  
Helv. 103. Scheuchz. it. Alp. 503.  
Grut. 593, 9. Bochat Mém. de la  
Suisse. 1, 375.

GENIO PAG. TIGOR. P. GRACCIVS  
PATERNVS.

- Stumpf. Chron. 535. Breval Remar. I. T.  
Guillim. de reb. 2, 37.  
Helv. 39. Scheuchz. it. Alp. 503.  
Grut. 111, 4. Bochat mém. de la  
Suisse. 2, 437.

OTACILIAE FAVENTINAE VXORI.

- Stumpf. Chron. 535. Kavin. Favent. rediv.  
Grut. 446, 5. 113.  
Plant. Helv. Ant. 58. Breval Remar. I. T.  
Vrsat. Marm. Er. 2, 45.  
154.<sup>o</sup> Bochat mém. de la  
Suisse. 2, 494.

DEAE EPONAE M. OPILIVS  
RESTIO.

- Stumpf. Chron. 497. Vrsat. de not. R. 281.  
Lips. Auct. 28. Reland. Fast. 138.  
Guillim. de reb. Et. et Dél. de la Suisse.  
Helv. 376. T. 3, 73.  
Grut. 87, 4. Martin Rel. des Gaul.  
Chiff. Vesont. 155. 365.  
Tomas. de Donar. Breval Remar. I. T.  
c. 32. 2, 52.  
Plant. Helv. Ant. 59. Cellar. Not. Or. Suppl.  
Rein. ep. ad Rup. 85. T. 1, 4.  
Caryoph. Th. Herc. 53.  
Bochat Mém. de la  
Suisse. 2, 507.

D. M. FL. SEVERIANAE: \*)

- Stumpf. Chron. 497. Plant. Helv. Ant. 60.  
Guillim. de reb.  
Helv. 378.  
Grut. 912, 3.

\*) tria illa puncta hic et in similibus denotant,  
inscriptionem absolutam esse, et nihil desiderari.

L. VEGNATIO POL. MAXIMO DO.  
FOR. COR.

- Stumpf. Chron. 479. Manzon. de episc.  
Guillim. de reb. Imol. 5.  
Helv. 25. Et. et Dél. de la Suisse.  
Grut. 567, 2. T. 2, 195.  
Plant. Helv. ant. 61. Bochat mém. de la  
Suisse. 1, 389.  
Mur. Th. T. 4. in app.  
p. 6. n. 10.

M. IVNIO M. F. VOLT. CERTO  
VIEN. VETERAN.

- Stumpf. Chron. 408. Et. et Dél. de la Suisse.  
Guillim. de reb. T. 3, 137.  
Helv. 35. Bochat mém. de la  
Grut. 548. 7. 571. 10. Suisse. 1, 383.  
Plant. Helv. Ant. 64. Mur. Th. T. 4. in app.  
p. 6. n. 9.

Ex his statim vides, quantum tibi debeam pro Stumpfii locis, quibus  
adhuc carerem, nisi tu summa cum benignitate inscriptiones omnes ab illo  
relatas, et manu tua diligentissime descriptas ad me misisses, qua de re  
plurimum tibi devincior. Tum facile percipis Indicem nostrum hoc modo



concinatum antiquariis omnibus admodum utilem fore ad easdem inscriptiones invicem conferendas. At in tanta literarum luce vix haec hodie sufficiunt. Nonne, te iudice, satius foret, varias lectiones annotare? vitiosa loca, interpolata? in eas doctorum virorum illustrationes, et explicationes? malas verborum aut siglarum interpretationes? num mutilatae vel integrae sint? num spuriae, num dubiae, aut genuinae? num quis pericopen excerpserit ad alicuius auctoris illustrationem? num id genus alia? quae omnia nunc paro et partim in adversaria iam relata habeo. Nonne te defraudarem, si doctissimas lucubrationes tuas in inscriptiones a Muratorio vel ab aliis prolatas aut non indicarem, vel prorsus omitterem? Uno verbo dicam, mihi in animo est, quaecunque a doctis viris in quoscunque lapides annotata fuere, lectorem monere: et alia insuper adiungere, quae genuinae monumentorum interpretationi inservire possunt, et a falsa avertere. Dissertationibus autem nullis utar, brevibus solum annotationibus contentus, rem totam expediam: et, ni libris plurimis adhuc carerem, vel opus intermissem, alienissima studia consecutus, negotium forsitan esset confectum. Porro quum ab his nunc sim plane liber et otio fruam, pro viribus agam, ut iudici meo finem imponam: faxit D. O. M., ut prospera valetudine fruam, quae mihi tamen saepissime imbecilla. Haud equidem diffiteor, quin sit opus immensae molis, difficillimumque *praegrande volvere saxum*: at si tardius id in lucem emittam, quid inde damni? utilius profecto erit, si differatur: sat cito, si sat bene. Quod laboriosissimum erat, nempe auctorum omnium loca unicuique inscriptioni subiungere, iam confectum est: ex iis, quae restant, tametsi periculosum negotium et alcae plenum, experimentum faciam; et quum ad finem tota res perducta erit, librum nostrum virorum doctorum iudicio, tuo praesertim permittam; si probant, edetur, sin autem carbone notabunt, perpetuo damnabitur. Tu interim, si quid potes (potes autem quam maxime), conatibus nostris fave, et quaecunque promes ex adversariis tuis ad rem nostram facientia, si mecum communices, iucundissimum erit, debitasque grates tibi referam.

Pocockii inscriptiones antiquas anno 1752. fol. editas nondum novi; curabo, ut habeam: titulum descriptum rogo, vel Gesnero nostro, quem bene valere iubeo, tradas, qui mecum communicabit. Mirum haud esse tibi debet, Corsinium librum hunc ad manus non habuisse, quoniam multa docta volumina in Italia adhuc desiderantur. Maittairii Marmora Oxoniensia nunquam viderat, antequam Scip. Maffei illi commodasset. Nunc vero ordini suo praepositus vitam Romae degit, et libris omnibus affluit: at vereor, ne ob negotiorum multitudinem inscriptionum volumine, quod promiserat, adhuc carere cogamur. In *Inscript. Attic.* XIII. pag. 62., ipse legit non TARCARI ut tibi videtur, sed JE ARCARI i. e. ET ARCARI, ita ut Sagaris fuerit Amianthi Aug. servus verna, et Arcarii provinciae Achaiae vicarius.\*) At recte contra eum censes, Ascanium fuisse Philoxeni, Ti. Claudii Caesaris servi, vicarium Arcarium, ut iam in *Epist. Epigr.* dixisti, et malam interpretationem huius inscriptionis, quae Scaligerum torsit, redarguisti.

\*) Inscriptionem, de qua loquitur, vide in *Capite de servis.* N. 2821.

Inscriptiones, quae a siglis D. I. M. incipiunt, etsi omnes antiquarii interpretentur, ac si diductis verbis scriptum esset DEO INVICTO MITHRAE, (sic autem legendum in Murator. 2051. 2.) ne tamen siglarum interpretationem heic declarare videar, ab iis, quae absque siglis eadem verba proferunt, seiunctim reposui.

Drummondi volumen primum propediem exspecto; num in illud referat monumenta, quae collegit, an in sequens conticiat, adhuc incertus sum. Sed maius in Hispaniis nunc paratur opus, in quo inscriptiones omnes illius regionis adhuc exstantes, et ex fide lapidum descriptae, tum etiam, uti ferunt, aliae, quae in editis libris continentur, comprehendentur. Alex. Xaver. Panelius, Soc. Iesu, hanc provinciam in se suscepit; iam munere functus praeceptoris filiorum Regis, et plurimis stipendiis donatus, huic negotio totis viribus incumbit. Quantum utilitatis hinc inde percipiam, omnino vides: nam librorum in Hispaniis editorum magnum me desiderium tenet, et ab amico, qui nunc Mantuae Carpetanorum vitam degit, excerpta plurima exspecto.

Miscellanea *erud. antiq.* Sponii lubenter Zachariae commodassem. Haud ignorabat, penes me esse: nec iis, ut animadvertis, carere poterat, quum a Polenio recusa sint, et in Italia maxime obvia. Brevi tamen erit illi librorum magna supellex, nam Bibliothecae Principis Mutinensis praepositus, proximis Kal. Nov. hoc munere fungetur. Siglarum interpretationem M. P. damnas equidem rectissime, eamque itidem explosi statim ac vidi.

Cl. Compagnonio, ut probe scis, antequam esset Praesul Auximatensis, Bibliothecae Barberiniana cura demandata fuit; eidem Carolus Moronius olim praefectus, unusque e Compagnonii decessoribus, qui iussu Francisci Cardinalis Barberini senioris, Cyriaci Anconitani epigrammata anno 1660. ediderat. Haud credo hanc syllogen Compagnonio non notam fuisse, quum ille liber rarus Romae nunquam fuerit, et nuper ex illa urbe Venetias exemplaria plura missa sint, apud Albritium bibliopolam prostantia, quibus tamen librarii titulum, qui prius desiderabatur, praefixeret.

Cl. Maffei *Observatt. Litter.* volumina duo V et VI quae desideras, lubens offero; accipies statim ac occasio sese praebebit. Epistolis tuis epigraphicis adhuc careo, licet saepissime exemplar evolverim, quod olim Maffeo obtulisti: num adhuc Turici venales? Bonadae volumina duo veneunt Romae Floren. 4½. In classes tributa epigrammata: unicuique classi dissertatio, quae ad rem facit, praepositur: carmina Graeca versibus Latinis redduntur: annotationes ad ea breves: interdum malae. Hanc accipe. Vol. 2. p. 386. inscriptionem Virii Severini adfert:

Q. VIRI SEVERINI.

ATTIA SEVERINA Q. VIRIVS

O. NESAS PARENTES cet.

in annot. *NESAS* pro *NEFAS* vox frequenter obvia cet. Nonne haec tibi videtur lepidissima? Sunt alia multa, quae annotavi, quae nunc transcribere non vacat.

Brevi prodibunt Inscriptiones Beneventanae, una cum aliis eiusdem urbis antiquitatibus. Romae eduntur folio maximo; nam multi sunt hodie,



qui opera sua vaegrandibus voluminibus edere conantur, quod tamen omnino improbandum. Gorius Diptychorum Thesaurum parat, immo propediem expectamus, si programmati promulgato fides adhibenda. In illis vero symbolis, quas Romae ipse edit, Tom. IX. selectae inscriptiones XVIII. ex CIO. et amplius excerptae ex vetusto codice continentur; tum Tomo X. Diatriba Epistol. Zachariae de IV. Hliberitanis vetustis lapidibus, sed non est ut his immorer, quum eae ad te forsitan iam sint delatae. Dissertationum Academiae Cortonensis volumina VI. iam cusa sunt, fortasse VII. prodiit, nam sub huiusce anni initium sub praelo sudabat.

Vale, vir doctissime, et salutem tuam cura diligenter. Veronae a. d. VIII. Kal. Sept. MDCCLIV.

P. S. Nondum vidi Breitingeri Commentationem in antiqua monumenta in agro Tigurino anno 1724. eruta, quae habetur in Tom VII. *Amoenit. Liter.* Schelhornii, quapropter huiusce loca in superioribus inscriptionibus non laudantur. Itidem Wildii *Apologia Aventic.*, Historia Salodurensis et Hottingeri opusculum, in quibus de iisdem agitur, adhuc a me desiderantur.

Dolco Bochatium supremum diem obiisse, virum doctum et optime de literaria re publica meritum.

## XIV.

## IO. FRANCISCO SEGVIERIO

Viro nobilissimo ac doctissimo

S. P. D.

IO. IACOB. STEINBRYCHEL. GRAEC. LIT. APVD TVRICENSES PROF. P.

Quod ex Io. Gesnero nostro, Viro celeberrimo, audio optare Te rationem ac formam eorum indicum cognoscere, quos olim quum in Gruteri, tum in alia Inscriptionum Syntagmata parasset ὁ πάνυ Hagenbuchius, cuius bibliotheca schedaque omnes ad me pervenerunt; nolui tuae, virorum praestantissime, petitioni huic ac voto, pro summa mea in Te observantia deesse. De iis igitur sic habeto. Indicem inscriptionum universalem, qualem a Te, Herculeo labore, confectum audio, nunquam ne molitum quidem esse Hagenbuchium, falsumque in eo olim fuisse Gorium, quem *Symbolarum Litt.* Vol. VIII. p. 104. vastissimum eiusmodi opus ab eo paratum dixisse nosti, maleque persuasit etiam aliis, ut Seb. Donato, quem idem ad Schmidtium Bernatem scripsisse reperio. Et Gorii quidem error ille natus videtur inde, quod ipsum quum alia saxa scire cupientem, num edita essent, tum illud HI CIPPI IN PEDATVRA cet. Hagenbuchius statim expedire potuit, sed sine eiusmodi subsidio. Igitur quum istam suam persuasionem, quaerere pergens, amicus Florentinus aperiret nostro, ad Gorianarum literarum marginem adscripta ab eo illa invenio: „qui tibi dixit? Utinam vera diceres! Me occupatissimum multa mihi excusant; spero et aliis.”

Vides igitur, Vir celeberrime, quantopere de Indice universali citra Hagenbuchii culpam, viri a vana omni ostentatione alienissimi, docti homines erraverint. Quid? quol, quo sensu vulgo dicunt, Inscriptionum indices (praeterquam ad Reinesium Cognominum, tum eius Caput XXV.) plane nullos conscripsit, literarum atque elementorum ordine digestos. Sed primum eius opus ad Gruterum pertinet, estque ipse ille, sed correctus, varieque intextis quum propriis, tum aliorum observationibus ac supplementis locupletatus et auctus Scaligeri index, ordine non literarum, sed inscriptionum, ita ad earum quamque collectus et contractus, ut ubi et quomodo Scaliger singula cuiusque verba laudavit, oculo simul obversetur et pateat. Cui labori quantum sit tribuendum, Tute, nobilissime Segueri, quem omnium minime fugit, perpetui instar commentarii esse indices, intelligis, ut Te melius alter nemo: quantum tribuerit ipse, iuvabit fortasse ipsis Viri doctissimi verbis cognoscere. Igitur ad amicum quendam suum, quem amabat in paucis, scribens, „Harduinus, inquit, in suis ad Plinium notis T. 1. Ed. Basil. p. 143. n. 28. ad verba Plinii: *In conventum Cluniensem*, haec paucula notat: „Ambr. Morales fol. 70. EX CLVNIENSI. Subintellige, conventu.” Amo hanc Harduini observatiunculam. Sed praeter Moralem, qui mihi ad manus non est, mallein Gruterum citasset. Quo enim Gruteri loco hoc saxum exstet, ex indicibus Scaligeri frustra investigabis. Silet enim index Scaligeri 10. Habet vero Gruterus, nec semel. Nisi opus meum, quod XII voluminum ex Scaligeri indicibus, auro contra caris, iudicio non minore, quam eruditione amplissima vastissimaque confectis, duro fastidiorumque omne genus plenissimo labore mihi paravi, eo nunc et in posterum mihi iucundiore, quo pluribus devoratis taediis tandem peractus ad umbilicumque perductus a me est omnis ille labor. Opus illud nisi mihi aperiret, quoties in Scaligeri indicibus saxi huius, quibusque in locis indicum singulorum, mentio fieret, quomodo EXCLVNIENS acceperit Scaliger, aequo nescirem, ac Harduinus nescivit.”

Sed fortassis etiam exemplum operae requiris; dabo igitur et hoc: nec enim vel Seguerius celari quidquam debet, nec verebor ne acumini Tuo diffidisse videar. Evolventi igitur opus, ut ferebat fortuna, offert se mihi Gruteri p. CXV. Inscr. 7. *Iuxta fontem Timavi, non longe ab Aquileia.*

\* S. A. S. † PROSAT.

† AQVILINI

VILLICI. † AGG.

ET. TITI. IVLI

AQVILINI

IVLIA

STRATONICI

V. S.

Grutero Verderius.

\* SAS. Iovit. Raptic. SACrum Rein.

† PROSSAI Iovita Rapticus. Sed Scaliger vere coniecit PRO. SAL. Gr.

† v. DCVI, 9

† AVGG. bene idem Scaliger. Gr.



## HAGENBVCHII index:

- S. A. S. 115, 7. (Scal. *Ind.* 20.) v. Mur. 90, 8. et ibi me.
- 115, 7. Habet, ut ineditum Phil a Turre *de Diis Aquil.* p. 37. T. VI. P. IV. *Thes. Ital.* in hunc modum: (p. 320. *Ed. Rom.*) S. A. I. PROSAI In Add. et emend. pag. 115, 7. Iovita Rapinus, habet PROSSAI. item versu tertio AVGG. bene ultimum istud; at primum profecto mutandum in PRO. SAL. id est, *pro salute.* Add. Grut. ult. admonetur v. 1. Iovitam citat Grut. in *Add.* ad 102, 3. AQVILINI esse edendum Rapiciumque vocat; non Rapinum, ut hęc utraque editio Gruteri male habet.
- VILICI AVGG S. A. P. PROSAI Aquilinus Villicus 115, 7. Scal.
- ET. TITI IVLI Mihi collatis Gruteri typo T. Iulius Aquilinus 115, 7. Scal.
- AQVILINI et notis videtur ita constituendus hic lapis: *Serapi Augusto* (v. Fabr. p. 469. et quem ibi citat Grut. 84, 8.) Aquilinus. 115, 7.
- IVLIA et notis videtur ita constituendus hic lapis: *Iulia Stratonici* 115, 7. Scal.
- STRATONICVS. Stratoniceus. 115, 7.

*Sacrum:* ni malis S. A. ♂. PRO SALute AQVILINI VILICI AVGG. ET. TITI IVLI AQVILINI IVLIA STRATONICE *Vot. Solvit.* His iam ita constitutis inveni saxum hoc, ut ineditum, optime dari in Don. VII. 205. Egregie ibi omnia, in primis v. 1. SAR. PRO. SAL. i. e. SARapidi. At ind. 1. omisit Gor. v. 4. TI. i. e. Tiberii. v. Ind. Helvet. *extense scripta.* At ind. 23. Gorii *Ti. Iulii Aquilini VII.* 105. male pro 205. eodem errore numeri dat *Aquilini*, item *Iulia Stratonice.* v. 7. in Donio duos constituit planissump

## STRATONICE

## V. S.

Ad Don. l. c. cito et Mur. 888, 6. nescium et ipsum iam legi in Grut. Post Turrium et Grut. dat Bertol. *Ant. d'Aq.* p. 111. n. 97. v. Hultmann. *Serv. binom.* p. 28. 29., ubi eadem nostris hic pridem datis invenies.

Ceterum huius operis simillima alia in Reinesium, Donium, Fabretum, Muratorium cet. esse confecta a viro *χαλκεντέρω* vel ex isthac eius adnotatione intelligis.

Vale, ac vive diutissime. Scripsi Turici. Kal. Martiis MDCCLXXVIII.

\* \* \*

HAGENBVCHII Epistola ad Quirinum (nobis nona) inserta iam est GORII *Thesaurο vett. Diptych.* T. 2. p. 26. seqq.; id quod sero vidi. Damnum, quod hinc accepisti, benevole Lector, alibi compensabo.

\* \* \*

Artis criticae lapidariae Supplemento insere pag. 31.:

ARCVGIVS (*Io. Baptista*). Hic quoque referendus inter eos, qui a falsariis decepti sunt, vel ipsi veteres Inscriptiones confinxerunt. Vidantur *Cl. Itatorum et Ger.*

*manorum Epistolae ad P. Victorium: ed. A. Mar. Bandinius. Florentiae 1758. 2 Vol. 4.; quem librum nunc demum comparare mihi potui, T. 1. p. 122.:*

Ex Epistola *Io. B. ARCVCH* ad Victorium:

„Antiqua etiam illa inscriptio, quam *Variarum Lectionum* libro XXXVII. cap. VIII. dicit adcepsisse ab illustri viro *Mario Columna*, Neapoli visitur in aedibus adlinis mei *Hadriani Gulielmi Spathaphori*, bonarum literarum studiosi: eius exemplam summa adhibita diligentia descriptum, libuit heic adponere, quod multa in hac nostra inscriptione longe aliter, quam in tua sint, se habere perspexerim. Bene vale, mi suavissime *Victori*, animae meae dimidium.

Neap. III. Non. Mart. MDLIX.

DIS. MAN.

C. IOCVNDO C. F. ESQ. QVI XII. AN. VIX.  
ET SEPTIES SPECTANTIB. PVB. 1) IMPP.  
SER. GAL. OTH. 2) SIL. 3) A. VI. 4) TT P. 5) R.  
SALTAVIT CANTAVIT ET PLACVIT  
PRO IOGIS QVIB. 6) CVNCTOS OBLECTABAT  
SI QVID OBLECTAMENTI APVD VOS EST  
MANES INSONTEM REFICITE ANIMVLAM  
FAVSTVS NVNC INFVSTVS 7)  
PATER 8) ET SIBI FEC. 9) — ”

1) Pub. omittit Victor. 2) Galba. Othone. 3) Silvio. 4) Vitellio. 5) Populo. 6) Quibus. 7) „Haec paronomasia veterem inscriptionem non sapit.” BANDINIUS. 8) Pater filio. 9) Dedi hanc inscriptionem ego quoque N. 2605., ibique contra expressum Lipsii testimonium, eam suspectam mihi esse notavi. Vides iam mecum facere Bandiniam.

Idem ARCVCIUS in alia Ep. ad Victorium I, I, T. 2. p. 44.:

Quod scribis in postrema parte epistolae placuisse tibi diligentiam, qua sum usus in describenda antiqua illa inscriptione *C. Iocundi* pueri, quae est apud *Hadrianum Gulielmum Spathaphorum*, fuit mihi gratissimum: ideoque haec tres alias ex nonnullis, quae in eiusdem aedibus adservantur, ad te mittere volui; nam quum veterem illam redoleant elegantiam, tibi omnium elegantiarum parenti, spero fore invidiosissimas. Bene vale, mi *Victori*. Neap. XV. Kal. Maii MDLXIX.

I.

D. M

INIICE. SI. PIETAS. VSQVAM. EST. SVSPIRIA. ET. IMPL  
MECVM. HOSPES. LACHRIMIS. MARMORIS. HOC. VACVVM  
NAM. FORMAE. EXEMPLVM. PERIT. CVM. OBIT. MEA. LYDA  
QVAM. PERIERE. HOMINES. VEL. PERIERE. DII.

II.

VERNA. PVER. PVER. O MI. VERNA. QVIS. AHL. QVIS. AB. AVRA  
IN. TENEBRAS. RAPVIT. PERDITVS. HEV. MORERER  
NI. TECVM. ASSIDVE. LOQVERER. NI. SAEPE. IOCANDO  
FALLERER. HINC. TE. DVM. CONTINVO. INSPICIO  
SEMPER. ERO. TECVM. ETSI. ME. SOPOR. OCCVPET. VMBRAM  
TE. VMBRA. PETAM. ERGO. VNQVAM. NE. METVE. ABS. TE. ABEAM 1)

III.

D. M. S

C. AELIO QVI SI TANTILLAM  
QVERELARVM IN CONVBIO  
LIQVISSET LACHRIMAR  
TOT IN MORTE NON  
FVDISSET CRISPA COX.

1) Hae duae inscriptiones non ea, qua nunc procedunt diligentia, nuper recensae sunt a Francisco Maria Bonada in libro, cui titulus *Carmina, ex antiquis lapidibus cet. Romae MDCLIII. Tom. II. pag. 107. BANDINIUS.*

Etiam hae tres inscriptiones manifesto sunt subdiligentiae. Primam post Reinesium Cl. XIV. N. 105. p. 752. aliosque edidit P. Burmannus in *Anthologia Latina* T. 2. p. 221., alteram, post Gruterum *Spar.* p. XVII, 1., idem Burmannus *ib.* p. 261., ut sinceram vindicet. Sed alia haud pauca sunt in *Anthologia* Burmanniana Sec. XV. et XVI. poemata, in quibus reiciendis futuri alienius editoris acumen atque solertia sese exerere debuit. Tertiam quaerere distuli. Gruterus certe non habet. Vides interim ex his quoque quattuor exemptis, falsarios nil pensi habuisse, quominus inventa sua tabulis marmoris incidi curarent, neque solum de his dubitandum esse, quae e schedis dumtaxat afferuntur.



Ne pagellae hae vacarent, hic addidi Legem regiam de Vespasiani imperio ex editione Broterii *Tacit.* T. 5, p. 40. Cfr. Grut. p. 242.

FOEDVSVE. CVM. QVIBVS. VOLET. FACERE. LICEAT. ITA.  
VTI. LICVIT. DIVO. AVG.  
TI. IVLIO. CAESARI. AVG. TIBERIOQVE. CLAVDIO. CAESARI.  
AVG. GERMANICO.

VTIQVE. EI. SENATVM. HABERE. RELATIONEM. FACERE.  
REMITTERE. SENATVS.  
CONSULTA. PER. RELATIONEM. DISCESSIONEMQVE. FA-  
CERE. LICEAT.

ITA. VTI. LICVIT. DIVO. AVG. TI. IVLIO. CAESARI. AVG. TI.  
CLAVDIO. CAESARI. AVG. GERMANICO.

VTIQVE. CVM. EX. VOLVNTATE. AVCTORITATEVE. IVSSV.  
MANDATVVE. FIVS.  
PRAESETEVE. EO. SENATVS. HABEBITVR. OMNIVM. RE-  
RVM. IVS. PERINDE.  
HABEATVR. SERVETVR. AC. SI. E. LEGE. SENATVS. EDI-  
CTVS. ESSET. HABERETVRQVE.

VTIQVE. QVOS. MAGISTRATVM. POTESTATEM. IMPERIVM.  
CVRATIONEMVE.  
CVIVS. REL. PETENTES. SENATVI. POPVLOQVE. ROMANO.  
COMMENDAVERIT.

QVIBVSQVE. SVFFRAGATIONEM. SVAM. DEDERIT. PROMI-  
SERIT. EORVM.

COMITIS. QVIBVSQVE. EXTRA. ORDINEM. RATIO. HABEATVR.

VTIQVE. EI. FINES. POMERII. PROFERRE. PROMOVERE. CVM.  
EX. REPUBLICA.

CENSEBIT. ESSE. LICEAT. ITA. VTI. LICVIT. TI. CLAVDIO.  
CAESARI. AVG. GERMANICO.

VTIQVE. QVAECVNQVE. EX. VSV. REIPUBLICAE. MAIESTATE.  
DIVINARVM.

HVMANARVM. PVBLICARVM. PRIVATARVMQVE. RERVM.  
ESSE.

CENSEBIT. EI. AGERE. FACERE. IVS. POTESTASQVE. SIT.  
ITA. VTI. DIVO. AVG.

TIBERIOQVE. IVLIO. CAESARI. AVG. TIBERIOQVE. CLAVDIO.  
CAESARI.

AVG. GERMANICO. FVIT.

VTIQVE. QVIBVS. LEGIBVS. PLEBEIVE. SCITIS. SCRIPTVM.  
FVIT. NE. DIVVS. AVG.

TIBERIVSVE. IVLIVS. CAESAR. AVG. TIBERIVSQVE. CLAV-  
DIVS. CAESAR. AVG.

GERMANICVS. TENERENTVR. IS. LEGIBVS. PLEBISQVE. SCITIS. IMP. CAESAR.

VESPASIANVS. SOLVTVS. SIT. QVAEQVE. EX. QVAQVE. LEGE. ROGATIONE.

DIVVM. AVG. TIBERIVMVE. IVLIVM. CAESAREM. AVG. TIBERIVMVE.

CLAVDIVM. CAESAREM. AVG. GERMANICVM. FACERE. OPORTVIT.

EA. OMNIA. IMP. CAESARI. VESPASIANO. AVG. FACERE. LICEAT.

VTIQVE. QVAECVNQVE. ANTE. HANC. LEGEM. ROGATAM. ACTA. GESTA.

DECRETA. IMPERATA. AB. IMPERATORE. CAESARE. VESPASIANO. AVG.

IVSSV. MANDATVVE. EIVS. A. QVOQVE. SVNT. EA. PERINDE. IVSTA. RATAQ.

SINT. AC. SI. POPVLI. PLEBISVE. IVSSV. ACTA. ESSENT.

### S A N C T I O.

SIQVIS. HVIVSCE. LEGIS. ERGO. ADVERSVS. LEGES. ROGATIONES. PLEBISVE. SCITA.

SENATVSVE. CONSVLTA. FECIT. FECERIT. SIVE. QVOD. EVM. EX. LEGE. ROGATIONE.

PLEBISVE. SCITO. S. VE. C. FACERE. OPORTEBIT. NON. FECERIT. HVIVS. LEGIS.

ERGO. ID. EI. NE. FRAVDI. ESTO. NEVE. QVIT. OB. EAM. REM. POPVLO. DARE. DEBETO.

NEVE. CVI. DE. EA. RE. ACTIO. NEVE. IVDICATIO. ESTO. NEVE. QVIS. DE. EA. RE. APVD.

*se* aGI. SINITO.

---



ERSTES

SUBSCRIBENTEN-VERZEICHNISS

AUF DIE

INSCRIPTIONES LATINAS SELECTAS.

MDIDI

IO. CASP. ORELLIVS.

EXEMPL.		EXEMPL.	
<i>Aachen.</i>		<i>Erlangen.</i>	
Herr J. A. Mayer, Buchhändler	1	Herr Carl Heyder, Buchhändler	1
<i>Altona.</i>		<i>Giefsen.</i>	
Herr Carl Busch, Buchhändler	1	Herr Ferber, Buchhändler	1
<i>Amsterdam.</i>		<i>Göttingen.</i>	
Herren J. Müller u. Comp., Buchh.	7	Herr Rud. Deuerlich, Buchh., für:	
<i>Baireuth.</i>		Herrn Dr. G. H. Länemann, Rect.	
Die Grau'sche Buchhandlung	1	Gymnas.	1
<i>Basel.</i>		<i>Halberstadt.</i>	
Die Schweighauser'sche Buchhandlung, für:		Herr F. A. Helm, Buchhändler	1
Herrn Hanhart, Prof. Gymn.	1	<i>Hamburg.</i>	
<i>Berlin.</i>		Herren Hoffmann u. Campe, Buchh.	1
Herr H. Burchhardt, Buchhändler	1	Herr Nestler, Buchhändler, für:	
<i>Bern.</i>		Herrn Justizrath Dr. Jasper in	
Herr C. A. Jenni, Buchhändler	7	Schleswig	1
<i>Bonn.</i>		<i>Hannover.</i>	
Herr Marcus, Buchhändler, für:		Die Hahn'sche Hofbuchhandlung	2
Herrn Professor Dr. Walter	1	Die Helwing'sche	1
Herr Eduard Weber, Buchhändler	2	<i>Heidelberg.</i>	
<i>Coblenz.</i>		Herr Winter, Buchhändler	1
Herr Hölscher, Buchhändler	1	<i>Heilbronn.</i>	
<i>Cöln.</i>		Herr Carl Drechsler, Buchh., für:	
Herr J. P. Bachem, Buchhändler	1	Herrn Advokat Dr. Kleinmann	1
* DuMont-Schauberg, Buchh.	2	<i>Leipzig.</i>	
<i>Copenhagen.</i>		Herr W. Engelmann, Buchhändler	1
Herr Brummer, Buchhändler	2	Die Hinrichs'sche Buchhandl., für:	
Die Gyldendal'sche Buchhandlung	3	Herrn Prof. Dr. Otto	1
Herr Reitzel, Buchhändler	3	Herrn Ernst Klein's liter. Comptoir	2
<i>Danzig.</i>		Herr J. Sühning, Buchhändler	1
Herr Sam. Gerhard, Buchhändler	2	» W. Vogel,	2
<i>Darmstadt.</i>		<i>Leyden.</i>	
Herr C. W. Leske, Buchhändler	1	Herr J. Luchtmanns, Buchhändler	6


<i>London.</i>	EXEMPL.	<i>Wolfenbüttel.</i>	EXEMPL.
Herren Black, Young et Young, Buchhändler	2	Herr Albrecht, Buchhändler	1
und auf Schreibp.	4	<i>Zürich.</i>	
<i>Lüneburg.</i>		Die Gefsner'sche Buchhandlung	2
Herren Herold u. Wahlstab, Buchh.	4	<i>Bey der Verlagshandlung unter-</i> <i>zeichneten:</i>	
<i>Mainz.</i>		Herr Beckh, Pfr. in Reichenbach	1
Herr Kupferberg, Buchhändler	4	» Bluntschli, Stad. jur. . . . .	1
<i>Nürnberg.</i>		» Fäsi, Professor L. H. . . . .	1
Herren Bauer u. Raspe, Buchhldr.	4	» Gutmann, Pfarrer in Meilen	1
» Riegel u. Wiefsner, » für:		» Keller, Dr. jur. . . . .	1
Herrn Rector Roth . . . . .	1	» Keller, Stud. im Hof . . . . .	1
Die Gymn. Bibliothek . . . . .	4	» Landolt, Finanz-Secretair	1
<i>Rudolstadt.</i>		» H. Meyer, V. D. M. . . . .	1
Die Hofbuchhandlung, für:		» Müller, Stud., in Frauenfeld	1
Die Fürstl. Bibliothek . . . . .	4	» Ulrich, Chorherr und Stifts-	1
<i>Sanct Gallen.</i>		verwalter . . . . .	1
Herren Huber u. Comp., Buchhldr.	4	» Ulrich, Prof. und öffent-	1
<i>Schaffhausen.</i>		licher Ankläger . . . . .	1
Die Hurter'sche Buchhandl., für:		» Vögeli, Pfarrer . . . . .	1
Die Löbl. Stadtbibliothek . . . . .	4	» Würstemberger, Rathschr.	1
<i>Wien.</i>		in Bern . . . . .	1
Herr Heubner, Buchhändler	5	» Wyfs, jun., Prof. in Bern	1
		» Zeerleder, Alt - Oberamt-	1
		mann in Bern . . . . .	1
		» Zellweger, J. C., in Trogen	1












UTL AT DOWNSVIEW



D RANGE BAY SHLF POS ITEM C  
39 10 26 03 02 036 2